



16940/B  
P. XX AIR



A faint, large watermark of a classical building, possibly a temple or church, is visible in the background of the page. It features a central tower or dome surrounded by columns and architectural details.

Digitized by the Internet Archive  
in 2016 with funding from  
Wellcome Library

[https://archive.org/details/b28771667\\_0002](https://archive.org/details/b28771667_0002)



*ISAACI CASAUBONI*

**ANIMADVERSIONUM**

IN

**ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS**

**LIBRI QUINDECIM**

---

**EDITIO NOVA, APPENDICE AUGTA.**

---

**TOMUS II.**

**ANIMADV. LIBROS VI – X. CONTINENS.**

---

**LIPSIAE 1843**  
**IN LIBRARIA KUEHNIANA.**  
**(T. O. Weigel.)**



---

## LIBRARIUS LECTORI.

---

Quum Isaaci Casauboni Animadversiones in Athenaeum nec Schweighaeuserus integras repetiverit, Dindorfius autem ab editione sua plane excluserit, novam earum editionem a decessore quondam nostro inchoatam ad finem perducere placuit. In quo negotio paullo aliter eramus versaturi lectorumque commoditati magis consulturi, nisi voluminis primi ante hos quadraginta annos editi norma sequenda fuisset.

---

## THE WOODS OF SORROW

in a wood where I had never been  
so far as could any man go? or where  
only a few birds of my kind inhabit? where  
nothing or nothing but trees grow? where  
nothing can be seen but trees? where  
nothing but trees? where nothing but trees?  
nothing but trees? where nothing but trees?

ISAACI CASAUBONI  
ANIMADVERSIONUM  
IN  
ATHENAEI DIPNOSOPHISTAS  
LIBER SEXTUS.

CAPUT PRIMUM.

*Nexus horum librorum. Auctor fabulae Ποίησις. p. 393.  
ἀπαγορεύειν. αἴρειν δάκτυλον. Diphili drama  
Ἐλευνηφοροῦντες. Festum Ἐλευνηφόρια. Orator  
Cothocides. Anaxilae Εὐανδρεῖα. Briareus τὰς  
λόγχας ἐσθίων. Praestigiatores qui ensiculos  
vorabant. ὄψινειν Νηρηΐδας. Vendere ἵσον ἵσω.*

ETIAM hic liber sermones refert habitos inter gustationem et legitimam coenam, sicut diximus quarti initio. Apparet moris fuisse ut satis longa interponeretur mora inter utrumque cibum. nam hoc intervallo temporis facit auctor pronunciata esse, quae ipse libris quarto, quinto, et sexto est complexus. Sed iam coena incipiebat apponi cum ea dicerentur quae liber iste continet. Ait enim non longe a principio, ἐπεισῆλθον ἡμῖν παῖδες, πλῆθος ὅσον Ἰχθύων Φέροντες, et sub finem iterum, παρεφάνη πλῆθος οἰνετῶν τὰ πρὸς τὴν ἔδωσήν εἰσομίζοντες. Ordo in his sermonibus, qui quidem rerum natura pendeat de quibus agitur, nullus est: inest tamen aliquis ab auctoris ingenio et dispositione proiectus. Elegantissimo enim artificio variae de variis rebus dissertationes ita invicem nectuntur, ut anuli catenarum. Prior semper sermo posteriori ansam praebet:

posterior ex priore ortus non ante desinit, quam novae alicui disputationi occasionem produxerit. Praecipua libri huius capita adnotata sunt ab auctore non longe a principio: item a nobis cum cura in operis totius synopsi. Initio producuntur eclogae aliquot veterum poetarum, quibus comparantur inter se comoedia et tragoedia. Nam cum primis libri huius verbis dixisset auctor, Timocratem sodalem suum novos a se subinde sermones exigere: nata inde est occasio recitandi versiculos Antiphonis, qui comoediam contendens cum tragedia, dixerat, omnia in illa nova et inaudita esse afferenda: in hac omnia vulgata et omnibus nota. Similiter et caeterae partes invicem connectuntur: quod facile observabunt lectores, semel a nobis admoniti. Ait, ὅποι μνήσομέν σε τὰ παρ' Ἀντιφάνει λεγόμενα ἐν Ποίησει. Nolim temere fidem librorum damnare, qui in Antiphonis nomine hic consentiunt: puto tamen Poësim quae hic nominatur, eam esse fabulam, quam pars veterum criticorum Aristophani adscribebat pars Archippo. Auctor vitae Aristophan. "Ἐγράψε δὲ δράματα μδ. (Suidae codd. vδ.) ὃν ἀντιλέγεται τέτταρας ὡς οὐκ ὄντα αὐτοῦ. ἔστι δὲ ταῦτα. Ποίησις, Ναυαγὸς, Νῆσοι, Νιόβη. ἀ τινὲς ἐφασαν εἶναι τοῦ Ἀρχίππου. qui Antiphoni attribuat, novi praeterea neminem neque vero dubium est, socordiā exscriptorum Antiphonis et Aristoph. nomina multis locis suis corrupta, altero alterius loco posito. Versus 12. est hypermeter: "Ἡξει πάλιν τι πείσεθ' ὄταν μηδὲν δύνωντ' εἰπεῖν ἔτι, duo nempe in unum conflati: sed quorum priorem etiam membranae exhibent imperfectum. Sic illae:

"Ἡξει, πάλιν τ' ἀπειστι . . . . .  
ἐπειθ' ὄταν μηδὲν δύνωντ' εἰπεῖν ἔτι,  
ηομιδὴ δ' ἀπειρήνασιν ἐν τοῖς δράμασιν,  
αἴρουσιν ὕσπερ δάκτυλον τὴν μηχανὴν,  
nai τοῖς θεωμένοισιν ἀποχρώντως ἔχει.

Ascripsimus plusculos versus, quia eos interpres accipit contra mentem poetae: qui hoc potius voluit: tragicos quando ipsis haeret aqua, ut nesciant quid dicant, sed plane in textura fabularum suarum sunt ita impediti, ut victos sese fateri necesse habeant, machinam attollere loco digiti aut manus: atque ita spectatoribus suis abunde satis facere. Inest in his, quod non attendunt docti, tacita comparatio tragicorum poetarum cum athletis quod declarant voces: απειρήνασιν et αἴρειν δάκτυ-

λον, athletae cum antagonistis palmam de se coguntur p. 396.  
 concedere, ἀπαγορεύειν dicuntur: solitique iidem in te-  
 stimonium ἡττας, manum attollere, ut ex Plutarcho  
 atque aliis notum. poetae huic αἴρειν δάκτυλον, quod  
 Plutarcho τὴν χεῖρα ἀνατείνειν. Ergo ut athletae victi  
 manum tollunt: sic tragici cum expedire se non possunt,  
 machinam, id est, Deum e machina repente faciunt  
 prodire. sed melior longe conditio tragicorum: illi enim  
 cum manum tollunt, victoriam amittunt, hi machinam  
 tollentes vincunt, et spectatoribus suis abunde satis-  
 faciunt. Versu decimo septimo tolle vocabulum super-  
 fluum οὐ πειτα: versum enim viliat, nec multum senten-  
 tiā adjuvat. In penultimo senum comicorum nomina  
 sunt Chremes et Phidon. Probabam scribi, Χρέμης τις,  
 ἡ Φειδῶν τις ἐκσ. mutato accentu in vocula τις, com-  
 modiore aliquanto sententia. sed vulgatam lectionem  
 firmat ultimus versus. Scribe deinde, Διφίλος δ' ἐν  
 ἘλευηΦοροῦσι, festi nuncupati ἘλευηΦόρια Pollux me-  
 minit extremo opere. Codex Huraldinus, εν Ελεωνη-  
 Φρουροῦσι, quasi suisset hujus Diphileae fabulae index,  
 Οι Ἐλεώνην Φρουροῦντες. Praesidium Eleonae. non  
 placet, non una de caussa. Segnitur Timoclis elegan-  
 tissimus locus, qui ita incipit, Ὡ τὰν ἄπουσον ἦν τι  
 σοι μέλλω λέγειν, ubi malim ὁ τι σοι μέλλω λ. aut, ut  
 scribitur alibi, δοκῶ λέγ. In eo versum hunc, Οφθαλ-  
 μιῶ τις; εἰσὶ Φινεῖδαι τυφλοί, sic edidimus fidem secuti  
 Abbreviatoris: in cuius Excerptis ita scriptum diserte.  
 Quod si haec lectio vera est, de Phineo aliter quam  
 alii sensit Timocles. Non enim Phinei liberos, sed  
 ipsum oculis captum narrant poetæ. In Stobaeo edi-  
 tum, Κιφον θε τυφλὸν, nec multo aliter veteres Athe-  
 naei membranae οἵσι Φινεῖδε τυφλόν. docti emendant ex  
 conjectura, οἴδιπον εἰσιδε τυφλόν. nos legebamus, Φινέ  
 εἰσιδε τυφλόν. quam γραφῆν et Turnebus in suo codice  
 adnotarat. Testificati sunt quidam, reperiisse in vete-  
 ribus, εἰσὶν Αρνίδαι τυφλοί, de quo docti cogitent.  
 Nos vero consensus omnium MSS. de quibus aliquid  
 exploratum habemus, impellit, ut Diphilum a caeteris  
 diversum poetis, ita scripsisse ut editum est, censeamus.  
 nam etiam in magni Messiae codice ita liquido scriptum.  
 Orator Cithocides qui Demosthenem irrisit propter sub-  
 tilem distinctionem inter δοῦναι et ἀποδοῦναι, est Aeschi-  
 nes. Utriusque loci extant hodieque, noti vel iis qui  
 nondum aere lavantur. Versuum Alexidis ultimus est,

'Αποδεδώκαμεν τὸ μὴ προσῆνον ἐμοὶ λαβεῖν. Scribendum, ἀπεδώκαμεν. Idem mendum in altero ejusdem, Οὐκ ἄλλ' ἀποδέδωκας ἐνέχυρόν που λαβών. concinna metrum, Οὐκ· ἄλλ' ἀπέδωκας, ἐνέχυρον δή που λαβών. Anaxilae Εὐανδρείαν alibi nominatam non reperio. ea vox fortium virorum proventum significat. Inde hi sunt versus, Καὶ τὰς παλαιστράς σοι μὰ τὴν γῆν μὴ σύ γε δῶς, 'Αλλ' ἀπόδος. καὶ δὴ Φέρουσ' ἐξέρχομαι. Emendo libris melioribus deficientibus, Καὶ τὰς παλάθας ἐμοὶ, μὰ Γῆν, μὴ σύ γε δῶς, 'Αλλὰ ἀπόδος. Dalecampius aliter conjiciebat, Καὶ τὰς παλευτρίας μὰ Γ. Briareus ille de p. 397. quo paulo post Timocles, ὁ τοὺς οἰναπέλτας τὰς τε λόγχας ἔσθιων: vel praestigiator fuit de genere eorum qui enses fingebant se vorare, quorum mentio apud Plutarchum et alios, vel, quod potius putem, Thraso aliquis et glorioſus miles, qui de robore suo et pugnis solitus inverecunde se jactare. de hujusmodi hominibus vulgo dicere solemus, *il mange les charrettes ferrees*, cui simillimum est istud Graeci poetae dictum, *qui catapultas et lanceas comedit*, in quo et si allusio est ad praestigiatores de quibus locuti sumus: de iis tamen non recte haec dicantur. Soliti enim thaumatopoei illi, quo facilius fidem invenirent, parvos enses vorandos fuscipere. ideo Plutarchus, τὰ Λακωνικὰ ΞίΦη διὰ μηρότητα οἰναπέλνουσιν οἱ θαυματοποιοι. similiter et Gregorius Palamas Theſſalonicae Archiepiscopus, scribit, praestigiatores solitos λιθίδια καὶ σιδήρια οἰναπέροχθιζειν. Comicae licentiae est loquendi genus quo utilur aliquanto post Athenaeus, ut illatorum mensae piscium copiam significet: μονονουχὶ γὰρ καὶ τὰς Νηρηίδας ὄψωνται, ipsas propemodum Nereidas erat opsonatus. quid Nereidibus commune est cum piscibus qui prostant in foro? Eustathius, 'Ιλιάδ. ρ. Φαύλη δὲ σύνθεσις ὄψου, οὐ μόνον τὸ ἀσυμμέτρως ὄψωνται, κατὰ τὸν οιωνιδούμενον ὄψωνται τὰς Νηρηίδας, διὰ τὸ πολυτελὲς τῆς τῶν Ιχθύων ἐξωνήσεως. Addit statim, καὶ τις τῶν παρασίτων καὶ πολάκιων ἔΦη, τὸν Ποσειδῶνα πέμπειν τῷ Νεπτονίῳ ἡμῶν τοὺς Ιχθῦς· οὐ διὰ τῶν ἐν τῇ 'Ρώμῃ ἵσου ἵσω πωλούντων, ἄλλὰ τοὺς μὲν 'Αυτίου κενομίσθαι, etc. quae sic erant vertenda, parasitorum et adulatorum dixit aliquis, Posidonem pisces misisse Neptuno nostro, non per eos qui Romae pisces argentum contra vendunt, sed eorum alios Antio fuisse advectos: alios, etc. aliud longe est διὰ τῶν, quam διὰ τοὺς: quod non observant in-

terpretes. quid sit vendere ἵστον ἵσω, declarant Diphili versus,

Γόγγρου μὲν ὥσπερ ὁ Πρίαμος τὸν Ἔκτορα,  
ὅσον εἴλινσεν, τοσοῦτο παταθεὶς ἐπριάμην.

Larensem vocant isti parasiti Neptunum, vel Neptunium, quasi Neptuni filium: non aliam ob caussam, nisi ob ingentem istam piscium copiam quam insulse et parasitice?

## CAPUT SECUNDUM.

*Emendantur loci multi veterum poëtarum apud Atheneum. ἀνδροφόνος, Scelestus. πέμφιξ, et πεμφής. Diphili Mercator. Archippi fabula Pisces.*

VENUSTISSIMI sunt illi versiculi ex Amphidis Impatore, quibus graphice describitur superbia et improbitas piscariorum Atheniensium. Etsi autem satis perspicua in illis mens poetae, si quis mediocrem adhibeat attentionem; quia tamen neque editi sunt sine mendis, neque recte ab interpretibus expressi, eos hic ascribam emaculatos, et interpretabor, si prius tamen hoc monuero, ratam nimis esse locutionem, quam initio hujus ῥήσεως Diphilus usurpavit. Πρὸς τοὺς στρατηγούς ρᾶσν ἔστι μυρίαις Μοίραις προσελθόντ' ἀξιωθῆναι λόγου. pro eo quod dixisset alius ρᾶσόν ἔστι μυρίαις, dixit μυρίαις μοίραις. p. 398. quod genus dicendi idiotismus noster usurpat. Sed eos versus de quibus dicere institueram videamus.

Οὓς ἂν ἐπερωτήσῃ τὶς. η̄ λαβών τι τῶν  
παραπειμένων ἔνυψεν ὥσπερ ΓήλεΦος  
πρῶτον σιωπῆ, (παὶ δικαίως τοῦτό γε  
ἀπαντεῖς ἀνδροφόνοι γάρ εἰσιν ἐνὶ λόγῳ.)  
ώσει προσέχων δ' ὅδ' οὐδὲν, οὐδ' ἀνηκοώς,  
ἔκρουσε πόλυπόν τιν'. ὁ δ' ἐπρήσθη, οὐ οὐ λαλῶν  
ὅλα ρήματ' ἀλλὰ συλλαβῆν ἀΦελῶν, τάρων  
οὐβολῶν γένοιτ' ἄν. η̄ δὲ οὐστρ' ὄκτω βολῶν.  
τοιαῦτ' ἀκοῦσαι δεῖ τὸν ὄψωνοῦντά τι.

Non poterat pingi γραφικώτερον fasilius istorum hominum. Istos, ait, si roga veris, Quanti? aliis sumens in manus aliquid eorum quae forte aderunt, caput demittet

*ut Telephus, ac primo tacebit, (quamquam jure hoc quidem: omnes enim uno verbo piscarii scelerati sunt): alius tanquam non advertat animum, et quasi nihil audiverit, polypum aliquem percutiet: alius incandescat, ac verbis integris loqui aspernans tuor, inquit, obolis emas licet: at sudis haec octo obolos. Haec audienda sunt si quid obsonari velis. Numeri enallage tenebras magnas offudit his versiculis, . alioquin parum obscuris, et si quid apud poetas frequentius? Sic igitur Amphis, cum dixisset οὐς, subdit λαβών: quod exponendum ut expressimus. nam omnino de piscario capi debent ista, ἢ λαβών τι τῶν παραπειμένων. item illa sequentia, ἔπρουσε πολύπον τίνα, quibus mire exprimuntur gestus piscariorum emtores fastidientium, ac ne responsione quidem dignantium. τὶ τῶν παραπειμένων intellige cultrum, aut simile quid aliud, tabulae vel mensae illi impositum, super qua prostant pisces. Vox πρῶτον alterius fortasse locum occupavit: et si ferri potest. αὐδροφόνους Graeci vocant omnes insigniter improbos. Libro nono coquus praecipit discipulo ut sit αὐδροφόνος: id est, ut in aedibus divitum omni fraudum genere utatur. in eodem Gnathaena meretrix appellatur αὐδροφόνος. Athenaeus mox, διδάσκων αὐτὸν τίνα δεῖ λέγοντα πρὸς τοὺς αὐδροφόνους ιχθυοπάλας ὠνεῖσθαι ἐ βούλεται. Omnino autem λαλᾶν ρήματα verum est, non λαβών. et κέστρα non est mugil (κεστρεὺς enim is dicitur) sed quam alii Graeci σφύραιναν vocabant. Latinis, Sudis. Praeter Varronem et Plinium, Glossae: Sudis, σφύραινα ιχθὺς, καὶ σκόλοψ. τάρων pro τεττάρων et tuor pro quatuor. In ecloga sequente ex Diphilo, male accipiunt haec, Οὐτῷ λάβοις ἀν; εἴπερ ὡνῆ τὸν ἔτερον. Ω τὰν λαβὲ καὶ μὴ παῖξε τοὺς οὐ δεῖ παράτρεχε.*

personas ita distingue. qui emturit pisces, ait, *Visnu tu octo obolos?* pro duobus videlicet mugilibus, de quibus dixit, *πόσου τοὺς κεστρέας πωλεῖς δύ' ὄντας;* igitur petenti decem offert octo. respondet piscarius, *εἴπερ ὡνῆ τὸν ἔτερον.* acceptum se octo obolos: sed pro altero tantum mugile. Ait deinde emtor, *Sume o bone octo obolos et ambos da pisces, neque nos puta dignos quos illudas.* at piscarius, *aufer te hinc curriculo.*

Xenarchi pulcherrimi versus de vaframento piscariorum p.399. ad irrigandos pisces in foro, nihil variant in membranis, penultimus tamen manifestus est vitii, *Κατέχεις, κατὰ καὶ δὲ τῶν ιχθύων ἀπαξ ἐπάνω.* Lege, *Κατέχεις.* κατὰ

δὲ τῶν ἰχθύων ἀπαξάπτων. Εἴκοις γ' αὖ αὖ. In Antiphonis testimonio distingue,

— ἔδωκαν τῶν νευρῶν ἀναίρεσιν  
τεύτω· πομίσας ὁ δ' ἐξέβαλ' εὐθὺς οἴκαδε.

junge τὸ οἴκαδε cum remotiore verbo πομίσας: nam si referas ad ἐξέβαλσν, legendum esset οἴνοθεν. Qui assertur inter caeteros ex Pylaeis Alexidis, Φόρους· μονονούχῳ δεκατεύουσι γὰρ Τὰς οὐσίας, pede uno decurtatus est: ita absque dubio replendus, Φόρους· ημῶν μονονούχῳ δ. Idem poeta alibi de piscibus, Τῆς οὐσίας γάρ εἰσιν ημῶν ὄντοι. In septimo eorum qui ex Lebete recitantur, Τῆς ἀξίας ἀγαπῶσιν, concise dictum pro τῆς ἀξίας τιμῆς πωλεῖν ἀγαπ. alioquin esset scribendum τὴν ἀξίαν, Cum ait, Κἀνταῦθα οὐκὶ γραῦς, οὐκὶ γέρων, οὐκὶ παιδίον Πεμφεῖς ἀπαντες ἀγοράσουσι οὐτὰ τρόπον, hoc significat: Legem modo recitatam Aristonici, adeo vendendi cupidos piscarios reddidisse, ut jam vel anus aliqua aut senex quivis, aut puer denique possit ab illis mercari se frande sua, ut erat in 12 Tabulis Πεμφεῖς est, πνοὴν ἔχοντας: viventes adhuc et spirantes. Pisces non spirant quomodo caetera animalia, (etsi Hippocrates in libro De flatibus πάντας ἰχθύας ἀναπνεῖν scribit, et ita placet etiam Plinio), spirant tamen naturae suae lege, et ἀναλόγως ea respiratione quam philosophi non ἀναπνοὴν sed διαπνοὴν vocant. sunt qui ἐμπνοὴν proprie dici velint. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 7. τὸ οὖν Φασι περὶ τοῦ Θεοῦ; πότερον διαπνεῖται, ὡς τὸ τῶν δαιμόνων γένος; ή ἐμπνεῖται μόνον, ὡς τὰ ἔνυδρα, οὐτὰ τὴν τῶν βραγχίων διαστολήν; ή περιπνεῖται οὐθάπερ τὰ ἔντομα οὐτὰ τὴν διὰ τῶν πτερύγων ἐπιθλιψιν τῆς ἔντομῆς. πέμφιξ, sive πεμφίς, est *flatus*, *anima*. Hesychius interpretatur ψυχὴν ὄρνιθων. Lycophroni πεμφίδες sunt animae defunctorum, isto versu de Ulyssis in orcum descensu, ἀνούσει οεῖδι πεμφίδων ὄπα. Inde πεμφής, *habens flatum*, sive *animam*. In antiquis et Athenaei et Epitomes πεμφθεῖς exararum erat, quod etiam defendi potest. Paulo post cum ait, Εἴτ' εἰς νέωτα Φησὶ γράψειν πρεμαμένους: observa sermonis compendium, quod interpretes decepit pro πωλεῖν τοὺς ἰχθύας τοὺς ἰχθυοπώλας πρεμ. Expositio pendet ex praecedentibus. dixit enim lege nova cautum esse, ne quis piscarius pisces vendat nisi stans. nunc addit, auctorem hujus edictum sequente anno aliud esse promulgaturum in hanc sententiam. Ne quis piscarius pisces vendat nisi pendens.

Legis utriusque ratio est eadem: sed haec posterior efficacissima erat futura. Quintus versus allatae χρείας ex Antiphonis *Misoponero*, Καὶ παιδαγωγοὺς αὖθις, ὡν μείζωγε . . . μαίας νὴ Δία ex membranis sanari nequit: omnes enim similiter depravatae. Constat versus duos in unum esse conflatos, deperditis non paucis dictionibus. Lego, Καὶ παιδαγωγοὺς αὖθις ἐξωλεστάτους· Ὡν μεῖζον οὐδέν ἔστι ναυὸν νὴ τὸν Δία. *Scythaæ*, ait, non introducunt in aedeis suas neque nutrices infantibus p. 400. *suis*, neque pueris paedagogos, quae duo sunt mala *pessima*, deinde auctor in nutrices acris invehitur: quas ait deterius malum esse quam sint paedagogi, aut etiam impostores et plani. Non falso ea praedicare poetam de nutricibus, norunt qui earum morositatem, arrogantiam, ἀπληστίαν, et malignitatem, domi suae quotidie experiuntur. Penultimum versum scribo et exemplo, Καὶ μετά γε τοὺς τραπεζίτας, ἔθνος ἔτερον. Deinceps laudatur Diphilus ἐν Ἐυπόρῳ· malim Ἐυπόρῳ, ut paulo post, et libro septimo legitur. sic nominabatur et Philemonis fabularum una. Plautus, *Graece hæc vocatur Emporos Philemonis: Eadem Latine Mercator Marci Accii.* laudatur Varroni et Pacuvius in *Mercatore*. Corrige Harpocrationem in ναύκληρος, ubi citatur Diphilus ἐν πόρῳ. scribe, Δίφιλος Ἐυπόρῳ. Corruptus est et hic versus paulo post, Ληφθῆ νέων τις, ναταπεπτώναστ' εὐθέως. et si ita MSS. omnino tamen legendum ναταπεπτώνασιν, devourant: et ita recte Dalecamp. sensus lectionis huius est. Si versa navi juniorum aliquem cete prehendant, illum statim devourant. sed enim cete non solum pueros juvenes verum et parectatos, et viros τελείους, et senes absorbent, omnesque obvios cujuscumque aetatis aut statura. Lego, Ληφθῆ νεώς τις, hoc sensu: si navem, aut e navi tabulam aliquis naufragus, viam ad salutem quaerens, prehenderit, saepe tamen nihil agit miser: cum enim aquarum periculum evasisse videbitur, in feras marinas incidet, a quibus perdetur. Ita legendum esse docent illa in superiore versu, εἰδέντες γίνεται, ut fieri solet, nam in naufragio nunquam non fit, ut lacerae navis tabulae prehendantur. Addit, Ἐξ ὄνοματος δ' ἰχθυοπώλου μημονεύει Ἐρμαίου Αἴγυπτου"Αρχιππος ἐν Ἰππεῦσι. Corrigendum ἐν Ἰχθύσιν, et equites in pisces vertendi. Primum, poetae hujus *Equites*, nusquam in libris veterum, deinde libro septimo, ubi iterum hi versus descripti,

veram lectionem invenias. Hic est Archippus comicus, quem ut poetarum omnium Φορτικώτατον, et ineptissimum ab aequalibus irrigum scribit Aristophanis scholastes ad Vespas. *Pisces* Archippi et noster saepius laudat, et Pollux lib. 10. cap. 5. idem lib. 6. cap. 3. ait παντωλίαν verbum esse Archippi in piscibus. meminit et Harpocration in πάλιν αἰρετός. Versus inde hic descripti sententiam hanc continent: Hermaeum piscariorum impurissimum, pisces vendere non integros, sed aliqua parte imminutos, ad majus compendium: puta, squalinam et mustellam degluptos: lupos exenteratos. Longe aliter Dalecamp. sed non animadvertebat, pro ἐντέρων, quod hic legitur, scribendum esse ex libro 7. ἐντερεύων aut ἐξεντερεύων.

## CAPUT TERTIUM.

*Synesis initio versus familiaris.* ὡδισμὸς, ἀγορᾶ  
εὔοψος. Φρυκτὰ aut Φρυκτοὶ. τηρεῖν pro τήρει,  
aut τηρεῖν δεῖ. *Opsonomi.* δυσώγης. *Phere-*  
*cratis Ménēbōs.* *Philonidae Cothurni.* *Phry-*  
*nichi Tragoedi.* Τιμιοπώλης ἥγανον. κέραμος. p. 401.  
*Aristophanis comici patria.* alia non pauca.

**A**NAXANDRIDAE comici versus ex Ulysse descripti et mutile editi erant, et depravate. Quae deerant, ex membranis adjecimus: quae corrupta sunt an ex ingenio valeamus emendare, experiamur. Prius tamen exponendi sunt nobis duo versus illi quos MSS. suggesterunt. Ἐπὶ τίνᾳ δ' ἄλλην τέχνην, ὡ χρηστὲ σὺ Τὰ στόματα τῶν νεωτέρων πατακάεται; Age, inquit, dic mihi, o bone, quae ars est alia, cuius gratia juvenes ora sibi comburant? Ut integra sit sententia, supplendum, quemadmodum propter nostram artem (hoc est, pisces quos capimus) fieri solet. Memineris quam ferventissimos cibes adamasse veteres popinones: qua de re dictum est libro primo. Addit poëta, ut quidem nos scribimus,

"H ὡδισμὸς ἔστι δακτύλων τοιοῦτος, ἢ  
καὶ πνιγμὸς, ἐὰν ταχὺ μὴ δύνηται παταπιεῖν,  
ἀλλ' οὐ μόνη γὰρ τὰς συνουσίας ποιεῖ  
εὔοψος ἀγορά;

Ita prorsus est scribendum, nam in hisce omnibus operam oleumque docti viri perdiderunt. Offendit jam olim exscriptores principium hujus versus, ἢ ὡδισμὸς, itaque omnium suffragiis recepta est inepta vox ἡ ὡδισμὸς, quae et Dalecampio placita, illa vero isto loco ridicula est ἀπαξαπλῶς. Synizesis initio versus exemplo Homeri, ἢ οὐχ ἄλις, et ἢ οὐχ ὄράς. Sensus est: Artem esse nullam nisi piscatorum, propter quam sic digiti colliduntur, atque adeo homines sese ipse strangulent, si deglutire statim non queant quod in os injecerint. Solam esse denique piscium copiam, quae convivantium mensas instruat. Studiosi conferant aliorum interpretationes: vestigium veræ sententiae vix reperient. ὡδισμὸς proprie de conferta turba dicitur, ubi alius alium impellit. Theocritus, ὥθευνθ' ὥστε εὕει, elegantissime hic usurpatur de digitis plurium manuum, quae omnes eandem simul petant patinam. elegantissime etiam πνιγμὸν adjicit, ut summam aviditatem ostendat eorum qui pisces amant. εὔοψος ἀγορά, forum ubi pisces abundant. ὄψον piscis. Sic accipe et in Timoclis versibus de Corydo parasito. Ἀγορὰν Ιδεῖν εὔοψον εὔποροῦντι μὲν Ἡδιστον. Iege sequentes ibi versus, nihil nisi pisces nominat. Significat, tunc maxime agitari convivia, cum piscium magna copia in foro. Sequitur, — τις δὲ συδειπνεῖ βροτῶν Φρυντοὺς παταλαβῶν ἢ πορκινοὺς; ἢ μηδέν; frustra haec conati sunt interpretari. corrigenda prius erant. Scribe, Φρύντ' οὐ παταλαβῶν, ἢ πορκινοὺς ἀντοῦς, "H μανίδ"; ὥρ. quis est mortalium, ait poeta, qui convivium instituere velit, aut possit etiam satis laute, si nulli reperiantur venales pisces, aut saltem pisciculi? Φρυντὰ vel Φρυντοὺς, omissis vocibus ἵχθύδια vel ἵχθυς, vocabant pisces minutos qui et edebantur et vaenum exponebantur fricti. Hesychius, Φρυντὰ, ξηρὰ ἵχθύδια εὔτελῆ. Simillime ἐψητοὺς appellabant p. 402. piscesculos qui cocti vendebantur. Meminit autem poeta phryctorum, coracinorum, et maenidum, hoc significans: si meliores et laudatores pisces nequeant reperirri, πατὰ δεύτερον πλοῦν etiam istos expeti. Alioquin magna istorum erat vilitas: quos quidem Alexis comicus libertini relinqu vult, indignos qui a proceribus gulae

edantur. Ἀπελευθέρων, inquit, ὁψάρια θηρεύουσι μοι, Τριχίδια, καὶ σηπίδια καὶ φρυκτοὺς τινάς. Loco vulgariter scripturae ἡ μηδὲν, quae ferri nequit, emendavimus, ἡ μαῖνίδα, volentibus, opinor, omnibus eruditis. Versu penultimo pro ἀρίστου πύλᾳ, scribendum videtur εἰς ἄδου πύλᾳ. sed in eo versu satisfacere nobis nondum quiti sumus. Etiam in superiori quid appellantur ἐφεδρὰ πρόσωπα, piscium nescio. Fortasse ἐφεδοῖς πατανίοις, patinīs jurulenterum piscium. Subjiciuntur versus Alexidis, quibus pronuntiat poeta, omnem pauperem qui pisces emat multos saepiusve, necessario grassatorem esse nocturnum ac praemiatorem. Itaque si cui vestis ablata noctu fuerit, mane veniendum esse in forum piscarium; et emptores ibi observandum. Nam si aliquem viderit robustum et valentem pauperem anguillas a Mitione ementem, huic statim manus esse injiciendas, et in carcerem obtorto collo rapiendum. Omnia in Graeco planissima: nisi quod εἴτα possum pro itaque. τηρεῖν et ἀπάγειν, pro τήρει, et ἀπάγε, ut in oraculo quod habetur hoc ipso libro, Καὶ σὺ φέρειν τιμῆν ἐμοὶ γέρας, vel quod eodem reddit, τηρεῖν δεῖ et ἀπάγειν δεῖ. Graecanicae elegantiae translatitium genus notum omnibus, quaeis noti poetae. item illud Aristotelis, πρῶτον εἰπεῖν, id est, εἰπεῖν δεῖ. Scribe mox, Τοῦτο νόμιμόν ἔστι βέλτιστ' ἐνθάδε Κορινθίοισιν, εἰν τ. non, Κορινθίοις, οὐ' εἴν τ. quo enim τὸ οὐα? idem mendum in istis Alexidis de cauponum fraudibus, libro decimo, — εὐτοῖς συμποσίοις οὐ' οὐ πίνετε "Αὔρατον. nam scribendum συμποσίοισιν οὐ π. Sextus versus transpositione duarum dictionum factus claudus, restituatur earundem trajectu, Ἐἄν ἀπολαύειν τοῦτον ἥδη τὸν βίον. Non recte ὁψωμοὺς editum, non longe post. nam analogia postulat vel ὁψωμούς: vel ὁψομούς. quomodo et membranae meliores scribunt, et Eustathius. *Opsonomi* sunt aedileis quibus cura piscium venditio: ut videant ne cujusquam intemperie et ingluvie excandesciat forum piscatorium. Graeci eos qui non frugalitatis studio, sed amore pecuniae parvo obsonarent, appellabant δυσώνας, quasi dicas *difficiles emptores*. Atque eam vocem abiisse in proverbium, auctor Julius Pollux lib. 10. Tali fuit ingenio amicus ille Lyncei Samii, de quo narrat auctor, editam a Lynceo Artem obsonandi, qua docebat δυσώνην quendam suum amicum, quomodo et gulæ et crumenæ simul posset consulere. Vide libro septimo ubi de mor-

myro pisce agitur. *Menderos* Pherecratis fabulam, unde existimabimus nomen invenisse? sic enim Athenaeus, τὴγανον δ' ὡς βέλτιστε εἴρηκεν ἐν Μενδήροις Φερεκράτης, sed liquet mihi scribendum esse, εἴρηκε μὲν ἐν Δήροις.

p. 403. Poetae hujus Δήρους saepe citat dipnosophista. illud alterum neque reperies usquam: neque est Graecum vocabulum. Sequitur, Φιλωνίδης δ' ἐν Κοθόρυοις, υποδέχεσθαι καὶ βατίσιν καὶ τηγάνοις, videtur esse quae dicitur figura ἐν διὰ δυοῖν, excipere rasis et sartagine: pro, rasis in sartagine frictis, βατίσι τηγανισταῖς. Pollux laudat libro 7 τὸ πεντηκοστολογεῖν ἐν Φιλωνίδου Κοθόρυοις ἔστιν εἰρημένον. Scribe sic hunc versum, ut in tertio libro, Θερμῆ παροξύνουσα τηγάνου πνοῇ. et ἐν Ὀρθάνῃ, non Ὀρθάχνῃ. *Tragoedi* Phrynichi Athenaeo mox laudati, itemque alibi saepius, nominantur et Harpocrationi in voce διάθεσις. Ex ea fabula extat apud Pollucem extremo libro 7. hic versus elegansissimus, Σὺ δὲ τιμιοπώλης ὡς Ἀχιλλεὺς οὐδὲ εἰς, proverbii speciem habet, carius vendis quam ullus Achilles. Virgilius, *Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.* de eo genere venditionis dicebamus capite primo ex Diphilo. neque audiendi qui vocem τιμιοπώλης aliter interpretantur in hoc versiculo. Versum Phrynichi ne Eustathius quidem aliter concipit. aliquando placebat, ήδὺ δὲ Ἀποτηγανίζειν ἔστι συμβολῶν ἄνευ. Pherecratis *Myrmecanthropi* adducuntur in testimonium a Polluce lib. 7. cap. 3. et cap. 16. item lib. 10. cap. 23. Iones, ait auctor, χωρὶς τοῦ τὸ στοιχείου ἥγανον λέγουσι. et hoc probat allato Anacreontis exemplo. itaque Eustathium non sequor, qui Doribus hoc tribuit. nam Anacreon et moribus et scriptione Ionicus, non Doricus. Quae de vocabulo νέραμος dicuntur, usurpato a non-nullis pro argenteis valvis, rationem habent manifestam: sic alia infinita nominata sunt, ἀπὸ τῆς παλαιᾶς χρήσεως, non ex sua natura, ut apud Homerum arma χάλιεα, et vulgo, *pyxis*, δέλτος, *cucurbitulae*, aliaque hoc genus, de quibus docte Eustathius non uno loco. B. Chrysostomus homilia septima in episoliā ad Colossenses, τί γὰρ εἰπέ μοι, τῆς χρυσῆς πλατάνου διαφέρουσι πατὰ ἄνοιαν οἱ νεράμιαι ποιοῦντες χρυσᾶ, καὶ χύτρας, καὶ ἄλλα βαστρα: Heliodorus Atheniensis ex quo refert auctor Aristophanem comicum fuisse Naucratitam, is est cuius facit mentionem tot locis in tantulo scripto Harpocration. comicum fuisse peregrinitatis suspectum

testantur et veteres grammatici in ejus vita: non tamen Naucratitam, verum Aeginetam a quibusdam esse dictum illi scribunt, et caussam explicant. Suidas Aegyptium fuisse ex aliis prodidit: quod huic sententiae Heliodori convenit. Platonis comici *Legatorum* praeter Athenaeum meminit Harpocration in ἀποκηρύττοντες, et in ζητητής. De Epicrate et Phormisio qui in producto Platonis loco nominantur, lege Aristophanis scholiasten ad Ranas et Concionantes, nam de iisdem Plato loquitur. Alexidis ecloga ex ejus *Hippisco*, ex diverso genere versuum constat. Praecedunt septem integri et ἀρτίποδες senarii jambici: deinde sequuntur trochaici ut appareat, male distincti. Mihi hoc insolens videtur: quia una est et continua ῥῆσις. olim conati sumus in jambicos versus omnia redigere, sed repugnat contumaciter verborum modulus plerorumque. Nam praeter octavum versum, p. 404. qui nullo negotio potest refungi ut sit prioribus similis, ἦν· οἶδα δὲ πάγῳ ἡμέτερον πολίτην τινὰ, ne frustra hic fuerimus valde vereor. Ac venit nunc mihi in mentem fortasse Athenaei ea verba esse non poetae: quod acuto lectori dijudicandum relinquo. Eclogarius aperte tribuit Alexidi, Οἶδα τινά Φησιν Ἀλεξίς πολίτην ἡμέτερον πτ.

## CAPUT QUARTUM.

Αργύρωμα et χρύσωμα. κρείων Ἐλικάων. Sententiae Stoicorum de usu opum. προηγουμένως. κόσμος. δείγματος χάριν. Ψήχειν et Ψήγματα. Veterum scriptorum ἀγεωγραφησία Alpes et Pyrenaeos cum Rhopaeis confundentium.

Ἐξήλαυνον γάρ τινες καὶ τὸν ἀργυρὸν καὶ τότε εἰς ὑμένος ιδέαν. Interpres omittit praecipua verba καὶ τότε. nam hoc observat obiter Athenaeus, artem ducendi malleo argentum in tenuissimas laminas, jam aetate Nicostrati antiquissimi comici fuisse cognitam. Hoc ille colligit ex istis illius verbis, λοιπὴ τις ὁξίς ἐστι καὶ ψυτήριον τῆς εὐπαρύφου λεπτότερον, docti qui putant de bracteis sentire Athenaeum, quas vulgo appellamus

*argenti folia vel auri*, non recte sentiunt. nam ex illis non sunt vasa argentea cujusmodi erant acetabulum illud Nicostrati, et poculum psysterium. Ἀντι-Φάνης δὲ οὐαὶ ἐν Λημναις. Recte Dalecampius Λημναις. Lemnias etiam e Latinis poetis Turpilius ediderat. Θίβρων ὁ Ταυτάλον. Scripti, Θιάρων, et sequente versu μαλακὸς, non μαλακόν. Καὶ γυλαν τιν' ἀργυρωμάτων. Scribe, γυλιέν τινα ἀρ. id est, vidulum aut peram vasorum ex argento. Λουτρόν, θεραπανας, ἀργυρώματα, definiunta sunt verba ex Heautontimorumenο Menandri. sententiae opinor, pars erant, quae integra apud Terentium:

*Hem tot mea*

*Soli solliciti sunt cauffa, ut me unum expleant?*

*Ancillae tot me vestiant? sumtus domi*

*Tantos ego solus faciam?*

οἱ δὲ ἔλληνίζοντες λέγειν δεῖν Φασίν ἀργυρεῦν κόσμον οὐαὶ χρυσοῦν κόσμον. Eadem observatio apud veteres magistros, ἀργύρωμα, inquiunt illi, ant χρύσωμα pro vasis vel aureis, non usurpant qui loquuntur accuratius: sed ἀργυροῦν vel χρυσοῦν κόσμον. cui τηρησειδίῳ quantum sit tribuendum, discant tyrones ex Julio Polluce lib. 10. cap. 44. ὅντως ἀνέτειλεν ἥτια Πίνδαρον εὑρυσθενής πλοῦτος. Pythionicarum oda quinta,

‘Ο πλοῦτος εὐρυσθενής  
ὅταν τις ἀρετῷ κειρα-  
μένον οὐαθαρᾶ βροτήσιος ἀνήρ,  
πότμον παραδόντος αὐτὸν ἀνάγη  
πολύφιλον ἐπέταν,  
ὡς θεόμοιρ’ Ἀριεσίλα.

ὑπὸ πρώτου Γύγου τοῦ Λυδῶν βασιλέως ἀνετεθη. Herodotus unde sumserunt cæteri scriptores, narrat copiose p. 405. libro primo: ubi expōlitis Gygis donariis. subjicit, οὗτω δὴ ὁ Γύγης, πρῶτος βαρβάρων τῶν ημεῖς γέμεν, ἐς Δελφοὺς ἀνεθηκεν ἀναθήματα, μετὰ Μίδην τὸν Γορδίεω τὸν βασιλέα. ἀπέδοτο γοῦν τοῖς παρὰ τεῦ Ιέρωνος οὐ γέβούλοντο. Repete duas literas a fine vocis Ιέρωνος, et scribe, οἵσον γέβούλοντο. Καὶ μὲν Ἀντηνορίδης ἐφόρει ιρείων Ἐλινάων, et me gestabat princeps Helicaon Antenoris filius. Natalis vertit, rex Helicarum. Helica non unius oppidi in Graecia nomen Ἐλινάων. numero multitudinis, ut apud poetam, Ἐκ γὰρ Κρητῶν γένος εὔχομαι εὐρειάων. Sed nullam geographi, quod sciam, ejus nominis urbem commemorant,

quae huic loco satis conveniat, at Dalecamp. *inter Graecos illustris princeps.* non illi veniebat in mente haec scribenti cujas fuerit Antenor.

*Νικήσας ἵπποισι πάρα πλατὺν Ἐλλήσποντον.*

Ex Homero desumta est historia seu fabula, *'Ιλιάδ. ψ.* Δῶνε δ' ἄγειν ἑτάροισιν ὑπερθύμοισι γυναικαῖς Καὶ τρίποδ' ὠτώεντα Φέρειν. Verte illa, *πάρα πλατὺν Ἐλλήσποντον,* non ut interpretes, *in Helleponto spatioso.* itane? in Helleponto tanquam in circulo certamen currule peregerunt Graecorum proceres. sed, *ad salsum Hellepontum.* de voce *πλατὺς* satis libro primo. *Πλάτων*

*δὲ ὁ Θεῖος, καὶ Λυκοῦργος ὁ Λάκων.* Platonis lex qua sanctitur ut privatis pecuniam habere auream vel argenteam fas ne sit, extat Legum libro quinto. De antiquo Lacedaemoniorum more capite puniendi eos penes quos auri argentine fuerit repertum aliquid, habes apud Xenophonem et Plutarchum, in ipsorum de illa Republica scriptis.

*τὴν μὲν ἀρχὴν αὐτῶν καὶ Φυγὴν ἀπειπόν.* Recte et vere Dalecampius, *τὴν μὲν εὐχὴν.* Postea lege, *τὴν χρῆσιν δὲ τῶν λιτῶν καὶ ἀπερίτων προηγουμένως ποιεῖσθαι προστάσσων,* non ut editum est vulgo, et in veteribus etiam scriptum, *τὴν χρῆσιν δὲ τῶν λιτῶν καὶ περιττῶν προηγορευμένως ποιεῖσθαι προστάσσων.* Omnes Graece docti statim concedent mihi ultrumque verbum a nobis mutatum, necessario fuisse mutandum: at vim vocis *προηγουμένως* in qua totius sententiae cardo vertitur, non intelligent, nisi Stoicae philosophiae periti. Sensus Athenaei est, ut paucis complectar: Zenonem res omnes dividere in *εὐκτὰ*, *Φευκτὰ*, et *ἀδιάφορα*: optanda, fugienda et indifferentia. divitias censeri ab eo neque inter optanda, neque inter fugienda, sed inter indifferentia, praecipere ergo illum suis discipulis, ut in iis quae necessaria ad vitam, parabilia et tenuia maxime probent: adversas divitias vero ita se comparent, ut neque illas mirentur si non adsint, neque si absint ab iis corrumpi se posse metuant. facere aliquid aut probare *προηγουμένως*, et propter aliud, sive ut loquebantur Stoici, *κατὰ περίστασιν*, sunt opposita.

*οὐδὲν γὰρ η̄ Φύσις ἐνβέβληκεν ἐκ τοῦ οἴσμου τῶν εἰρημένων.* Apud Graecos multisariam accipi vocem *οἴσμος* nemo ignorat. Ut interpretes accipiunt, *οἴσμος* hic est, *vita hominum.* idem *ἐνβάλλειν* interpretantur, *ejicere et contemnere.* Acutius exponas et disputationi huic convenientius, *edūcere atque in lucem producere*, ut sit sensus: Natura



sequentia ad orationis lucem sic, ὡς παρὰ τοῖς ἐπαυτίοις, vel potius σπαρτίοις, apud populos Septentrionis. (Φησὶν ὁ ἔμὸς Ποσειδώνιος) οὐδὲ ἄλλοις τισι τῶν Κελτῶν. οὐδὲ τά γε πάλαι μὲν Ρίπαια οὐλούμενα ὄρη, εἴθ' ὕστερον Ὄλβια προσαγορευθέντα, νῦν δὲ Ἀλπια, (ἔστι δὲ τῆς Γαλατίας) αὐτομάτως ὑλης ἐμπρησθεσῆς ἀργύρῳ διερρύη. manifesto hic scriptor Rhipaeos montes confundit cum Alpibus: qui error multis veterum communis. quare etiam sanctissimus pater Basilius Rhipaeos montes appellat, unde manat fluviorum rex Eridanus. Sed et Alpes p. 407. cum Pyrenaeis permiscet: nam illa vetus fabula de fortuito montium incendio, quo detecta fuerint auri et argenti metalla eo casu liquata, Pyrenaei convenit non Alpibus: vel nomine teste: quod ex eventu illo volunt impositum. haec erat veterum ἀγεωγραφησία: cuius illustre exemplum apud Orpheum in Argonauticis: quo loco ait Rhipaeos montes Calpen, qui est mons ad Gaditanum fretum, Phlegram, et Alpes Cimmeriorum terram circuncludere et Solis lumine privare. Ejus sunt verba.

— ἔπειτα δὲ Κιμμερίοις

νῆα θοὴν ἐπάγοντες οἰάνοιεν· οὐδὲ τε μοῦνοι αἴγλης ἀμυνοροὶ εἰσι πυριβρόμου ήσλιοι.

ἐν μὲν γὰρ Ρίπαιου ὄρος οὐδὲ Κάλπιος αὔγην  
ἀντολίας εἴργουσ', ἐπικένλιται δὲ πελώρη

ᾶσσον ἐπισκιάζουσα μεσήμβριον ηέρα Φλέγρη.

δείελον αὖ πρύπτουσι Φάος τανυηκέες Ἀλπεις.

Locum ex Demetrio Phalereo deinceps allatum, ad tertium Strabonis olim illustravimus: nam ejus elegantiam interpretes non cepere.

## CAPUT QUINTUM.

*Αυτάνδρειον χρῆμα. Cordistae Galli. Strabonis locus.*

*Polemonis varia cognomina, et patria ejus incerta. cur Ἑλλαδικὲς dictus, item Στηλοκόπας.*

*Discipuli olim cognominati a praeceptoribus.*

*Polemonis scripta.*

**G**YLIIPPUM Spartiatam inedia vitam finisse fama est, ut narrat dipnosophista, condemnatum sententia epho-  
*Casaub. Anim. in Athen. T. II.* B

orum, ob aversam praedae Lysandreae partem. hoc postremum ita Athenaeus, *νοσΦισάμενον ἐκ τοῦ Λυσανδρίου χρήματος*. Periti linguae Graecae mirabuntur mecum usum hunc vocis *χρῆμα*: et scribendum judicabunt *ἐκ τῶν Λυσάνδρου χρημάτων*. non enim *χρῆμα* vocant Graeci pecuniam et divitias, sed *χρήματα*, et Plutarchus in hac historia, Lysander, inquit, *τῶν χρημάτων τὰ περιόντα ἀπέστειλεν εἰς Λακεδαλμονα*. constantissime tamen quod editum est tuentur scripti omnes, etiam Epitomae. Fortasse hoc leviculum videbitur: at illud non leve quod sequitur. pulcherrinam enim et verissimam sententiam corrumpunt interpretes suis emendationibus. *τοῦ δὲ ἀνατιθεμένου θεῷ, ναὶ συγχωρουμένου δῆμῳ να-θάπερ κοσμήματος ναὶ κτήματος, οὐ ράδιον ἦν τὸν θυη-τὸν ὄλιγωρον γενέσθαι*. Sed cum Deo consecrarentur aurum et argentum, et publica loca iis ornari, publiceque ipsa possideri concederentur, difficile erat hominem mortalem illa contemnere. Deliberatum diu a Lacedaemoniis quid facerent praeda Lysandrea. decretum tandem, ut pars diis consecraretur, illorum templis appendenda: pars vero in usus publicos asservaretur. Hoc ubi semel constitutum, difficile erat, inquit auctor, privatorum cupiditates inhibere. cur enim privatim aspernarentur, quod publice aestimari viderent? Plutarchum lege in Lysandro: ubi etiam par et gemina huic sententia. *οὐ γὰρ ἦν, ait, δημοσίᾳ τιμώμενον (τὸ*

p. 408. *χρυσοῦν ναὶ ἀργυροῦν νόμισμα) ὄρῶντας, ίδιᾳ παταφρο-νεῖν ᾧς αὐχρήστου*. Nemo igitur virum doctum audiat, qui legit hoc loco, *τοῦ δ' οὐκ ἀνατιθεμένου θεῷ*. *Cor-distae Galli, de quibus scribitur, Τῶν δὲ Γαλατῶν οἱ Κορδισταὶ παλούμενοι χρυσὸν μὲν οὐκ εἰσάγουσιν εἰς τὴν αὐτῶν χώραν*: sine dubio sunt Scordisci, quos Strabo ex eodem Posidonio Gallos nominat libro septimo. non tamen assentiar diligentissimo Abrahamo Ortelio, qui rescribebat hic *οἱ Σκορδίσκοι*. repugnat enim omnia exemplaria antiqua et abbreviator. praeterea binominess fuisse Scordiscos, auctor Strabo, cuius quidem verbacula scribuntur, *τοὺς δὲ Σκορδίσκους ἔνιοι σκορδίσκας πα-λοῦσι*. sed geographum censemus scripsisse, *ἔνιοι Κορ-δισταὶ παλοῦσι*. sic statim adjicit, *Tauriscos a quibusdam Tauristas esse appellatos*. Galli ducis nomen hic memorati, varie scriptum in veteribus ossendimus, *Ἀθα-νάτιος*, aut *Βατάνατος*. Deinceps sequitur longus de vario parasitorum genere sermo: quem dum aggreditur

auctor, Polemonis antiquissimi scriptoris varia cognomina obiter πολυμαθίας χάριν nobis indicat. Sic ille, Πολέμων γοῦν, (ό εἴτε Σάμιος, η̄ Σικυώνιος, εἴτ' Ἀθηναῖος ὀνομαζόμενος χαίρει. ως ὁ Μοψεάτης Ἡρακλείδης λέγει, παταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἀπ' ἄλλων πόλεων. ἐπειαλεῖτο δὲ καὶ Στηλονόπας, ως Ἡρόδιος ὁ Κρατήτειος εἴρηκε) γράψας περὶ παρασίτων Φησίν οὗτως. Quia erant doctorum de hujus viri patria discrepantes sententiae, sequebantur quisque quod probabilissimum videbatur. ita Polemonem aliud *Samium* dixit, aliud *Sicyonium*, aliud *Atheniensem*, alii item aliter. nam exempli gratia, Suidas natum ait in Iliaco pago *Glycea*: addens, donatum postea fuisse civitate ab Atheniensibus. Egregium vero est quod narrat idem, propter hanc caussam Polemonem a nonnullis Ἑλλαδικὸν indigetatum fuisse, ut si Latine dicas *Graecanicum* aut *Graeciensem*. Subjicit Athenaeus cognomen aliud Polemonis, *Stelocopam* nominans auctore Herodico Cratetis antiquissimi critici discipuli: unde ei Cratetii cognomen adhaesit. Olim studiosos literarum adeo non pudebat profiteri per quos prosecissetur, ut multi a praceptoribus suis cognominari gloriosum sibi duxerint. Sic Herodicus *Crateteus* cognominatus: Diodorus et Artemidorus, Aristophanis grammatici discipuli, ambo *Aristophanei* dicti. sic Ister *Callimachius*, sic Callimachus Herophilus: (quod cognomen aliter extulit Erotianus, cum ait, ως ιστορεῖ Καλλίμαχος ὁ ἀπὸ τῆς Ἡροφίλου οἰκίας), sic Rholns *Democriteus*, sic alii quos praetermitto. Porro unde Stelocopas snerit Polemon appellatus, caussam non adjicit Athenaeus. Eruditi homines στηλονόπαν quasi ἐστηλονοπημένον aut ἐστηλίτευμένον putant nominatum: quippe cuius nomen ob desertum vadimonium columnae inscriptum et infamatum fuerit, more qui olim Athenis obtinuit. Quanto est humanius et probabilius etiam quod nos divinabamus? dictum Polemonem στηλονόπαν, propter navatam ei operam in perquirendis, describendis, et publicandis veterum monumentorum inscriptionibus. Declarant libri ab eo editi, p. 409. quorum titulos saltem hodie habemus superstites. Ejus generis erat volumen, cui nomen fecerat, Περὶ τῶν πατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων, id est, *De inscriptionibus quae per urbes Graeciae visuntur*. meminit lib. 10. item opus aliud cuius erat index, Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀνροπόλεως, cuius etiam sit in his libris mentio non

semel. Sed titulum explicat Strabo lib. 9. Πολέμων, ait, ὁ περιηγητὴς τέτταρα βιβλία συνέγραψε περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ Ἀκροπόλει. *Polemon periegetes libros quatuor conscripsit de donariis, quae erant in Arce.* Huc etiam refer illos eiusdem alibi nominatos Athenaeo libros, *De donariis urbis Lacedaemoniorum*: *De tabulis quae Sicyone habentur*: *De Poecile porticu urbis [Sicyonis, et De thesauris qui Delphis afferuntur*: quo de libro mentionem faciens Plutarchus, scriptoris hujus eruditionem honestissimo prosequitur elogio. Sic enim scribit in quinto symposiacorum, problemate altero. τοῖς Πολέμωνος τοῦ Ἀθηναίου περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν οἷμαι ὅτι πολλοῖς ὑπῶν, ἐντυγχάνειν ἐπιμελές ἔστι· ναὶ χρὴ πολυμαθοῦς ναὶ οὐ νυστάζοντος ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἀνδρός. *Iege caetera, atque ibi scribe, ἐν τῷ Σικυωνίῳ θησαυρῷ* potius quam Σικυωνίῳ. intelligit enim Sicyoniorum thesaurum, qui Delphis servabatur, ut et in ultorum aliorum populorum: sicut Strabo quoque testatur]. Eximie vero firmant nostram sententiam sequentia mox verba ex Polemone descripta: ἐν Κυνοσάργει, ait, ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλῃ τις ἔστιν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ ἐν τῷ Φισμα Ἀλκιβιάδου, et deinceps alia multa. Qui igitur tanta diligentia Graecarum urbium inscriptiones de columnis, pilis, statuis, et omne genus donariis descripsisset στηλοκόπας, joculari quidem sed aptissimo nomine est dictus, παρὰ τὸν κόπον τὸν περὶ τὰς στήλας. Sic δοξοκόπους dixerunt, qui industriam et laborem omnem suum ad gloriae aucupium referrent. Sic etiam δημοκόπους appellabant qui in demerendo populo assidue occupabantur: ad cuius benevolentiam cum malis artibus plerique iter affectarent, ex eo factum, ut in malam partem id vocabulum sumereatur. Nae erat iniquum et indignum facinus, virtute, studio, et praeclaris laboribus partum cognomen in probri et dedecoris argumentum doctissimo viro et de literis optime merito vertisse. Nunc ad rem accedamus.

## CAPUT SEXTUM.

*Parasiti, epulones sacri, Jovis parasiti. Parasiti in templo Herculis. Nothi segregati in sacris ab aliis. Keryces Athenienses. Pallene et Pelleue. ἐπὶ Φυλῆς ιερεῖας. Lex regia Atheniensium. βασιλεὺς ὁ ἀεὶ βασιλεύων, et similia. Bouκολία, ἀρχεῖον.*

Tὸ τοῦ παρασίτου ὄνουα, inquit, πάλαι· ἦν σεμνὸν καὶ ιερόν. Olim parasiti nomen venerabile erat et sanctum, quia nimis Graecis quondam ita appellari, quos Romani in superstitionum suarum ritibus viros epulones dixerunt. puto etiam Titios sodales, non multum ab p. 410. istis fuisse diversos. Quid quod etiam deos epulones finxit vaesana antiquitas, quos *Jovis parasitos* vocat beatus Augustinus, De civitate Dei libro sexto, capite septimo. Quae describuntur ex Alcibiadis psephismate, aucta sunt a nobis verbis aliquammultis, quae reperta in chirographis libris: nondum tamen plena est oratio, sed suspensa et imperfecta, hoc fortasse modo concipienda ut integretur. οἱ δὲ παράσιτοι ἔνα ἐν τῶν νόθων, καὶ τῶν τούτων πατέων κατὰ τὰ πάτρια παρασίτην ἀσταγήζοντων, (vel εἰς τοὺς παρασίτους εἰσαγόντων). οἵ δὲ μὴ θέλῃ παρασίτειν, εἰσαγέτω ὁ ιερεὺς καὶ περὶ τούτων εἰς τὸ δικαστήριον. Jubet lex, ut Herculani templi quod Cynosargis erat parasiti, quotannis unum e spuriis aut spuriorum liberis, in suum ordinem cooptent: si quis jure vocatus non obtemperet, ut de eo ad concilium judicium referat sacerdos. Parasitos et epulones in Herculī templo habitos, non mirum: cuin ipse quoque ἀδδηφάγος et voracissimus crederetur. Cynosargis sacra faciebant ex illegitimo matrimonio nati: quos et lex Mosaica in re sacrorum jubet esse a caeteris segreges ad decimam usque generationem. Deuteronomii capite 23. Plutarchus in Themistocle. τῶν νόθων εἰς Κυνόσαργες συντελούντων (τοῦτο δὲ ἔστιν εὖ πυλῶν

γυμνάσιον Ἡρακλέους, ἐπεὶ κάκεῖνος οὐκ ἦν γυήτιος ἀνθεῖς, ἀλλ' ἐνείχντο νοθεῖαι διὰ τὴν μητέρα νόθην οὖσαν) ἐπειδέ τινας, etc. meminit et in Ἐρωτικῷ, nec non Demosthenes contra Aristocratem. Extat etiam apud Isaeum lex qua arcentur nothi ab omnibus sacris gentilitiis. Sic enim habet, μηδὲ νόθω, μηδὲ νόθη ἀγχιστεῖαν εἶναι μήτ' ierῶν μήτ' ὄσιων ἀπ' Εύκλείδου ἀρχοντος. Habet super hoc Solonis veterem legem, apud comicum in Avibus. Ait, οὐαὶ τῷ οὐρυκε ἐκ τοῦ γένους τῶν οὐρύκων τοῦ τῆς μυστηριώτιδος· τούτους δὲ παρασιτεῖν ἐν τῷ Δηλιῳ ἐνιαυτὸν, et ut duo sint ceryces sacrorum ministri de genere Cerycum, ex ea familia quae mysteriorum sacrī operabitur. hi ut in Delio templo annum unum functionem obeant parasitorum. Inter antiquissimas gentes populi Atheniensium fuit gens οὐρύκων, qui non erant caduceatores, neque praecones: sed sacrorum ministri. Diodorus Siculus libro primo Cerycas Atheniensium Aegyptiorum pastophoris assimilat. Haec stirps ut in familias plures erat distincta, ita etiam divisae singularum familiarum functiones fuerunt. quod observandum, ut intelligantur ista verba τοῦ τῆς μυστηριώτιδος. ubi necessario deest aliquid, ex usu loquendi omissum: puta ἘΦηερίας, ut apud Lucam Evangelistam: vel μερίδος, aut σπονδῆς, ut cum ait Pollux, ὄνομάζονται δὲ οὐαὶ μυστηριώτιδες σπονδαί, οὐαὶ μυστικαὶ ημέραι. Ait, ἐν δὲ Παλληνοὶ τοῖς ἀναθήμασιν ἐπιγέγραπται τάδε, id est, *Donariis quae in Pallenide porticu habentur, haec sunt inscripta.* Errant qui de Pallene Achaeorum urbe putant hic agi. Primum aliud est in geographia *Pallene* aliud *Pallenis*. deinde urbs Achajaē quam illi ajunt, non Pallene dicebatur verum Pellene. imposuit p. 411. eis depravata apud Strabonem in descriptione Achajaē scriptura in editionibus quae nostram praecesserunt. *Pallene* dicebatur in Attica populus sive pagus unus Antiochidis tribus. *Pallenis* vero loci nomen qui proprius fuit ejus δῆμον. supplendum enim στοὰ, vel alind quid. Non intelligo quod scriptum sic est, ἐπὶ δὲ Φυλῆς iερείας παράσιτοι ἐπὶ Δυνοστράτου Γαργήττιος Περικλῆς Περικλείτου Πιτθεύς. vertunt docti, *Sub Lycostrato e sacra tribu parasiti fuere Pericles Gargettius Pitttheus Pericli filius.* Legemnt Φυλῆς iερᾶς, Ego nullam Athenis sacram tribum novi: imo vero nulla fuit, non dicam iερὰ, sed neque iερατικὴ, qualis apud Iudeos Levitica. Erit aliquis sensus, si relicto vacuo

spatio ad capiendum tribus nomen quod deest, scribas  
 ἵερατενούσης vel ἵερενούσης. id est, Tali tribu rem di-  
 vinam faciente archonte *Lycostrato*. Quid si aliter  
 accipiendum servata voce ἵερείας? Erant enim sacra  
 quibus soemina sacerdos praeerat: unde illa formula  
 apud Thincydidem et alias historicos frequens, ἐπὶ ἵερείας  
 τῆς δεῖνα. sacerdote hac vel illa. Ita fuerit nomen  
 proprium *Phyle*, nisi aliud ejus loco substituendum, ut  
 ἐπὶ δ' Ἐριφύλης ἵερείας. de quo suum esto cujusque  
 arbitrium, sua existimatio. Illud vero certissimum, scri-  
 bendum esse ἐπὶ Λυκοστράτου Γαργηττίου. *Gargettius*  
 et *Pitheus* ex consuetudine Attica τὸν δῆμον indicant:  
 neque debnere pro virorum nominibus propriis haberi.  
 Addit, καὶ τοῖς τοῦ βασιλέως δὲ νόμοις γέγραπται. regni  
 intellige sacrificalium: nam de antiquis Athenarum regi-  
 bus non loquitur. Scribe mox ex libro Hoefchelii τότε  
 δὲ τὸν εἰς τὸ συμβιοῦν πατειλεγμένον. non πατηλλαγ-  
 μένον. eum qui ad convivendum est adscriptus. Sequit-  
 tur statim, συγκαταλέγουσι παρασίτους. *Dionysius Sing-*  
 pensis de electione parasitorum apud Athenienses —  
 οὐδὲ παρέλαβεν Εἰς ταῦτα τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ ποτέ-  
 λεγεν Ἐκ τῶν πολιτῶν δώδεκα ἄνδρας. Themison cuius  
 statim fit mentio, videtur descripsisse titulos donariorum,  
 et monumenta antiqua omnia quae erant in Pallenide.  
 ibi inter caetera fuit lex regibus sacrorum dicta, cuius  
 facta mentio paulo ante. Colligo ex collatione verbo-  
 rum Athenaei et Pollucis. ille ait, Θεμίσων δὲ ἐν Παλ-  
 ληνίδι ἐπιμελεῖσθαι δὲ τὸν βασιλέα τὸν αἱ βασιλεύοντα,  
 καὶ τοὺς παρασίτους οὓς ἀν ἐκ τῶν δῆμων προαιρῶνται,  
 καὶ τοὺς γέροντας, καὶ τὰς γυναῖκας τὰς πρωτοπόσεις.  
 Pollux libro tertio, ἡ ἐκ παρθενίας τινὶ γεγαμημένη,  
 πρωτόποσις ἐκαλεῖτο. γέγραπται δὲ τούνομα ἐν τῷ τοῦ  
 βασιλέως νόμῳ. ex his colligere est verba quae describit  
 Athenaeus, partem esse legis regiae, at auctorem et  
 opus ubi lex illa extabat docet Athenaeus. Βασιλέα  
 τὸν αἱ βασιλεύοντα cum dicunt Graeci, non intelligunt,  
 ut vertere hic docti, regem cuius perpetuum erit re-  
 gnum. dicant vero nobis, quis ille rex cuius regnum  
 dici meruit perpetuum. Mirum sane tam absurdam sen-  
 tentiam non pupugisse interpretes, ut quid significaret  
 Graecum illud genus loquendi quaererent diligentius βα-  
 σιλεὺς ὁ αἱ βασιλεύων, vel simpliciter, ὁ αἱ βασιλεὺς,  
 reges sunt, qui aliis post alium regnum oblinent. La-  
 tine exprimi ad verbum phrasis haec non potest. vertas p. 412.

non male, *quisquis rex erit*. aut simpliciter, *rex sic apud Dionem et alios, οἱ ἀεὶ ὑπατοι*. Latini tantum, *Consules οἱ ἀεὶ ἄρχοντες, praetores*. τὸ ἀεὶ in his et similibus continuam successionem aliorum post alios denotat. Plato libro primo De republica, *οἱ λίχνοι τοῦ ἀεὶ παραθερομένου ἀπογεύονται αἴρπαζοντες, πρὶν τοῦ προτέρου μετρίως ἀπολαῦσαι*. appellat τὸ ἀ· i παραθερόμενον. singula sercula, quae inferebantur mensae aliud post aliud. potest etiam legi *περιθερόμενον*. Ita enim mos erat in Atheniensium conviviis ut libro quarto didicimus. Pro ἀεὶ dicunt Graeci interdum, *ἐνάστοτες*. ut apud Plut. in Sertorio *οἱ ἐνάστοτες πεμπόμενοι στρατηγοι*. et ita passim Parasiti dicebantur olim Athenis, *οἱ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρούμενοι*. ita noster ex Cratete. Hesychius, quem nullum dubium est indidem huius scribit, *ἐνδοχήν*. quod redit eodem: Pollux cum Athenaeo *ἐκλογὴν* libr. 6. cap. 7. Inusitata et obsoleta quadam significatione sumitur vox *βουκολία* in antiqua lege regia: unde ista proferuntur, *τοὺς δὲ παρασίτους ἐκ τῆς βουκολίας ἐκλέγειν ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἐαυτῶν ἐκαστον ἐκτέα πριθῶν, δείνυσθαι τοὺς ὄντας Ἀθηναίους ἐν τῷ ἱερῷ πατὰ τὰ πάτρια..* Veterum legum Graecarum et Romanarum verba quam plurima etiam doctissimis viris fuisse obscura iam inde a multis retro saeculis, ineptus sim si probare aggrediar. omnia ignorat qui hoc nescit. Suppicabar, *βουκολίαν* hic dici vel jngerum vel alium agri modum ex quo fas fuit parasito cnique hordei hecteum exigere. sed magis ingenua est, in talibus ignorantiae confessio. Scribe mox ex libris *εἰς τὴν ἐπισκεψὴν τοῦ νεώ, τοῦ ἄρχειον, καὶ τοῦ παρασίτου*. non cum interpretibus, *τοῦ ἄρχαίου*. ad sarcendū templū, tabularium, et parasitū. ἄρχεῖον non solum est tabularium, sed aerarium, et templi θησαυροφυλακῶν. de eo Pollux lib. I. cap. primo. Idem criticus libr. 6. cap. 7. tangit hunc locum legis regiae, scribens, *Καὶ ἄρχαίον τι Ἀθήνησι παρασίτου καλούμενον, ὃς ἐν τῷ νόμῳ τοῦ βασιλέως ἐστὶν εὔρειν.* Lege, *Καὶ ἄρχεῖον τι Ἀθ.* verba legis apud Athenaeum, sic legit Pollux: *εἰς τὴν πατακισὴν τοῦ νεώ, τοῦ ἄρχειον τοῦ παρασίτου, καὶ τ.*

## CAPUT SEPTIMUM.

*Observatio super voce παράσιτος. Carystii libri Περὶ διδασκαλιῶν. διδάσκειν δρᾶμα. διδάσκαλοι et ἀντιδιδάσκαλοι, διδασκαλία, Θέσις vel καί θεσις. Auctores veteres qui de eo argumento scripsérant. Utilitas διδασκαλιῶν ad chronologiam. item alia nonnulla.*

SCRIPSERAT Carystius Pergamenus criticus antiquissimus, *parasiti* nomen ea notione quae ex Latinis comicis nota est omnibus, ab Alexide comico esse inventum. Falsam esse hanc Carystii observationem docet Athenaeus, allato Epicharmi loco ubi parasitorum sit mentio. Epicharminus inter primos antiquae comoediae p. 413. poetas fuit, longe antiquior Alexide, mediae comoediae poeta, ut diserte scribitur libro octavo. Haec animadversio non est Athenaei, verum alicujus antiquioris: unde eam sumperunt et Athen. et Julius Pollux aequalis ejus, aut paulo etiam natu major. Sic ille libro sexto, ἐπὶ τοῦ παρασιτεῖν οὐτὰ λιχνείαν ἢ οὐλαιείαν πρῶτος Ἐπίχαρμος τὸν παράσιτον ὠνόμασεν, εἴτα Ἀλεξίς. Porro librum suum cujus hoc loco fit mentio, inscripserat Carystius, Περὶ διδασκαλιῶν. Nulla vox est magis usu trita aut notior ista candidatis Graecae literaturae: et tamen paucissimos scio esse, qui illam hoc et similibus aliis locis recte sint interpretaturi. Magna sane interpretum hallucinatio, qui vertunt ubique *De doctrinis*. Non enim de philosophia aut artibus liberalibus tractaverat eo in opere hic criticus sed de professionis suae proprio argumento: cuius cognitio et jucundissima, et ad historiae lucem utilissima. Rem hodie non vulgo cognitam, lubet paucis, quando oblata est occasio, explicare. Studiorum ea fuit quondam ratio, ut maxima eruditionis pars in dramaticorum poetarum, ac praesertim comicorum lectione et intelligentia poneretur. Inde puriorum Hellenismum, inde notitiam eorum quae in

Rep. erant gesta, inde vitam et mores primorum civitatis Atheniensium hauriebant. Itaque ad illustranda hujus generis veterum scripta, certatim viri magni contenterunt, jam inde ab incunabulis criticae professionis, sive grammaticae, aut quocunque modo appellare volueris, eam disciplinam quae rectam veterum scriptorum interpretationem profitetur, et divinum Aristotelem, ut docemus alibi, auctorem habet primum. Attici scriptores διδασκάλους peculiari notione appellarunt quos dixi poetas. Harpoeration, ἴδιως διδασκάλους λέγοντες τοὺς ποιητὰς τῶν διθυράμβων, ή τῶν ιωμῳδιῶν, ή τῶν τρχγῳδιῶν. Comici scholiares ad Plutum, Φαίνεται τὸ τοιοῦτον, οὐ διὰ τῶν χορηγῶν γίνεσθαι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τῶν διδασκάλων. et cum fabulas suas proferebant spectandas διδάσκειν eos dicebant: sicut etiam Latini *docere fabulam*. et qui productis in theatri coronam poëmatis de palma invicem certabant, non ἀνταγωνισταὶ proprie, sed ἀντιδιδάσκαλοι nuncupabantur vel ἀντιτεχνοι. Pindari enarrator ad Nemeonicas, σφόδρα γὰρ τῶν πολεμούντων ἡμᾶς ἀντιδιδάσκαλων οὐδὲ ἀντιτέχνων Φανητόμεθα παταβήνοντες. altera voce Plato utitur in Phaedone, et comici interpres vetus non semel. Hinc appellatae sunt istae διδασκαλίαι, de quibus scripsierat Carystius, et alii etiam multi, ut mox docebimus. Quid igitur est διδασκαλία? Duobus modis haec vox in hac re solet accipi. Primum pro actione ipsa fabulae, et editione quae dicitur etiam ηὔθεσις. Ranarum interpres, Δίδυμος ὅτι οὐ περιέχοντες θάνατον Δαρείου οἱ Πέρσαι τὸ δρῦμα. διὸ τινὲς διττὰς θέσεις, τουτέστι διδασκαλίας τῶν Περσῶν Φασί. Malim διττὰς ηὐθέσεις. aut si placet θέσεις, seramus libro primo vulgatam lectionem ubi legitur ὅτε τὴν Ναυσιηάν έθηκε. Nobis tamen aliter videbatur, ut cap. 17. p. 414. ejus libri dictum. exempla hujus significatus paßim obvia. Altera significatio vocis διδασκαλία est, cum accipitur pro eo scripto quo explicatur ubi, quando, quomodo, et quo eventu fabula aliqua fuerit acta. Haec circumstantiae et similes his necessariae sunt ad rectam et plenam dramaticorum poetarum intelligentiam: imo vero ad capienda rectae historiae Graecae tempora. Ideo non leviter in hac parte doctissimi veterum suere occupati, qui super hoc libros multos conscripserant: quibus et ipsis nomen e re indiderant Διδασκαλία, aut Περὶ διδασκαλιῶν. Omnium primus scriptionis hujus exemplum dedit vir laudatione omni maior, Aristoteles.

Resert Diogenes Laertius inter caeteros conscriptorum ab eo librorum indices, istum Διδασκαλίας α. Didascalias nempe inscripsérat philosophus, commentarium quo διδασκάλων vetustiorum ac recentiorum ad sua usque tempora historiam texuerat. dramata singulorum recensuerat, et cuiusque illorum tempora indicaverat. Paroemiographi in explicatione proverbii "Ονου σκιά. Ἀριστοτέλης ἐν Διδασκαλίαις οὐαὶ δράματός τινος Φέρει ἐπιγράφην," "Ονου σκιάν. Harpocration, ὅτι ὁ Πεντακλῆς ποιητής, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς διδασκαλίαις. Aristophanis enarrator ad Aves, εἴη ἀν οὖν ὁ Φιλοκλῆς τὸν ἔποπτα σκευοποιηώς τῇ Πανδιονίδι τετραλογίᾳ. ἦν οὐαὶ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις δύο Φησὶ γεγονέναι Κινησίας. Idem auctor ad Ranas, ἐπὶ Καλλίου τούτου Φησὶν Ἀριστοτέλης ὅτι σύνδυο ἔδοξε χορηγεῖσθαι τὰ Διονύσια τοῖς τραγῳδοῖς οὐαὶ ιωμῳδοῖς. et si non nominantur hic Didascaliae Aristotelis: tamen non dubium est, inde sumpta quae assert verba. Reperio eam sub titulo Κωμικῶν laudatum id opus: de eo namque locutum sentio Ero tianum qui in Hippocrateo Lexico Aristotelem laudat ἐν τοῖς Κωμικοῖς. Exemplum Aristotelis secutus est ut videtur discipulus illius Dicaearchus, vir eruditissimus, suadent hoc nobis testimonia aliquot veterum criticorum: licet operis illius titulum nondum inveni nominatim expressum. In antiqua hypothesi Ranarum scriptum, οὗτῷ ἐθαυμάσθη τὸ δράμα διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παρέβασιν ὥστε οὐαὶ ἀνεδιδάχθη, ὡς Φησὶ Δικαιάρχος. in argomento Oedipi tyranni Sophocleae, victim suisse poetam in commissione ejus fabulae a Philocle, unius Dicaearchi testimonio probatur: ex hypothesi autem Ajacis Lorarii utrumque colligas, et scripsisse aliquid in hoc genere Dicaearchum, et Διδασκαλίας tamen scripto suo nomen non fecisse. Sic enim auctor ille, de vero nomine ejus tragoediae loquens, Δικαιάρχος δὲ Αἴαντος θάνατον ἐπιγράφει. ἐν δὲ ταῖς διδασκαλίαις ψιλῶς Αἴας ἀναγέγραπται. Suidavere postea in eodem argomento duo viri πολυμαθέστατοι Callimachus et Eratosthenes. illius leudatur liber hac inscriptione, Πίναξ τῶν οὐατὰ χρόνους οὐαὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκαλιῶν: vel ut scribitur apud Suidam, διδασκάλων. Eratosthenes operi sui Περὶ ἀρχαίας οὐαμῳδίας titulum dederat. quod quidem multorum librorum suis testis Harpocration, qui in μεταλλεῖς septimum lib. laudat. Utrumque passim citant grammatici

in hanc rem. Aristophanis scholia ad Aves, ὁ Καλλίμαχος ταύτης τῆς διδασκαλίας οὐ μέμνηται. In hypothesi Pacis, Φέρεται ἐν ταῖς διδασκαλίαις ὅτι καὶ ἔτέραν δεδίδαχεν ὅμοιώς Ἀριστοφάνης Εἰρήνην. ἄδηλου οὖν Φῆσιν Ἐρατοσθένης, πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν, η̄ τὴν αὐτὴν οὐδῆκε. ad Nebulas. Ἐρατοσθένης Φῆσι Καλλίμαχον ἔγκαλεῖν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι Φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν· σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου ὅτι πρότερον οὐδεῖται. Huc spectat locus M. Tullii in epistolis ad Atticum lib. 6. *Quis non dixit Εὔπόλιν τὸν τῆς ἀρχαίας, ab Alcibiade navigante in Siciliam, demersum esse in mare? redarguit Eratosthenes. affert enim quas ille post id tempus fabulas docuerit.* Post istos tractarunt idem argumentum Carystius, Aristoph. grammaticus, et item alii. De Carystii Pergameni *Didascalis* perhibet testimonium Athenaeus hoc loco. meminit ejus libri suobscure, auctor vitae Sophoclis, νίκας, inquit, ἐλαβεν εἴκοσιν ᾧς Φῆσι Καρυστιος. vicit Sophocles vices, ut scribit Carystius; nempe in *Didascalis*. De Aristophane testatur idem lib. 8. Ἐγὼ, ait, οὐ περιέτυχον τῷ ἀσωτοδιδασκάλῳ· ἀλλ' οὐδὲ ἀναγραΦῆς ἀξιωθέντι σύνοιδε· οὔτε γὰρ Καλλίμαχος οὔτε Ἀριστοφάνης αὐτῷ ἀνέγραψαν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγραΦὰς ποιησάμενοι. Praeter omnes hos, industriam suam in isto negotio occupabant nobiles critici Aristarchus, Crates, et alii multi qui fabulas veterum poetarum sunt interpretati. De his accipiendum quoties sine nomine laudantur αἱ διδασκαλίαι. Harpocration, ἐν ταῖς διδασκαλίαις εὑρίσκεται ὁ Σθένελος τραγῳδας ποιητής. sic apud Sophoclis, Euripidis et Aristoph. interpres saepissime. Non est autem dubitandum Latinos criticos in recensendis poetarum Latinorum fabulis, pari diligentia versatos. Extant hodieque Terentianarum comoediarum διδασκαλίαι, breviter et eleganter scriptae, ac fabulae cujusque fronti praepositae. Praecipua omnium qui *Didascalias* ediderant cura fuit, tempus inquirere, et designare, quo fabularum suarum quamque comici et tragicī, docuerant. Itaque ex temporum ratione digesta erant singulorum poetarum dramata. Aristoph. grammaticus in *didascalia Antigoneae Sophocleae*. λέλενται δὲ τὸ δρᾶμα τοῦτο τριακοστὸν δεύτερον. significat fabulam illam, inter Sophocleas, quae fuere olim 120. aut eo plures, ut docemus lib. 7. locum tricesimum secundum obtinuisse. Neque tantum singulorum poetarum

separatim sed etiam omnes omnium qua tragicorum qua  
comicorum fabulas pro ratione temporum quibus fuerant  
publicatae, digestas cernere erat in criticorum Didascalij.  
Itaque Athenaeus sub finem libri hujus plurium  
comicorum eclogas recitaturus, ait se χρήσασθαι τῇ  
τάξῃ τῶν δραμάτων ὡς ἐδιδάχθη. servasse in recitando  
eum ordinem, quo illas auctores docuerunt. Quantum  
critici ac diligentia veteres chronologos adjuverint, soli  
aestimabunt illi, qui norunt quam infirma et tenuia  
praefidia habuerint, qui ad ineundam fugacis temporis. 416.  
rationem primi animum appulerunt. Ego non dubito eo  
potissimum spectasse Aristotelem cum Διδασκαλίας suas  
componeret: sicut etiam constat mihi summum virum  
chronologiae cuiusdam fundamenta molitum esse, cum  
Pythionicas omnes singulari libro recensuit, ejus Index  
Πυθιονικῶν ἔλεγχος: item cum Dionysiacorum ludicrorum  
victorias alio scripto est persecutus. Verum quod heroica  
virtute instituerat, aut fortasse etiam cogitaverat solum  
maximus philosophus, posteri praestiterunt. eximie vero  
Eratosthenes Cyrenaeus: ejus Canones chronologici non  
deteriorem faciem ineundae antiquorum temporum rationi  
alluxerant, quam libri de comoedia et fabularum dida-  
scaliis, recte intelligendis antiquiorum omnium comicorum  
scriptis. Non omnia autem comicorum et tragicorum  
drama in didascalij locum habuerunt: sed illa  
solum quae fuerunt acta et commissa: quorum etiam  
majus fuit semper apud doctos pretium quam illorum  
quae scripta tantum non etiam producta. Athenaeus  
hoc ipso libro, οἵδε δ' ὅτι ναὶ οἱ Θουριοπέρσαι ναὶ τὸ  
τοῦ Νικοφῶντος δρᾶμα ἀδίδακτό εστι· διόπερ ναὶ τελευ-  
ταῖν αὐτῶν ἔμνησθη. Idem sentiendum de iis fabulis,  
quas post editionem minus faustam auctores interpo-  
larerant et recentaverant. Nam et haec, nisi illas iterum  
poetae docuissent, ταῖς διδασκαλίαις οὐκ ἐνετάγγοντο.  
Aristophan. Scholia, Ἐρατοσθένης Φησὶ Καλλίμαχον  
ἔγκαλεῖν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι Φέρουσιν ὑστερον τρίτῳ  
ἔτει τὸν Μαρινᾶν τῶν Νεφελῶν· σαφῶς ἐνταῦθα εἰρη-  
μένου ὅτι πρότερον παθεῖται λανθάνει δ' αὐτὸν, Φησὶν,  
ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν. ἐν  
δὲ ταῖς ὑστερον διεκπενασθείσαις εἰ λέγεται οὐδὲν ἄτοπον.  
αἱ διδασκαλίαι δὲ ὅηλον ὅτι τὰς διδαχθείσας Φέρουσι.  
quaenam fabulae dictae fuerint διεκπενασμέναι, exposui-  
mus lib. 3. cap. 26.

## CAPUT OCTAVUM.

*Pollucis error indicatur. vocis παράσιτος auctor antiquissimus. Epicharmi versus percurruntur pelles olim pro lectis et stragulis. dormio. κοεῖνι Homerica observatio in vulneribus assignandiss Ararotis comici Hymenaeus. Suidae locus animadversus. Περτανεῖα, sportulae. Judicum merces. Multa alia emendantur et observantur*

IN Epicharmi ecloga hoc loco descripta nimis verum dictum experimur a maximo vatum, τῷ δ' ἔτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἔτερον δ' αὐτένευτε. mendas enim codicun vulgatorum, imo vero etiam MSS. omnes abstergeri nullo dum studio potuimus: partem certe sustulimus in dubitatis, nisi fallimur, conjecturis. Sed monendi sunt initio lectores, commissi in hac quaestione erroris aut ab Athenaeo aut a Polluce. Nam cum uterque illorum ex eodem fonte hauserit hanc observationem ut superiori p. 417. capite dicebamus: diverse tamen animo concepta et in literas relata est ab utroque eorum. Quaestio est haec quis primus ex antiquis poetis fecerit parasiti mentionem. De nomine putavit agi Pollux: noster de re non de nomine. Porro diversa sunt nomen et res nominis significata. Ego non dubito lapsum Pollucem incognitam et απροσεξίᾳ: quod ei facillimum fuit, Epicharmum et Alexidis versus de quibus quaeritur, ob oculos non habenti. Athenaeus vero qui potuit, cum locum integrum Siculi poetae describeret? Falsum igitur est quod ait Pollux, πρῶτος Ἐπίχαρμος τὸν παράσιτον ὡιόμαστος Lege versiculos Epicharmi: nnsquam in iis nomen παράσιτος. at res eo nomine significata graphice ibi describitur. hoc voluit Athenaeus cum ait de Epicharmo, τοι παράσιτον παρὰ πότον εἰσῆγαγεν. Ipsum quidem nomine et Epicharmo fuit incognitum, et iis qui proxime illius sunt insecuri. In Aristophanis comoediis quae supersunt id verbi non reperias, nisi memoria labimur. Quare

etiam Atheneus obscure indicat, antiquissimum poetam, in cuius scriptis id nomen notione hac sibi esset inventum, Ararotem esse Aristophanis filium. Sic interpretor sequentia verba paulo post: Τοῦ δὲ ὀνόματος τοῦ παραστού μνημονεύει Ἀραρὼς διὰ τούτων. Sed ad pensum nostrum accedamus. Prima Epicharmi verba sunt depravatissima, nec possunt a nobis corrigi. Sequentibus versibus ingenium suum et mores describit parasitus. Quintum ita exhibent omnes libri, καὶ οὐτισάντιον τὸ λητήνω λέγει. Lege servatis iisdem literis omnibus, ultima excepta οὐ αἰκα τις ἀντίον λῆτηνω λέγεν. si quis contradicere illi cui iste parasitatur, velit. egregia emendatio. Sed pro λῃ Dorico metrum posulat Θέλη. Sextus Τὴνω υδάζομαι τε οὐπω νηχθόμεν. Sententia et versus labunt per hanc lectionem, κείνω υδάζομαι τε καὶ ποτέχθομαι illi ego maledico et inimicor. Nonus, Ἐρπω δ' ὄλισθράζων τε καὶ οὐτασκοτος. Ἐραιον αἴκα δ' ἐντύχω τοῖς περιπόλοις. Lego, ὄλισθάζων τε καὶ οὐτὰ σκότος Ἐραιουν. Doricum est ἔρπω pro ingredior, ut dictum est libro 1. Ego inquit, ambulo nutans et labans per tenebras infrequentes ac desertas, vel ἔραιος, solus. Decimum et sequentes duos ita legit Dalecampius, — αἴκα δ' ἐντύχω τοῖς περιπόλοις Τούτοις, ἀγαθὸν ἐπιλέγω τοῖς θεοῖς, ὅτι Οὐ λῶντι πατεν, ἀλλὰ μάστιγῶντι με. et ἀγαθὸν ἐπιλέγω τοῖς θεοῖς, sumit pro χάριν ὁμολογῶ τοῖς θεοῖς. ut dicat parasitus, se gratias agere, si nocturni circuitores contenti flagellatione gravius se non laedant. Ingeniosa plane interpretatio: nec video qui possit cmodius exponi ista scriptura. Sed profecto mendae veram sententiam oblegavit. quae hujusmodi potius videtur suisse. Si in vigiles nocturnos incidam, his ego ἀγαθὸν τι λέγω, id est dico, dicta quaedam de melioribus: atque ita illos mihi concilio, ut inoffensus ab iis discedam. Sententiam opinor, aut corpore toto, aut saltem lacinia tenemus. verba ipsa prehendere non quimus. Aliis fortasse Ieporem excitaverimus. Versus reliqui sic eduntur. Ἐπιδέχεινο τὸ οἴκαν εἰς οὐταφθερεῖ Ἀτρωτος εὔδω, καὶ τὰ μὲν p. 418. πρῶτον οὐκοῦν Ἄς οὐκων τὸ ἀκρατος οἶνος ἀμφέπη Φρένας. Censemus emendandum,

Ἐπεὶ δέ χρηκον οἴκαδ', εἰς τὰς διφθέρας  
ἀτρωτος εὔδω· καὶ τὰ πρῶτον οὐκοῦν  
εἴκα μεν ἀκρατος οἶνος ἀμφέπη Φρένας.  
postquam vero salvis domum veni, super stratas pelles

*dormio: atque ubi primum mentem occupavit merum, nihil audio.* Olim pro lecto erant pelles lanatae in angulo cubiculi stratae. unde Romanum *dormio* a *δέρμα*. postea inventis lectis, culcitis, et vestibus stragulis, pauperibus relictæ sunt pelles. *οὐ κωῶ*, valet, nihil intelligo, omnium rerum curam pono. *κοεῖν* Dörice pro *αἰσθάνεσθαι* et *νοεῖν*. Paulo post ita haec distingue, διὸ καὶ ποιεῖ αὐτὸν ὑπὸ Μενελάου τιτρωσκόμενον κατὰ τὴν γαστέρα, Φησὶν ὁ Συῆψιος Δημήτριος· ὡς καὶ Πάνδαρον διὰ τὸ ἐπιωρηηέναι κατὰ τῆς γλώττης. Τιτρώσκει δ' αὐτὸν Σπαρτιάτης ἀνὴρ, τὴν αὐτάρκειαν ἐζηλωκώς. Observatum est a veteribus, non temere apud poetam inferri aut accipi vulnera: sed convenienter anteactae vitae et meritis. Podam igitur, ait auctor, quia parasiticam exercuerat, ferit Menelaus in ventre: sicut Pandaro perjurii reo linguam abscindit Diomedes. In quinta Iliade habes de Pandaro. De Poda sic Ἰλιάδ. ρ. Τόν δὲ κατὰ ζωστῆρα βίλσν ξανθὸς Μενέλαος. [eadem observatio apud Dionem Chrysostomum, in ea dissertatione quam scripsit de Socrate et Homero: nec non apud alios veteres]. Eupolidis *Colaces* noti ex omnibus antiquis: inter celeberrimas enim ea fabula. Versus inde allatos digerant in pristinam metri legem qui volent. res non tam difficilis quam incerta, maxime propter trochaicorum et anapaesticorum leges parum severas. In illa ecloga non agnoscit ista Epitoma auctor, μικρὸν δέ τι + κάμου αὐτοῦ. erant videlicet iam tum corrupta. Quid si scribas, μικρὸν δέ τι καταλυμάτιόν που? parvam domunculam sic vocat, et ut ait Syracusanus poeta, εἴλεον οὐκ οἴησιν. Sub finem narrat parasitus casum Acestoris alterius parasiti. σκῶμμα γὰρ εἴπας ἔλεγεν. εἶτ' αὐτὸν ὁ παῖς Θύραξ<sup>2</sup> ἀγαγὼν ἔχοντα οἷοὶν παρέδωκεν Οἰνεῖ. Prima verba sunt corrupta. Dalec. scribit, σκῶμμα γὰρ οὐδὲν εἴπας; ἔλεγεν. firmant praecedentia, quibus dixit necesse esse, ut dicta dicant, nisi foras velint projici. Nobis placeat ita potius scribere et interpretari, σκῶμμα γὰρ εἴπας ἔληγεν. εἶτα, etc. firmant item praecedentia. non enim dicta dicenda solum ajebat ibi parasitus: sed etiam χαρίεντα, id est, quae probentur domino. Ergo ita interpretare: vix desierat loqui, et sconema in aliquem jacere: et statim correplu, ac boja collo imposita, traditus est Oeneo. Quis autem iste? Puto fuisse tum Athenis Oeneum quendam notae saevitiae, vel commentariensem, vel publicum servum,

vel alio quo munere fungentem. Quidvis denique fin-  
gam prius, quam *οἰνέας* *cauponem* vertam cum Dalec.  
Mendum latet in in istis, τοῦ δὲ ὄνόματος τοῦ παρασίτου  
μημονεύει Ἀραρῶς, ἐν Μεναίῳ. Scribendum ἐν Τυε-  
ναίῳ. unius ex poetae hujus fabulis index fuit Τυεναιος.  
auctor Suidas in iis quae de Ararote. Idem grammaticus p. 419.  
ex ea fabula quaedam laudat in ἀναθεῖναι, ubi ingens  
facinus ausi sunt homines imperiti. Sic ille, ἀναθεῖναι  
καὶ ἐπαναθεῖναι τὸ αὐτό. Ἀραρῶς Τυεναίῳ. ὅπως τε  
τὴν νύμφην ἐὰν καιρὸς ἦ μετέωρον ἐπὶ τὸ ζεῦγος ἀνα-  
θήσει συμφέρειν. ineptulus aliquis ignorans ἀραρῶς no-  
men esse poetae, superioribus versibus subjunxit inep-  
tissimam hanc notam, ὅτι τὸ ἀραρῶς ἐπίρρημα, ἀντὶ τοῦ  
πρεπόντως, ἀραρῶς δὲ ἀρμόσας. Alexidis versus subjiciuntur de parasitorum dupli genere. sed versus quin-  
tus et septimus quibus nobiles parasiti (quos ille σεμνο-  
παρασίτους vocat) describuntur, mihi sunt obscuri, neque  
habentur in Vindelianis Excerptis. Postremum ita  
accipio. Ait, Ἄλλ' ἀν σ' ἐπαινῷ μᾶλλον αἰτήσεις μ'  
ἔτι. Duorum qui hic loquuntur, aliter discipuli, aliter  
doctoris personam sustinet. doctori promissum de more  
fuerat minerval. Eadem sciscitanti annon bene doceret:  
respondet discipulus, nolle se ipsum laudare: ne lau-  
datus occasionem inde sumat majorem exigendi mer-  
cedem. Sed scribi malim, Ἄλλ' ἀν σ' ἐπαινῷ γ' ἀλλο  
αἰτήσεις μ' ᔾτι. Parasitos laudans ait deinceps apud  
dipnosophistam Timocles, — οὐδὲν ἔστι γὰρ Εν τοῖς  
τοιούτοις χρησιμώτερον γένος. ubi scribendum autumo, ἐν  
τοῖσιν οὖσι. ex omnibus rebus. Sequitur, εἰ δ' ἔστι Φι-  
λέταιρον ἐν τι τῶν καλῶν. Dalec. nam si quod honestum  
amicis gratum est. Lege, Ei δ' ἔστι τὸ Φιλέται-  
ρον ἐν τι τῶν καλῶν. hoc est, si colere sodalitatem  
res censi honesta debet. In fine hujus ῥῆσεως elegans  
et acutum est parasiti dictum. Is enim postquam multa  
dixit de nobilitate et praestantia suae artis postremum  
hoc, sed Achilleum ut vult videri, argumentum profert  
in medium.

Γέρω γὰρ αὐτοῖς ταυτὰ τοῖς τ' Ολύμπια  
νικῶσι δίδοται χρηστότητος εἶνεια,  
σίτησις· οὐ γὰρ μὴ τιθενται συμβολαὶ  
πρυτανεῖα ταῦτα πάντα προσαγορεύεται.

Inest in hac argumentatione acumen sophisticum. Vis  
scire, ait, quanto in pretio sint parasiti? Cogita eun-  
dem haberi honorem virtutis ergo parasitis, qui habetur

Olympionicis: τὴν στήσιν nempe et victum de alieno. Poterat objici, res dissimiles confundi, et pro similibus male poni: quia parasiti quidem in privatorum aedibus ossum alienum rodant: at Olympionicae in prytaneo cibum capiant publicum. It iste obviam, et in loco ullum momentum esse negat. nam et vulgo illa omnia loca censeri prytanea ac solita nominari, ubi convivari licet nullis collatis symbolis, et nullo suo sumptu. Vides acumen parasiti, vel potius elegantissimi poetae lepores. Cum ait χρηστότητος ἐνενα alludit ad usitatam formulam in Senatusconsultis quibus decernebatur bene de Rep. meritis, η στήσις. semper enim ea verba addita, aut similia, ἀρετῆς ἐνενα, vel εὐολας ἐνενα τῆς εἰς τὸν δῆμον. Sed hoc falso sumit iste disputator ad Cleanthem, tanquam confessum: quod nemo ei concedet. nam in hieronicis quidem verum est: at in parasitis nequaquam. Falsum est item quod ait, πρυτανεῖα p. 420. solita appellari omnia illa convivia aut loca ubi sine sumptu datur cibus. debuit dicere, suo judicio esse dicenda etiam illa πρυτανεῖα. Aliter hunc locum interpretari non est: quem neque eruditissimus Dalecampius aliter cepit. Non vidio quomodo colligatur hinc a doctissimis viris, πρυτανεῖα suisse dicta alimenta quae publice praestabantur hieronicis. Nunquam Graeci quod sciam πρυτανεῖα nominant, illas τροφὰς, sed τὴν ἐν πρυτανεῖᾳ στήσιν. At prytanea numero multitudinis forensis vox est, qua significabatur Athenis pecunia solita in sacro deponi a litigaturis. Romani servarunt eum morem, et τὰ πρυτανεῖα sacramentum dixerunt, ut ait Varro. Interpres Aristophanis scribit, in Romano foro *sportulas*: appellari πρυτανεῖα Atheniensium. et si jure mireris cum summo viro hanc interpretationem: non tamen jure illam improbaveris. Sportulas intelligit, de quibus Justinianus in Codice libro secundo, titulo *De sportulis et sumptibus in diversis judiciis faciendis*, et sequente. Generalis ea vox est, qua omnes denotantur sumptus: quos litigantes faciebant! peculiariter autem pecuniam judicibus pedaneis dandam ita vacabant. Imperator in Novella 82. *sportulas* interpretatur δικαστικὰ, sive δικαστικὰ δαπάνας. et modum earum definit ἀνὰ δύο μὲν χρυσοῦς παρ' ἑνατέρου μέρους ἐν τῇ προνατάρξει. ἀνὰ δύο δὲ ἐν τῷ πέρατι τῆς ὑποθέσεως. Quid erant aliud πρυτανεῖα Atheniensium quam δικαστικὰ δαπάναι? nam etiam veteres grammatici πρυτανεῖα interpretantur μι-

*σθὸν τῆς εἰσαγωγῆς τῆς δίκης.* et certum est pecuniam deponi solitam Athenis, fuisse judicibus divisam. quod docet clare illa apud comicum in Nebulis disputatio de die ἐνη καὶ νέα. Pollux, libro 8. τὰ πρυτανεῖα ἐλέμβανον οἱ διμασταὶ. hoc tantum fuit discriminus inter *sportulas* et *πρυτανεῖα*: quod illae sine circuitu dabantur judicibus pedaneis a litigantibus: haec publico praestabantur, ut inde sumerent judices.

## CAPUT NONUM.

*Παλαιστὴς αὐτάργειος. προσβαίνειν. τελαμών. Καπνοί. Κονιορτοί. ἔχειν ἐστίαν. Dexamenus. Lupini pro amethysto αἵμωδιῶν. Alexidis Τιτθή. κηφὴν παλίμπλυτος. Parasitorum exercitatio λέγειν ἐπὶ κεφαλαίου. λαλεῖν et λαλισκεῖν. ιερὸς γάμος. Καινεύς.*

*Παλαιστὴν νόμισον αὐτάργειον μ' ὄρᾶν. puta te aliquem palaestritam Argivum videre: Luctae palmam sibi vindicabant Argivi. Diotimus poeta epigrammatarius, 'Αργείων ἀ πάλα οὐ Λιβύων. facta vox est αὐτάργειος ad exemplum philosophorum, qui dicunt αὐτοαγαθὸν, αὐτοαληθὲς, αὐτοζῷη et similia. προσβαίνειν πρὸς οἰνίαν χρή; ηριός. positum est προσβαίνειν loco τοῦ προσβάλλειν: nisi ita potius scribendum. Refert hoc ad nocturnas juvenum comedationes. Estne, ait, opus vi perrumpere in aliquam domum? aries sum. Πλάττειν; τελαμών. est ne aliquid singendum? ego sum Telamon. videtur artis figulinae vocabulum esse τελαμών, et instrumentum aliquod significare singendis vasis necessarium, erat et architectorum id verbum, ut Vitruvius indicat libro sexto capite 10. sed ea significatione nullum habet hic locum. Fortasse *Telamon* proprium est viri nomen dolosi et singendis mendaciis apti. τοὺς ηλοὺς πειρᾶν; ηπνός. Assentior eruditissimo Petro Victorio de explicatione hujus loci. Vulgo tamen Athenis Καπνοί appellabantur dosentes, et pollicitatores magni. Scholia Aristophanis: λέγεται ὅτι Θεαγένης μεγαλέμπορός τις ἐβούλετο εἶναι, περαιτῆς (fortasse περιλαλητῆς) ἀλαζῶν, ψευδόπλουτος. ἐκαλεῖτο δὲ Καπνὸς ὅτι*

πολλὰ ὑπισχυούμενος οὐδὲν ἔτέλει. ἐλαίω μήτε  
χρῆσθαι μήθ' ὄρᾶν; κονιορτός. Homines squallidos et  
illuvie laborantes Κονιορτοὺς vocabant. Demosthenes  
contra Midiam, νῦν δ' οἴμαι, τούτου προβέβληνται Πο-  
λύευκτος Τιμοκράτης, Εὔπτήμων ὁ Κονιορτός. τοιοῦτοι  
τινές εἰσι μισθοφόροι περὶ αὐτὸν. vide sequentem Ana-  
xandridae locum. "Αρχειν, Φονεύειν, μαρτυρεῖν.  
Lego, "Αγχειν. si quem perditum cupias vel laqueo,  
vel ferro: vel falso testimonio en me ad omnia para-  
tum. ἔχουσαν, ἥδη πατακλιθεῖς ισομίως. Lege duoss  
versus.

Παραπειμένην τε τὴν τράπεζαν, πάντ' ἀ δεῖ  
ἔχουσαν ἥδη, πατακλιθεῖς ὅγε ιοσμίως  
ἀριστίσας θ' ἐαυτὸν, ἐντραγών τε, κ' ἐμπιών.  
nec metro: nec menti poetae convenit. τὸ ἀριστήσας;  
quod editum est. ἀριστίζειν est prandium praebere.  
Καὶ τὴν Θύραν ἀνεωγμένην, εἰσέρχομ' ἐνθάδε. In voce  
εἰσέρχομαι finiri debuit versus: inducta voce ἐνθάδε:  
quae facit metrum ὑπέρμετρον, et pēde uno longiorema.  
Mox etiam scribe, "Οτι δ' ἦν τὸ πρᾶγμα ἐνδοξον αἱσὶ πα-  
παλόν. et post, 'Εν ἀπασι τοῖς δήμοις Θυσίας ποιουμένη  
et δήμους intellige τῆς Ἀττικῆς. Atticam divisam suissē  
in δήμους, id est pagos 174. et ait Strabo libro nono.  
et omnis Atheniensium historia testatur. "Ἐχοντας  
Θυσίας, παλῶς βεβιωκότας. Versus ait esse corruptus  
nec posse stare hac lectione servata. Scribendum haud  
dubie, "Ἐχοντας οὐσίας, divites, et honesto loco natoss  
vel ἔχοντας ἐστίας. Lares habere, inter primas viri  
boni et παλοῦ παγαθοῦ notas. contra ἀνοικος et ἀνέ-  
στιος de scelerato dicitur. Homerus. 'Αφρήτωρ, ἀθέμι-  
στος, ἀνέστιος ἔστιν ἐκεῖνος, 'Ος πολέμου ἔραται. Athe-  
naeus de Cynicis, πανολέγοι εἰσὶ, παι βοροὶ, παι ἀνοικο-  
παι ἀνέστιοι. et solitus de se dicere Cynicus Diogenes  
in se expetere diras tragicorum, quia esset πλάνος, ε-  
άδοικος. Aliquanto post, initio versus scribe, ἐὰν ἡ  
ἀποπάρδη. Quod ait poeta de parasitorum origine sen-  
tentiam continet hanc. Olim publice Athenis alebantur  
in singulis pagis, in honorem Herculis: postea magi-  
stratus ut hoc sumptu liberarent Rempub. divites eleger-  
runt, quibus alendos parasitos traderent τρέφειν παρ-  
πάλουν de magistratu intelligendum: utique si legas τὰ  
εὐπόρων τινάς. si scribas τινὲς paululum diversa sen-  
tentia expones, ipsi divites hortabantur sese ad exhi-  
p. 422. bendos parasitos. παραπλήσιον τοῖς ἐν τῷ Κλαυδίῳ

νῦν σοφιστεύουσι. exposuimus ad Suetonii librum quintum, cap. 42. τὸ τεχνῶν ἀεὶ τοῦτό μοι παταπινέτω. Interpres πατεπίνετο. nihil pronuncio. Suspectum habeo fabulae Alexidis titulum qui sequitur, εν δὲ Ὁμυθίοις. libro tertio laudatur Alexis εν Ὀλυμφίῳ. eandem vocem hic quoque admiserim libens, vel εν Ὀλυμφίοις.

**Τιμοκλῆς Κενταύρων** ή Δεξαμενῶν. In Centauro vel Dexameno. Errat Dalecampius qui emendat Δεξαμενῆ et vertit Labro. Dexamenus hic ille est, de quo Apollodorus libro secundo Bibliothecae, Ἡρακλῆς δὲ εἰς Ὑλενον πρὸς Δεξάμενον ἦντι πάντι πατώντι. παὶ πατέλαβε τοῦτον μέλλοντα δι' αὐτοῦ μηδεπείνειν Εύρυτλων Κενταύρων Μυησιμάχην τὴν θυγατέρα. Deinde scribendum ἀποκαλεῖ non ἀποκαλῶν: aut deest aliquid, Caunios: Timoclis agnoscit Suidas: alium nullum memini. docuerat et Alexis Caunios: cuius fabulae Pollux meminit lib. 7. cap. 30. etiam Epistolas nominat Suidas.

Ἡδη προσενήνεται τι μέλλει, σπενδέτε. Scrib. προσενηέχθαι, minore mutatione quam ut Dalec. τί σπενδεῖν μέλλετε. Cum ait poeta Κομιδῆς τεθνητῶς, τῶν ἀν' ὄκτὼ τοῦ βόλου Θέρμους μαλάξας: significare videtur. Tithymallum sive Dexamenum lupinos quosdam maximos et plurimos dentibus trivisse, unde sit secutum animi deliquium tantum ut pro mortuo haberetur: quod ita quidam sunt interpretati, quasi vitae affectus taedio inedia se enecasset: quod Graeci ἀποκαρτερεῖν dicunt: sed hoc postea falsum apparuit redeunte ad se qui videbatur mortuus: quem ait poeta non ἀποκαρτερῆσαι, id est, finire vitam inedia voluisse: sed potius καρτερῆσαι πίνοντα. id est, obsirmasse animum ad strenue bibendum, sumptis incautius Iupinis loco amethysti. Lupinos impedit ebrietatem non memini legere. orexim quidem illorum esu excitari testis Diosc. libro 2. οἱ Θέρμοι ἀπογλυκανθέντες, λεῖοι σὺν ὄξει ποθέντες. στομάχου ἀσην πραῦνον, παὶ ἀνορεξίαν λῶνται. Cum ait, τῶν ἀν' ὄκτὼ τοῦ βόλου ostendit lupinorum τὴν ἀδρότητα et magnitudinem: quorum octo mensuram implere potuerint quae obolo constaret. Lege, Οὐ Νεῖλος ἀλφιτ', οὐδὲ Κόρυδος ἀσύμβολος. per ἀλφιτα mazam intellige, et replete ex superioribus γράσθη Φαγεῖν. Nilus nomen alicujus comedonis. Καὶ γὰρ αἴτειτο προῖνα τοῖς φίλοις ὑπηρετεῖν. Et modulus versus est depravatus: et sententia perversa. Totam lege pericopam: reperies hunc esse sensum: Tithymallum eo progressum insolē-

tiae, ut non contentus aliena quadra vivere gratis hoc amplius mercedem ultro postulet suae in comedendo operae sibi dari. Lege igitur. — *καὶ γὰρ οὐν Αἰτεῖτο προῖνα τοῖς Φίλοις ὑπηρετεῖν, postulabat ne gratis operam suam amicis commodaret.* non male etiam scribas, — *καὶ γὰρ οὐν Ἀναινεῖτο προῖνα τ.* In tertio versu scribe, *Ἐσπράξεται γὰρ μισθὸν ἐν τοῦ σοῦ λόγου, Πᾶρ’ οἵς ἔδειπνει προῖνα, σύλλεξιν συχνήν.* nam ut tua oratio est, exacturus est mercedem (sive, mercedis nomine) ab iis quos coenaverit, collectam magnam. nimis p[re]p[aratio] 425. ista est inconcinna vulgata lectio.

*Ἀγορὰν ἴδειν εὔοψον, εὐποροῦντι μὲν Ἡδιστον.* de piscibus tantum loquitur, ut dicebamus cap. 3. et foro piscario: quod declarant sequentia, *ἔγχέλεις ὄρῶν, Θυννεῖα, νάρηνας, ναράβους, ημωδία.* ubi *τὸ αἷμαδιὰν* non idem significat quod apud Aristotelem et Alexandrum in Problematis illis. *αἷμαδία* est stupor dentium, et *νάρην ἀπὸ ὄράσεως ἢ ἀκούσματος.* hic pruritus est dentium, proprium cattillonum *πάθος:* quibus dolere dentes dicuntur, quando cupitos cibos fas illis tantum videre, non edere: quae magna est ei hominum generi *ὑφαλυῶν ἀλγηθῶν καὶ ἰδόντων.* Hoc voluerunt veteres qui *τὸ αἷμαδιὰν* interpretati sunt *τοὺς ὀδόντας ὀδυνάσθαι μετὰ ιησουοῦ.* dolere dentibus cum pruritu. In ultimo versu, *Οπόσον, πυθόμενος δ’ ἀποτρεχ’ εἰς τὰς μεμβράδας.* scribendum ἀπέτρεχε. *ἐν δὲ Τιτθῆ.* Libro 10. *Ἄλεξις δ’ ἐν Τηθύι.* Tethys pro terra aut mari varie capit[ur] poëtis Graecis et Latinis.

*Οὐ γὰρ ἔχεις ηφῆνα παλιμπλυτον.* Multum in his verbis ineſt elegantiae. *ηφῆνες* Graecis, ut Latinis *fuci*, homines ignavi, et fruges consumere nati. *παλιμπλυτον* proprie vestimentum dicitur saepius politum et lotum a fullonibus, ac proinde nullius pretii: simillime *τρίβωνας* appellabant senes effoetos, et Reipubl. inutiles. Euripides Autolyco, — *ὅταν δὲ προσπέσῃ γῆρας πιπρὸν, τρίβωνες ἐνβαλόντες οἴχονται πρόνας.* hujus epigrammatis postremi versus ita habent,

*Τοῦτο δ’ ὁ πρέσβυς ἐρεῖ Κένροπος πόλι, καὶ παρὰ Νείλῳ ἔστιν ὅτ’ ἐν Μούσαις δριμὺ πέφυκε Φυτόν.*

Potest *τὸ πόλι* et tertius casus esse (non quidem *ἐν συναιρέσεως* pro *πόλι*), sed *ἔξ αὐτέρεσεως alterius i.*) et quintus. Athenas affatur auctor epigrammatis, o *Athenae senex Macho qui hic est sepultus dicet et notum omnibus faciet, reperiri etiam in Aegypto viros doctos et acri ingenio praeditos.* Quisquis ille fuit qui

hoc epigramma fecit ignoravit cujas esset is quem laudabat. Machonem enim produnt in Aegypto natum illa πέφυκε Φυτόν. omnes alii Peloponnesium. quanquam Athenaeus honori patriae, opinor, favens, in numerum sententiarum hanc retulit sententiam. ἀποΦεγγόμενος οὐκ ἄξια βιβλίου ναὶ μνήμης, ἐν τοῖς ἄλλοις ἦν ἀηδῆς ναὶ ψυχρός. inepta sententia. Neque aliter tueri licet τὸ ἄλλοις quam si scribatur ante οὐκ ἀνάξια β. aut post, ἦν οὐκ ἀ. Sed Epitomam sequamur, ἐν τοῖς ὅλοις ἦν ἀη. Additur de Philoxeno scurra, ὁ δὲ Φιλόξενος οὐδὲν ἐπὶ πεφαλαίου περιττὸν λέγων ὅτι λαλήσειεν ἢ πιπρανθεῖη πρός τινα τῶν οὖνώντων ναὶ διηγήσαιτο, πᾶν ἐπαφροδιστας ναὶ χάριτος ἦν μεστόν. Lege cum Excerptis Hoeschelii, πᾶν ὅ τι λαλήσειεν ἢ πιπρανθεῖη πρός τινα τῶν συζώντων. et male vulgo intellecta verba sic interpretare: *Philoxenus cum ad propositum argumentum nihil diceret rarum aut singulare, quicquid vel in sermonibus loquebatur, vel irritatus ab aliquo sodalium, vel cum aliquid narraret, omnia erant illius dicta venustatis et salis plena.* Ut philosophi discipulos assuefaciebant θέσεις ληκυθίζειν, et de proposito arguento oratorio more dicere: sic soliti divites parasitis suis argumentum dare, in quo suae εύστοχίας p. 424. specimen ederent. hoc vocatur ab Athenaeo λέγειν ἐπὶ πεφαλαίου. In hoc genere negat excelluisse Philoxenum: sed cum suam sponte injussus aliquid diceret. Observavimus in multis similia ingenia. sunt enim non pauci extemporali quadam urbanitate praediti: quorum subita et e re nata dicta mireris: studio excogitata non probes, aut non magni facias. Ea diversitas est ingeniorum: λαλεῖν est communi sermone uti. λαλιὰ familiaris collocutio cum amico aut alio. multa de hac Menander rhetor antiquus et doctus, capite περὶ λαλιῶς Theophrasto aliud longe significat λαλιά. Eleganter πιπρανεσθαι possum pro iratus loqui. Convenienter iis quae dicta sunt de Euclide et Philoxeno nobilibus scurris, facetiis amborum evenit. συνέβη, inquit, τὸν μὲν Εὐκλείδην νατὰ τὸν βίον, τὸν δὲ Φιλόξενον ὑπὸ πάντων φιλεῖσθαι ναὶ τιμᾶσθαι. Lego ut ruentem sententiam tibicine fulciam, αἰεὶ ὑπὸ π. ille dum vixit in fama fuit: hic semper etiam post obitum. Caussa est, quia Philoxeni apophthegmata digna quae referrentur in literas sunt visa: Euclidis vero indigna. Ιερὸν γάμου ναλεῖτε. quasi dicas, alicujus dearum sponsum. Γάμος pro sponso, aut

marito, ut apud Romanos *conjugium* et *matrimonium* pro uxore. Cur ὄλολυγμοὺς vocarent eos qui splendidae et carentem vestem gestantes in publicum prodirent, expositum est dudum ad Theophrastum capite περὶ μικροφιλοτιμίας. Scribe mox ut editum voluimus, ὅπισθεν ἀκολουθεῖ πόλαξ τῷ; Λέμβος ἐπικέληται. εἰς τοὺς καλοὺς δ' ἀν τις βλέπῃ, Κενός· Imo ille νενὸς et νενόφρων, qui istam vocem primus hic scripsit. In Excerptis est Καινός. ne id quidem rectum: et si proprius recto. Absque dubio legendum Καινεύς. Caenum appellabant hominem mollem et qui muliebribus curis virilem animum exuisset. Qui memoratur in fabulis Caeneus, olim virgo fuerat. Virgilius iterum foeminam factum canit:

*It comes et juvenis quondam, nunc foemina Caeneus  
Rursus, et in veterem fato resoluta figuram.*

Porro nihil viro indignius, quam aspectu pulchrae formae nimis affici. nostra Francoceltarum lingua apte dixeris, *damoiseau*, quem poeta ait vocatum Athenis *Caeneum*. Eustathius qui totum hunc locum Anaxandridae in nonum Ulyxeae commentarium retulit, haec verba praetermisit. Noli dubitare corruptis jam tum Athenaei codicibus, mendum vidisse Eustathium, emendationem non vidisse. Θεατροποίος ὑφείλετ' ἄρνα παλζῶν; Ἀτρεὺς ἐκλήθη. Unde, malum, vox Θεατροποίος? In Excerptis Καινός Θεατροποίος junctim scriptum. quasi ita olim Athenienses appellassent, quem nostra emendatio *Caeneum* vocabat. de quo praejudicium non faciam eruditorum virorum sententiis. At vocem ποιμένος deesse in vulgatis et Eustathius et Breviatur arguunt. Sic enim scribunt, ὑφείλετ' ἄρνα παλζῶν ποιμένος.

## CAPUT DECIMUM.

Ἡκειν εἰς ἐστίασιν δωδεκάποδος vel δεκάποδος. Suidas notatur. Ιερὸς γάμος festum apud Athenienses Nuptiae Jovis et Junonis. Antiphonis comoedia Scythae. Pollucis inconstantia. Timothei fabula Κυνάριον. προσίστασθαι. Callimachi Πίναξ.

LEPIDISSIMI deinceps recitantur Menandri versus, quos ut ascribere necesse habeamus, librarii fecerunt et

interpretes: illi suo more nimis supini: hi plus aequo ingeniosi. οὐδὲν τὴν Ὀργὴν δέ Φησι,

Διαφέρει Χαιρεφῶντος οὐ δέπου  
ἄνθρωπος, ὃς τίς ἔστιν· ὃς οὐληθείς ποτε  
εἰς ἔστιασιν δωδεκάποδος· ὅρθιος  
πρὸς τὴν σελήνην ἔτρεχε τὴν συιάν ιδών,  
ὡς ὑστερίζων, οὐ παρῆν ἀμέν, γιγέρα.

Primus versus claudit, sanandus ita, "Οδ' οὐ διαφέρει Χαιρεφῶντος οὐδὲ γρῦ. Postremam voculam imputat nobis Epitome Hoeschelii. In tertio scribendum ὅρθιος. quod non fecellit Dalecampium. At vocem δωδεκάποδος malo consilio mutandam censuit idem in δεκάποδος. Quid illum movit ut necessaria syllaba versum spoliaret? Putavit nempe condicendae coenae statam et certam horam fuisse olim umbram decem pedum: qui meminisset legere in Erasmi Chiliadibus proverbium, ὅταν ἡ δεκάποδου τὸ στοιχεῖον. sed falsus est. nulla enim fuit legitima hora quam migrasse esset nefas: verum utcunque erat libitum maturius, tardius, invitatos jubebant adesse. Hoc scimus nos ex veterum lectione, qui in ea re modo hanc, modo illam pedum mensuram nominant. **SEXTAE HORAE**, sive umbrae pedum sex. Lucianus meminit: cuius nota sex convivialis in Satalibus: λούεσθαι ὅπόταν τὸ στοιχεῖον δεκάποδην. **SEPTEM PEDUM** umbrae Hesychins ex aliquo veteri comicō. ἐπτάποντος συιά. τοῖς ποσὶ οὐτεμέτρουν τὰς συιάς ἐξ ὃν τὰς ὥρας ἐγίνωσκον. **DECEM PEDUM** στοιχείου multi faciunt mentionem: neque negaverim procurando corpori eam maxime ordinariam horam fuisse. Julius Pollux l. 6. c. 8. τὴν συιά ἐτεκμαίροντο τὸν οὐαρὸν τῆς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὄδον, ἣν οὐτε στοιχεῖον ἐνάλουν. οὐτε ἔδει σπένδειν εἰ δεκάποδου τὸ στοιχεῖον εἴη. Scribendum σπεύδειν. respicit hunc Aristophanis locum e concionantibus, σοὶ δὲ μελήσει Ὅταν ἡ δεκάποδου τὸ στοιχεῖον λιπαρῶς χωρεῖν ἐπὶ δεῖπνον. Emendanda sunt obiter doctissimi interpretis verba dudum corrupta. Τὸ παλαιὸν, ait, οὐλοῦντες ἐπὶ δεῖπνου οὐτε οὐλούμενοι, παρεσημαίνοντο τὴν συιάν. οὐτε οὔτως οἱ μὲν ἔμενον τοὺς οὐληθέντας, οἱ δὲ ἀπήσταν ἐπὶ τὰς ἔστιάσεις, οὐδὲν ὑπὸ τηρήσεως οὔσης αἰτιας, ἐφ' ἣς οἶον τε ἡν τειμήρασθαι εἰς πόσας ὥρας προήνει. Legendum οὐδέπω τηρήσεως οὔσης ἐτέρας. ἐφ' ἣς οἶον τε ἡν τε. cum nondum extaret ulla alia observationis, ex qua sciri posset ad quot horas Sol esset progressus. hoc est dicere, ante inventionem gnomonum,

et horologiorum. Nemo enrit, opinor, qui huic emendationi refragetur. Anni sunt tamen amplius quingenti cum hic locus scribitur non aliter. quod ex Suida cog-  
p. 424. noscimus: qui doctissimi scholiaстae verba referens in suos commentarios, similiter corrupta et depravata illa descripsit. Enimvero antiquae mendae, non propterea non sunt mendae. sed hoc ὁδοῦ πάρεργον. DUODECIM PEDUM σπιᾶς meminit hic diserte Menander. Dalecam-  
pium lectionem editam sollicitantem admoneat erroris sui Hesychius, ita scribens, Δωδεκάποδος. οὗτως ἔλεγον ἐλλειπτικῶς στοιχείου ἢ σπιᾶς. οὗτω γὰρ συνετίθεντο ἐπὶ δεῖπνου ἥξειν, τοῦ στοιχείου ὅντος δωδεκάποδος, ὡς νῦν πρὸς ἄρας Φασί. putes hunc ipsum Menandri locum ab illo exponi, atque adeo ita puto. Sed quid miramur de duodecim pedibus, cum sciamus suisse qui serius multo ad coenam accederent. VIGINTI PEDUM στοι-  
χείου observare jussus erat is de quo Eubulus comicus.

Ἐπόντος αὐτῷ τοῦ Φίλου, ὀπηνίν' ἀν  
εἴνοσι ποδῶν μετροῦντι τὸ στοιχεῖον ἢ "Ηνειν.

Qui sequuntur ejusdem poetae versus, ita debuerant distingui.

— ἐμὲ γὰρ διέτριψεν ὁ  
Κομψότατος ἀνδρῶν Χαιρεφῶν. Ἱερὸν γάμον  
Φάσιων ποιήσειν δευτέραν μετ', εἰμάδα  
ναθ' αὐτὸν, ἵνα τῇ τετράδι δειπνη παρ', ἐτέροις.  
τὰ τῆς θεοῦ γὰρ πανταχῶς ἔχειν παλῶς.

Quid autem appellat Menander *ἱερὸν γάμον*? Athenienses eo nomine festum celebrabant, memoriae perpe-  
tuandae nuptiarum Jovis et Junonis, Hesychius, Ἱερὸς γάμος, ἑορτὴ Διὸς ναὶ "Ἡρας. nam et natales suorum deorum norant veteres, et alios dies solennes [in quibus vel praecipui fuerunt dies, quibus uxores duxerant. Sic Romani Pontifices *Orci nuptias* celebrabant, et quidem ingenti solemnitate, ait Servius.] Ergo etiam diem illum norant, quo Jovi nupsit Juno: sed norant, ut puto, soli Athenienses, aut cum paucis, nam alii populi non adeo ingeniosi: quod indicat Theocritus: qui curiosissimas tantum foeminarum de nuptiis Jovis et Junonis satagere affirmat. Πάντα, ait, γυναῖκες ἴσαντι, ναὶ ὡς Ζεὺς ἢ γάγεθ "Ἡρην. De eo festo Menandri versum interpretor: maxime quia sequitur, τὰ τῆς θεοῦ γὰρ πανταχῶς ἔχειν παλῶς. Olim scribebam, *ἱερὸν γάμων*, hoc est, se *sacra facturum brevi nuptialia*. eo tempore amicos suos invitabant, ut etiam docet

Plutar. in *Sypos.* Deinceps habentur Timoclis versus, qui nec satis recte et ut puto mutilate in omnibus scribuntur libris. Aut proferat aliquis meliores, quam quibus sumus. Initio asotum hominem belle περιφράξει poëta. 'C Δημοτίων δὲ παραμένειν αὐτῷ δουκῆν Τ' ἀργύριον. nam is est asotus vere et φερωνύμως, qui affiduas impensas faciens, non cogitat se reū immittere suam et frangere. deinde cum ait, ὁ Χαιρεφῶν μὲν παντελῶς Οὐναδε βαδίζειν ὥστό γ' ὁ ταλάντατος. significat tam familiariter Chaerephonem ad Demotionem itasse cibi sumendi gratia, quam si domum ad se ivisset. Sequitur, Ἀντιφάνης δ' ἐν Συνθῇ *Scythes* Athenis vocabant publicos servos, qui in judiciis petulantiam litigantium compescabant. Sunt qui *Scythes* hanc fabulam inscribant. Pollux lib. 7. cap. 13. ἐν τοῖς Συνθαῖς Ἀντιφάνης ἔφη, Σαράβαρα ναὶ χιτῶνας πάντας ἐνδεδυ- p. 427. πότας. Sed notemus ejus incogitantiam aut inconstitiam. Libro namque 10. cap. 40. postquam ex nebulis Aristophanis quaedam protulisset addit ἐν δὲ Συνθαῖς ἦ Ταύροις, Σαράβαρα ναὶ χιτῶνας πάντας ἐνδεδυπότας. Cum interrogationis nota scribendum. Οὐνοῦν ναὶ δᾶδα ναὶ στεφάνους λαβόντες; et in sequentibus lege cum Dalecampio: μεμάθηε κωμάξων. non ἐγκωμιάζειν. Mox, Τιμόθεος Κυναρίω. mirabar fabulae hujus titulum: et nescio quid hariolabar. sed venit commodum in men- tem verborum Suidæ, ναὶ Κυνάριον Τιμοθέου δρᾶμα, ὡς Φῆσιν Ἀθήναιος ἐν τοῖς αὐτοῦ. Deinde laudatur dipnosophistæ Ἀπολλόδωρος ἐν Ιερείᾳ. Julius Pollux lib. 10. cap. 32. laudat hunc poetam ἐν τῇ Ἔνεᾳ, id est, in *Mutā*. nisi tamen ibi quoque scribendum ἐν τῇ Ιερείᾳ. Caeterum qui inde asseruntur versus, non unius opus habent correctionis. Sunt autem hi,

Καινὸν Φασὶ Χαιρεφῶντ' ἐν τοῖς γάμοις  
ώς τὸν Ὀφέλλαν ἄκλητον εἰσδεδυνέναι,  
σπυρίδα λαβὼν γὰρ ναὶ στέφανον, ως ἦν σκότος,  
Φάσιων παρὰ τῆς νύμΦης ὁ τὰς ὄρνεις Φέρων.  
ἥνειν δεδείπνηκας ἔοικεν εἰσπεσών.

Primum ita scribo, ναὶ νῦν γε Φασὶ Χαιρ. Secundum, Ἀκλητον αἱς τὸν Ὀφέλλαν εἰσδεδ. Quartum et quintum, Φάσιων παρὰ τῆς νύμΦης τὰς ὄρνεις Φέρων. *Hinc*, δεδείπνη, ως ἔοικεν, εἰσπεσών. Chaerephon ut janitores et admissionales servos falleret, finxit se jussu sponsae venire: ac nescio quos pavones afferre. semel autem in aedes intra domum receptus, etiam ad epulas

est admissus, ut par erat, quia turpius ejicitur quam non admittitur hospes. Jocum Diphili poetae in Chaerephonem versibus Machonis paulo post narratum exposuimus ad Theophrastum capite περὶ ἀγροτικῶν. Lepidus est et qui postea commemoratur ab eodem Machone Chaerephonis jocus. Est autem argutia omnis posita in verbi προστασθαι ambiguitate: quod non animadversum est ab interpretibus. Emebat Chaerephon in popina carnes a coquo. forte accidit ut coquus aliquid valde ὄστωδες appenderet: tum Chaerephon, Μή, inquit, προστατά τοῦτό μοι, id est, noli cum caeteris carnibus etiam istud osseum mihi appendere. respondet coquus, non esse repudiandum illud: nam etiam vulgo dici carnes ad ossa esse gratiore. ad haec Chaerephon: *Est hoc quidem verum, et quod das nobis suave es: sed tu dum appendis reddis insuave. quasi dicat, osseum illud frustum si mantisae et auctarii loco detur, gratum fore: non si appensum cum caeteris vendatur ut caetera. hoc illa verba significant, Γλυκὺ μὲν, προστάμενον δὲ λυπεῖ πανταχῷ.* Jocus est, ut dixi in voce προστάμενον: quae et rem cum aliis appensam potest significare: (nam ἴσταντι pendere:) et cibum qui diutius in stomacho remanens gravis est ac molestus. Verbum frequens in libris medicorum. Et vitium inest, et omnino deest vox una in ipsis: τοῦ Χαιρεφῶντος καὶ σύγγραμμα ἀναγράψει Καλλίμαχος ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν πίνακι.

p. 428. Legendum enim ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι. lib. 14. οἶδα δὲ καὶ Καλλίμαχον ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι ἀναγράψαντα. Sed ejus operis Callimachi multa apud veteres mentio. Ex quibus etiam constat, hanc rationem tenuisse illum, ut indicato auctore et titulo alicujus libri prima verba describeret, ac mox numerum. τῶν στίχων subnotaret. Unde colligimus, mendum latere in sequentibus verbis, εἰδὴ ἔξῆς τὴν ἀρχὴν ὑπέθηκεν. Ἐπειδὴ μοι πολλάκις ἐπέστειλας, στίχων τὸ ε. quae ita interpretatur Dalec. Initium deinde illius operis Callimachus recitat. versibus quinque delineatum, hujusmodi, Quandoquidem id me saepius literas dedisti, non poterat commodius accipi quod ait vulgata lectio de quinque versibus. Sed iarro tibi, locus est depravatus: et scribendum, στίχων τος. posito post verbum Numerus, ait, versuum, vel ut vulgo loquimur linearum, 375. Ex Justiniani praesatione in Pandectas, et subscriptionibus epistolarum

Pauli Apostoli, et locis multis Diogenis Laertii aliorumque scriptorum, certum est solitos veteres scriptores versuum numerum inire, et in ultima cera ascribere. Idem mos Hebraeorum criticorum: qui cum in hac parte tum in aliis multis Graecos et Latinos longo intervallo superarunt. Quod autem Callimachus idem fecerit, testis est Athenaeus lib. 13. ἀνέγραψεν ait, αὐτὸν Καλλίμαχος ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν νόμων, καὶ ἀρχὴν αὐτοῦ τήνδε παρέθετο. "Οδε ὁ νόμος ἵσος ἐγράφη καὶ ὄμοιος. στίχων τριακοσίων εἴκοσι τριῶν. locum hunc sic debes vertere. Meminit legis a Gnathaena latae Callimachus in Legum tabula tertia: et illius tale principium apponit. Lex ista scripta est aequalis et similis, continet versus 333. Caeterum non solus Callimachus hoc argumentum attigerat, verum alii quoque multi, qui similiter libros suos Tabularum tit. prescrisperant. De hujusmodi commentariis Galenus loquitur quoties Πινάκων facit mentionem ut in librum De articulis, verba faciens de scripto quodam pseudepigrapho, cui erat titulus Ἰπποκράτους, περὶ ἀδένων οὐλομελίης: eum librum negat esse τοῦ παλαιοῦ cum aliis argumentis, tum etiam isto: quod auctores Πινάκων nullam ejus fecissent mentionem. οὐδὲ οἱ τοὺς πίνακας γράψαντες ἴσασι τὸ βιβλίον.

## CAPUT UNDECIMUM.

Οψον πετραῖον. κάραβοι ἀληθινοί. κάβιοι τεμαχιστοί. scarus piscis τρεύλαι, pro apuis triglidibus. ἵχθυς ἔχων ψῆφον. Menandri Ἀξιάγναθος. Mos Athenis, ut coqui apud gynae-comos suum nomen profiterentur, γνώμην ξύμβαλλεσθαι. Mos, ut mali poetae lapidarentur. δεῖξις. alia non pauca.

DE Archephonte parasito describuntur Machonis versus, quorum quintus est, "Οψον πετραίον παρατιθέντος ποικίλου. melius Epit. παρατεθέντος. ὅψον πετραῖον, pixis est saxatilis, quem Plinius ait petrofis locis vivere, ut locustas, etiam Aristoteli πετραῖος ἵχθυς. Versu sexto p. 429. καράβους ἀληθινοὺς interpretor locustas veras, sive ex-

succas, et in quibus carnis non esset amplius quam in locusta terrestri. Dalec. scribebat, *καράβων τε λιθίνων*. In septimo, ἐν τῇ τεμαχίσιοι τρεῖς ἐνῆσαν κάρβοι. Lego, *τεμαχιστοί*. Ulitatum Graecis verbum est *τεμαχίζειν*, parare ad instar falsamentorum. inde *τεμαχιστοί*, pisces qui et *τεμαχῖται*. Cum autem gobiorum genera plura noscantur, de optimis poeta loquitur. Optimos autem Galenus pronuntiat *τοὺς πετραίους*. et si videtur Macho istos a saxatilibus separare. Cum ait, *τῶν μὲν σιάρων ἀπέλαυνε τῶν τριγλῶν θ' ἄμα Καὶ Φυκίδων*: videntur scarus, trigla et phycis, vilium et insipidorum piscium nomina esse, ut maenis, membras, et apua Phalerica. Satis compertum est eundem piscem, ant certe ejusdem nominis, non esse ubique locorum in eadem dignatione. Macho Alexandriae vitam degens, secutus est judicium suorum popularium. Scarum ergo inter malos ponit, quem alii praferunt omnibus saxatilibus, et caeteris non paucis. *τριγλας* intelligo, non mullos pisces: sed apnas trilites, quas inter *ἔψητους* et parvi pretii pisciculos ponunt antiqui. Porro causa cur hic parasitus contentus piscibus vilioribus abstinenter ab omnibus melioribus, tribus postremis verbis continetur. *τοῦψον δὲ σέβεται τοῦτο καὶ δέδοικε πως*. Οὐδ' ἔστιν αὐτῷ πάτριον ὅντ' ἀσύμβολον *'Ιχθῦν ἔχοντ'* ἄψηφον ἀδικεῖν οὐδένα. Lego, *ἰχθῦν ἔχοντα ψῆφον*: aliter neque hellenismus constat neque sententia. Est autem haec: Chaerephonem precario viventem alieno cibo, religioni habuisse piscem tangere ad laedendum, id est, ut eo vescatur in mensa, *ἔχοντα ψῆφον*: memorem namque fortis suae ac vilitatis vilioribus piscibus solitum esse contentum. Quid appellat piscem *ἔχοντα ψῆφον*? Observandum allegoricam esse locutionem: sic enim loquitur de piscibus tanquam de hominibus. ideo usus verbo *ἀδικεῖν* pro *edere*. In Rep. dicitur *ψῆφον ἔχειν*, qui habet jus veniendi in comitia: quod iis civibus solum convenit, qui pleno jure cives sunt, aut meliore saltem conditione quam inquilini. Videtur hoc allegorico sermone perstringi Chaerephon, tanquam reus peregrinitatis. cuius rei conscientia faciebat illum legitimorum civium reverentem ac metuentem. [Sed Scaliger non *ἔχοντα*, verum *ἔκοντα* vel *ἔκοντι* legebat et locum aliter interpretandum suspicabatur.] Locus ex Axionici *Tyrenico* non habet perfectam sententiam. quae fuisse haec videtur: Nunc certe vinum ipsis non ineſt: neque

ad excusationem suam poterunt illi vinum praetexere, ut fieri solet. Sequitur Silani Atheniensis venustum dictum de Gryllione parasito. Sed lege, περὶ Γρυλλίων παρασιτοῦντος ἐρωτηθεὶς τίς ἔστιν οὗτος; cum interrogatus fuisset de Gryllione parasito, Quis est iste? respondet Silanus, Μενάνδρου ἘΦησεν Ἀξιάγναθος. Haec est lectio scripta omnium librorum: quam et ferre possumus. In una nempe comoediarum Menandi mores alicujus insignis lurconis fuerant depicti: cui e re no-

p. 430. men inditum, Axiagnatho. Habent Graeci aliquot nomina propria a γνάθος formata, ad denotandam ventris ingluviem et πολυφαγίαν. cujusmodi sunt Gnatho, Gnathaena, et in Batrachomyomachia vetere et eleganti carmine, Phisiognathus. Erit fortasse cui non displiceat vetus nostra conjectura, ut scribatur, Μενάνδρου Φησὶν ἀξια γνάθος. est gula Menandro digna. id est, digna quae ab optimo poeta traducatur, qualis fuit Menander. Inveni in Excerptis magnam isto loco lectionis discrepantiam. Sic enim ibi scriptum: Δυγκεὺς δ' ὁ Σάμιος Φησὶν ὅτι Σιλιανὸς ὁ Ἀθηναῖος Γρυλλίωνος παρασιτοῦντος Μενάνδρῳ τῷ σατράπῃ παρ' εὐπαρύφου τε περιπατοῦντος μετὰ θεραπείας ἐρωτηθεὶς, Τίς οὗτος; Μενάνδρου ἘΦησεν Ἀξιάγναθος. Narrat Lynceus Samius, cum Gryllio parasitaretur Menandro satrapae, Silianum Athenensem a purpurato deambulante cum comitatu fuisse interrogatum, Quis iste? respondisse, Menandi est Axiagnathus. demiror unde haec tam diversa. Corrige mox ἐπόντος, ubi est editum, ὡς παρὰ τὸν νόμον ἐπὶ τοῖς τριάνοντα ἐπόντος. quod Dalec. quia praeter legem et statutum triginta convivarum numerum, alios secutus se ingessisset. Scio Graecum verbum esse ἐπω, sequor. sed poeticum et ab hoc loco alienissimum. Est vero ab ἐπεῖναι, quod significat superesse et legitimum modum excedere. Probat dipnosophista morem fuisse Athenis, ut gynaeconomi ventitarent ad convivia, et numerum convivarum observarent. clare hoc dicit Timocles iis versiculis qui describuntur. Tertius illorum transpositione vocum depravatus est: Βούλητ' ὁ γυναικονόμος λαβεῖν ἀριθμὸν. scribendum, Βούλητ' ἀριθμὸν ὃς γυναικονόμος λαβεῖν. Sequuntur Menandi versus,

Παρὰ τοῖς γυναικονόμοις δὲ τοὺς ἐν τοῖς γάμοις  
διαικονοῦντας ἀπογεγράφθαι πυθόμενος  
πάντας μαγείρους πατὰ νόμον παινόν τινα.

in quorum primo τοῖς pro τούς rescripsit Dalec. deceptus

eo quod in vulgatis post vocem γάμοις posita est virgula. Junge vero sic, πυθόμενος πάντας τοὺς ἐν τοῖς γάμοις διακονοῦντας μαγείρους ἀπογεγράφθαι παρὰ τοῖς γυναικονόμοις. Olim coqui inter privata servitia raro habebantur: sed ad nuptias aut alias solennes epulas conducebantur. Quo autem severius et fidelius lex sumptuaria exercebatur, institutum Athenis fuit, ut coqui omnes sua nomina ad magistratus deferrent: quo haberent gynaeconomi ei curae praefecti quos possent percontari de numero convivarum, et caeteris quae contra legem fierent. In primo Corydi apophthegmate eorum quae auctor commemorat, recte Leopardus vir doctissimus scribi voluit, εἰσφέρειν ἐκέλευσεν ἐκαστον δύο ὄβολούς: non ἐκατὸν, ut etiam Erasmus legerat. Nos quoque ita editum voluimus, astipulante Hoeschelii Epitome, et, Γυώμην δὲ συμβάλλεσθαι ὅ τι δοκεῖ τῷ δῆμῳ. allusio est ad usitata verba in Senatusconsultis, in quibus solitum decerni ut proedri senatus auctoritatem p. 431. proximis comitiis deferant ad populum, rogentque ut scisciat quod Senatus προθύεται. ut in Senatusconsulto de honore et praemio Eubuli facto, quod nacti beneficio clarissimi praestantissimique M. Velseri Augustani, alibi sumus luce donaturi et illustraturi faciente Deo. In eo scriptum est, δεδόχθαι τῇ βουλῇ τοὺς λαχόντας προέδρους εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν χρηματίσαι περὶ αὐτοῦ τὴν γυώμην δὲ ξυμβάλλεσθαι τῇ βουλῇ εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκεῖ τῇ βουλῇ στεφανῶσαι Εὔβουλον. Ad istam formulam allusit Corydus in joculari Senatusconsulto, sed in diversissimam sententiam verba torquet. Nam totius decreti sententia est: placere ut accumbentium unusquisque duos obolos conferat ad vinum emendum: Gnome vero id conferat quod populo, id est, caeteris convivis fuerit visum. collationem accipe qualis a meretrice peti exigique solet. Alterum apophthegma est hoc, Πολύκτορος δὲ τοῦ κιθαρῳδοῦ Φανῆν δοφοῦντος, καὶ λιθον μασησαμένου, Ω ταλαιπωρε, ἔφη, καὶ ἡ Φανή σε βάλλει. Cum Polyctor citharoedus in lenticulae sorbitione lapidem manderet, o miser, ait, etiam lens te lapidibus infectatur. Jocus est acerbus in malum citharoedum. Alludit enim ad morem theatrorum, ubi mali poetae saxis petebantur sicut boni jaculo floris ferti et soluti honorabantur. Φυλλοβολίαν Graeci appellant: de qua notavimus plura ad Suetonium. Lapidationis theatalis exempla multa apud veteres,

praesertim Lucianum. Macrobius secundo Saturnaliorum: *Lapidatus a populo Vatinius cum gladiatorium munus ederet, obtinuerat ut Aediles edicerent, ne quis in arenam nisi pomum misisse vellet.* Seneca pater in Controversiis, *Hi Ciceroni Caestium praeferrent, nisi lapides timerent.* Satyrici scriptor, *Ex his qui in porticibus spatiabantur, lapides in Eumolpum recitatem miserunt.* Idem de poeta et recitatore molesto, *Itaque non miror si te populus lapidibus prosequitur. Ego quoque sinum meum saxis onerabo, ut quotiescumque cooperis a te exire, sanguinem tibi a capite mittam. Movit ille vultum, et o mi, inquit, adole-scens, non hodie primum auspicatus sum: immo quoties theatrum, ut recitem aliquid, intravi, haec me adventita excipere frequenter solet.* Huc etiam pertinet, λιθίνη βαλλητὺς, de qua sub libri noni finem [Adeo autem familiaris his mos suit, ut etiam erga Deos et fana deorum in luctu publico cum aliquid acciderat contra populi vota lapidatione usurparent. Suetonius lib. quarto: *Quo defunctus est die Germanicus, lapidata sunt templa, subversae Deum arae.* Sed et invisorum Principum statuas lapidibus incessebant, Chrysoftomus in priorem ad Thessalonicenses, ὁ εἰκόνα βασιλέως ἐπιγειου λιθάζων, ἔαυτὸν παταλεύει.] Atque hinc lux fieri debet etiam sequentibus Machonis versibus sane quam obscuris:

Κανός τις ᾧς ἔοικε πιθαρωδὸς σφόδρα,  
μέλλων ποτ’ οἰνοδοκινή τὴν οἰνίαν, Φίλον  
αὐτοῦ λιθους ἥτησεν· ἀποσῶ δ’ ἔγῳ  
αὐτῶν πολὺ πλειον, Φῆσιν ἐν τῇσι δεξεώς.

Ut tenebricosum locum illustremus, velim ante omnia lector cogitet, proserri ab Athenaeo hos versus ut pro p. 432. bet Machonem mali citharoedi illius fecisse mentionem, de quo dixit Corydus, *Etiam lenticula lapidibus te incessit.* Porro jam ante non semel monuimus, veterum scriptorum locos multos esse his in libris descriptos, non ut erant in auctore primo: sed compendiose multis aliquando vocibus, interdum, et periodis integris omissionis, vel ab Athenaeo, vel ab iis qui opus descripsierunt. Ejus rei exemplum hic manifestum. Fingit enim poeta citharoedum infelicem petuisse ab amico saxa aedificandae domui: Φίλον, ait αὐτοῦ λιθους ἥτησεν. Quis non expectet cum legit haec verba responsum datum ab amico? Id vero nusquam appareat. Nihil enim hic

invenias quod eo trahi possit. Ista autem quae subjiciuntur in continenti, ἀποίσω δ' ἐγώ αὐτῶν πολὺ πλείσιον εἰς τῆς δεξεως, citharoedi ipsius sunt, indignum quod paucos nimis lapides amicus esset pollicitus. Qui ait ille. tu mihi tam parce lapides promittis? possit ego plures reportare e theatro, cum artis meae specimen edens, lapideo imbre fuero complutus. Δεῖδης cuius loco Dalecampius errore insanum magno δῆμον substulit, idem est atque ἐπιθεῖσις: quae propria throrum vox, est, saepe a nobis exposita. Sic iterum usurpatur infra hoc libro, οὔτως γάρ τις τῶν σοῦ τὴν τῶν δειξεων ὄραν ἐκάλει. et lib. 14. Λυσανίας διτῷ πρώτῳ περὶ λαμβοποιῶν. Μνασίωνα τὸν ἁψωδὸν γει ἐν ταῖς δειξεσι τῶν Σιμωνίδου τινὰς λέμβων ὑπονεσθαί. Ex istis liquido constat Machonis versus laticeperisse: quod vel tacentibus nobis lex metrica paa facit. Quare ita illos scribamus

Κακός τις ὡς ἔοικε κιθαρωδὸς σφόδρα,  
μέλλων ποτ' οἰκοδομεῖν τὴν οἰκλαν, Φίλον  
αὐτοῦ λίθους ἥτησεν . . . . .  
. . . . . ἀποίσω δ' ἐγώ  
αὐτῶν πολὺ πλείους Φησίν εἰς τῆς δειξεως.

## CAPUT DUODECIMUM.

Athletarum ἀπογράφη, et ἔγκρισις. item δοκισία. διαστῆναι. ὅλπη. Gallorum παράστασιον. σφηνοῦσθαι. coryci athletarum. οἰκόσιτος. ὑπακούειν, et ἐπαινεῖν τὴν κλῆσιν. Menander Δακτύλιον drama. Cratetis et Menandri S. ristusae. ἀχρηστος εἰς γῆν. Phrynichi Ν. τρόπος. εὐημερεῖν. alia nonnulla.

Πονηρὸν ἔφη τοῦτ' ἥδη· καὶ γάρ οἱ Ἡρακλῆς ἀπὸ Οὐφάλης ἐπὶ τὴν Ἡβην μεταβέβηκε. Acutum amarum dictum. Significare enim voluit, istum λεοβιάσειν. ζημιωθῆναι αὐτὸν ἔφη δίκαιον. οἱ ἐπιστάμενος δειπνεῖν ἀνεγράψατο. Alludit ad athletmorem, qui nomen apud gymnaſiarcham soliti pre Graeci ἀπογράφεσθαι hoc dicunt. Libanius in epistola γε Φαίνεται, ὡσπερ ἀν εἰ τις Ὀλυμπιάσι νι

πολλάκις, ὅστερον γέρων ἀν πογράφοιτο ἔτι καὶ προκαλοῦτο τοὺς ἀντιπάλους. ἐγκρίνειν εἰς τὸν ἄγῶνα, ut apud Themistium oratione prima, ubi plura scriptor disertissimus de hoc more: de quo extat etiam apud Artemidorum caput integrum libro primo. Professioni juncta erat δοκιμασία. In ea probatione rejiciebantur qui parum se viderentur exercuisse, aut alias esse imperiti p. 453. et inepti. Graeci id dixerunt ἐκκρίνειν τοῦ ἄγωνος: cuius contrarium est, ἐγκρίνειν. Verbo ζημιωθῆναι alluditur ad poenas illorum qui ex legibus recepti, non ex legibus decertabant. fuisse enim κακομαχίας poenam, et eorum omnium quae παρὰ τὸν νόμον τὸν ἐναγώνιον peccarentur, testata res est multis idoneorum scriptorum locis. Proximum dictum illustravimus libro quarto, cap. 14. Cum autem dicente Chaerephonte οὐ δύνασθαι τὸν οἶνον Φέρειν, respondit Corydus, οὐδὲ γὰρ τὸ εἰς τὸν οἶνον. Insit in vario usu verbi Φέρειν. nam et de homine dicitur Φέρειν οἶνον, et de vino Φέρειν ὕδωρ. Non mirum, inquit, si vinum ferre nequeas: qui ne aquae quidem ferendae sis, villo similis quod οὐ Φέρει πολὺ ὕδωρ. Caussam hujus ἀδυναμίας sequentia verba indicant: ex quibus discimus ita solitum Chaerephonem cibis oppleri, ut aliud quid amplius capere non posset.

τοῦ γὰρ Χαιρεφῶντος, γυμνοῦ ἐν τινὶ δεῖπνῳ διαστάντος. Scripti τοῦ δὲ Χαιρεφ. Verte autem, cum Chaerephon in quodam convivio nudus staret cruribus divaricatis. διαστῆγαι, hic est, stare suris apertis, ut loquitur Varro. Sequentia verba, ὥσπερ τὰς ληκύθους ὁρῶ σε μέχρι πέσου μεστὸς εἰ: accipe de ampullis pellucidis: quales erant quae e cornu siebant: nonnullae etiam quae e corio. Ajunt enim grammatici, ὅλην dici proprie τὴν δερματίνην λήκυθον δι' ᾧς ἔστιν ὄπτησθαι τὸ ἔλαιον. coriaceam ampullam intra quam cerni oleum potest. εἰωθότος δ' αὐτοῦ ρύπαρους ἄρτους ἐπὶ τὰ δεῖπνα Φέρεσθαι. cum solitus esset ad convivia sordidos panes afferre. intellige de conviviis quae ex symbolis cujusque convivarum constabant, et erani dicebantur. minus recte interpres: sordidum panem coenaturis solebat apponere. Κελτοὶ Φῆσι περιάγονται μεθ' ἑαυτῶν καὶ πολεμοῦντες συμβιωτὰς οὓς καλοῦσι παρασίτους. Celtae circumducunt secum etiam bellum gerentes, convictores quos parasitos vocant. Cave putes veteres Gallos usurpare in lingua sua vocem parasitus. sed accipe sic, vocant Gallica voce, quae

respondet Graecae παράσιτος. Ita solent optimi scriptores loqui. Ut cum, exempli gratia, scribit noster libro quarto, ὃν νῦν παλοῦσι οἱ Πωμαῖοι προγεύστην. falsum hoc, nisi juvetur commoda interpretatione. sic dixit Galenus, τὸ σίγμα τὸ Πωμαῖον, et alia ad hunc modum multa. Ita autem Posidonius vertit nomen vetustae Gallorum linguae soldurius. Nicolaus Damascenus εὐχωλιμαῖος interpretatur, alii aliter. res omnibus nota

τὰ δὲ ἀκούσματα αὐτῶν εἰσὶν οἱ παλούμενοι βάρδοι. id est, eorum acroamata sunt Bardī. de Gallorum Bardis Strabo, alii. οἱ δειπνοῦσιν εἰσΦειδωμένοι τι αλλότρια. Inquinatus locus etiam in menibranis. Scribebam, οὐ Φειδόμενοι. In proximis verbis, ἔαυτοὺς ἀντι πωρύκων λέγειν παρέχοντες ἀθληταῖσι. Epitome non agnoscit, τὸ λέγειν. quod quidem positum est pro ei quod dici solet, ὡς εἰπεῖν. ac malebam scribi, ἀντὶ πωρύκων αἱ λέγειν. Sed et hanc et superiorem correctum culam retracto, cum metricae legis venit in mente

p. 434. Nam Timoclis verba ita distinguenda,

— εὐρήσεις τε τῶν ἐπιστίων

τούτων τινὰς, οἱ δειπνοῦσιν + ἐσΦειλωμένοι τ' αλλότρι', ἔαυτοὺς ἀντὶ πωρύκων λέγειν παρέχοντες ἀθληταῖσι.

In secundo istorum versuum forte scribendum ἐσΦηνιμένοι. Ea voce pulcherrime exprimitur, quod alibi parasitis dictum invenias, sedere eos in conviviis παραβύστου, in angustum locum receptos, et quam magna vi eo admissos. Timotheus Cynario, Ἐὰν παράβυστός που γένηται Χαιρεψῶν. Ergo ἐσΦηνωμένοι est παράβυστος. nam σΦηνὸν est βύσαι. et de convivaru pressura solet usurpari. Vetus scriptor apud Suidam Τιμαγένης πληθεῖς ἐπὶ τὸ δεῖπνον, καὶ σΦηνωθεῖς αἰθανεῖν. Magnus Turnebus emendabat ἐσπηδώμενοι. quae emendatio, ut ingenue quod sentio dicam, est optimi. Facete autem poeta homines plenos cibi et probe farto corycis athletarum comparat, quos moris erat implet vel fabulo, vel farina, vel siccum cenchramidibus. Versu qui sequitur, Σὺ δ' οὐδὲ θᾶσσον Συμνυθίων ἐστις: plerique codd. scribunt ἐπιστίει. tum legerem initio. Deinde scribe, Τίς οὗτος ψυῖν ἔστι; emenda γῆμῖν. refragantibus libris. et statim, pro Πλάτων ἐν τῷ τρίτῳ Πολιτείᾳ: scribunt ἐν τρίτῳ. Locus extat in libri quarti. Pelasgos Aristophanis laudat Pollux qui que libro decimo, cap. 44. Paulo post, quid illa ver

significant ēn δὲ τῇ διασκευῇ αὐτοῦ τοῦ δράματος, expo-  
situs est libro tertio, cap. 26. αὐτὸν ἀπογαλακτιεῖ de  
parasito interpretantur qui se depellat ipse a lacte: id  
est, paulatim assuecat posse carere lauta mensa. viden-  
tur potius regi parasiti quam parasito ea convenire.  
Ait, περὶ Φίλου λέγων οὐχ ὑπακούοντος γάμων δείπνῳ,  
qui vocatus ad coenam nuptialem recusabat. οὐχ ὑπα-  
κούειν id significat, quod Attici dicunt ἐπαινεῖν, ut Ari-  
stophanes et alii: vel ἐπαινεῖν τὴν οἰκίην. Xenophon  
initio Convivii: οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Σωκράτην πρῶτον  
μὲν, ὡσπερ εἰκός ἦν, ἐπαινοῦντες τὴν οἰκίην, οὐχ ὑπι-  
σχνοῦντο συνδειπνήσειν. Ait, οὐλεῖται δὲ οἰκόσιτος ὁ μὴ  
μισθοῦ, ἀλλὰ προῖνα τῇ πόλει ὑπηρετῶν. Cur addit τῇ  
πόλει? nam etiam in privatis ministeriis locum ea vox  
habet. Theophrastus in Characteribus, τοὺς δὲ διακο-  
νοῦντας ēn τοῖς γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι. Ait,  
Μένανδρος Δακτύλω. Scribe, Δακτυλίω. id est, Anulo,  
vel Condalio. Videtur a Plauto translata: cuius fabulam  
*Condalium* laudant veteres, Varro, alii. Ait ex Cra-  
tete, Ποιμαίνει δ' ἐπισίτιον. ρίγῶν δ' ēn μετὰ βύζου,  
δέξετ' ἐπὶ μισθῷ σῖτος. Palatinus codex, Μεταβύζου.  
Lego, ρίγῶν δ' ēn Μεγαβύζου. δέξετ' ἐπὶ μισθῷ σῖτον.  
in aedibus Megabyzi rigens pro mercede victam ca-  
piet. describebat miseram alicujus conditionem apud  
Megabyzum unum e magnatibus. Cratetis Συναριστωσῶν  
Pollux meminit libro sexto, cap. 17. Etiam Menander  
*Synaristus* ediderat teste Plinio libro 23. extremo.  
et inter Latinos poetas Caecilius, teste A. Gellio libro  
15. cap. 15. Menandi quae sequuntur de ignavo homine p. 435.  
verba, ἀχρηστος εἰς γῆν ὄμοιογῶν παρατρέφεσθαι, male  
distinguunt cum editionibus vulgatis interpretes. nam  
ἀχρηστος εἰς γῆν expressum est ex illo Homeri, ἐτώσιον  
ἀχθος ἀρούρης. neque παρατρέφεσθαι est obiter ali:  
sed immeritum et indignum. sunt autem haec e Me-  
nandri *Thrasyleonte*, unde est apud Harpocrationem,  
Φιλοσοφεῖ δὲ τοῦτο ὅπως οὐταπράξηται τὸν γάμον. Apud  
Latinos eodem titulo fabulam docuerat Turpilius, inter-  
pres ut videtur Menandreae. citat Nonius saepe. Πωλου-  
μένους Menandi reperio apud Clementem Alexandrinum,  
Stromat. lib. 6. Μένανδρος ēn Πωλουμένοις πάρισάζεται  
Καλλίᾳ λέγων, Οὐ πανταχοῦ τὸ φρόνιμον ἀρμόττει παρών.  
De Phrynichi *Monotropo* lege interpretem Aristophanis  
ad Aves, ibi: τίς εἰμι ἐγώ; Μέτων. citat et alibi saepe:  
item a Polluce lib. 7. cap. 5. et cap. ultimo. Citatur

Athenaeo et Anaxilae comici *Monotropos*, quis autem Graecis dicatur *μονότροπος* Galenus docet, libro tertio De differentia pulsuum. Ἀνθρωπὸν συληρὸν λέγουσι τὸν μονότροπον καὶ δυσπειθῆ, καὶ πρὸς ἄπαν ἀντιτείνεται. [Procopius Persecorum lib. 2. μονότροποι γὰρ εἴπερ ἄλλοι τινὲς οἱ Πέρσαι, εἰσι· καὶ τὰς εἰς τὴν δίαιταν ὑπεράγαγοι συληροί. Est igitur μονότροποι quasi ἐνὸς καὶ μόνου τρόπου, homo rigidus et moris sui servans ac tenax, qui que alienis moribus se nunquam accommodet. Contrarium sed ejusdem prorsus effectus est vitium illius quem Latini morosum dixerunt: qui nunquam sibi constans, et subinde mores mutans, incertos esse facit eos qui circa ipsum sunt, qui gerere se cum ipso debeant; *Morosus* enim est, ὁ πολύτροπος, multorum morum homo.] In ipsis antiqui poetae, ὡς ὀλιγόσιτος ἥσθ' ἄρα, ὃς κατεσθίεις τῆς ἡμέρας Μακρᾶς τριήρους σιτία. vocem μακρᾶς junge interpretando cum τριήρους non cum ἡμέρας. In responso Clisophi, qui datum sibi a Philippo equum vulneratum, vendiderat, et interrogatus ubinam ille esset dixit ἐν τῷ τραύματος κείνου πέπραται, Breviator scribit πέπραται. Jocus est in vocula ἐν: quae potest significare tam *propter vulnus*, quam *post vulnus*. Lege illa cum interrogatione, εἴτα, οὐκ ἐγώ στ, ἔφη, Θρέψω; accipendum enim quasi dicat parasitus: Quis neget, rex, aequum jam esse ut ego te alam: quando ita felix es in dictis dicendis, et ridiculis excogitandis? hoc significare auctor voluit praecedentibus verbis illis, σιώπτοντος δ' αὐτὸν τοῦ Φιλίππου καὶ εὐημεροῦντος: id est, cum *Philippus* dictorio eum petiisset ac *plausum tulisset*. Jam alio loco simile peccatum interpretum arguimus: diximusque εὐημερεῖν theatrorum proprium esse vocabulum, de iis dici solitum quibus favetur. In eo verbo sita totius sententiae hujus argutia: quia τὸ εὐημερεῖν in ridiculis proprium parasiti. Deinde scribendum ex Epit. εὗγε νὴ τοὺς θεοὺς, pro σύγε νὴ τοὺς θ. formula gratulandi εὗγε vel εὗγε ἐποίησεν. ut in germano huic loco infra. At mox ὡς συνδαινύμενος tueruntur libri, adversus doctorum conjecturam, ὡς συγδαινομένος.

## CAPUT TERTIUM DECIMUM.

p. 436.

*Adiatomus Gallus. Σωτιανοί. σιλόδουνοι. μικρὸς τὴν γνώμην. Διονυσιοκόλακες. ἀγαλαμβάνειν εἰς μνήμην. πεπραγματεῦσθαι περὶ τί. πρέσβεις προθεωροί. Ἐταῖροι regum. multa item alia qua observantur qua emendantur.*

IN ecloga e lib. 116. Nicolai Damasceni, *Adiatomus* dicitur, quem certum est appellari in Commentariis Caesaris *Adcantuanum*. Scripti libri variant, constat tamen alterutro loco mendose scribi hoc nomen. *Σωτιανοὺς* Athenaeus vocat, vel potius Damascenus, quos Caesar *Sotiates*, vel *Sottiates* aut *Sontiates*. lib. tertio: nam id nomen varie scribitur: Omnino autem scriben- dum, οὓς καλεῖσθαι ὑπὸ Γαλατῶν σιλοδούρους, non σιλοδούνους: non solum quia sic in Caesaris codicibus scriptum: sed etiam quia sic scripsisse Nicolaum et Atheneum probare possumus. Eustathius. Ἰστέον δὲ ὅτι τῆς εὐχωλῆς παρώνυμον ἔστι παρὰ τῷ δειπνοσοφιστῇ, οἱ εὐχωλιμαῖοι. ὅπερ ἔστιν Ἐλληνιστὶ ἐρμηνευτικὸν λέξεως Γαλατικῆς λεγούσης σιλοδούρους, τοὺς τῷ βασιλεῖ σφῶν συζῶντας, οἷς συναποθνήσκοντας, οἷς τοῦτ' αὐτὸς εὐχομένους. Thraasydaeum Thessalum auctor ex Theopompi verbis, μικρὸν μὲν τὴν γνώμην, κόλακα δὲ μέγιστου. in multis multorum scriptorum locis μικρὸν perperam scriptum esse pro μικρὸν, et admoniti pridem sumus ab eruditis, et nos observavimus non semel. quare hic quoque μικρὸν scribendum esse, par est probabilis conjectura. Sed quoniam hominis est re vera μικροῦ τὴν γνώμην sive animi angusti, adulari et parasitum agere, οἷς τὸ ταπεινῶς ὄμιλεῖν, quod proprium esse adulatoriis dicebat philosophus: possimus vulgatam lectionem defendere. Propterea dicebat magnus princeps Demetrius Poliorcetes Atheniensium adulationibus offensus. Ne unum quidem suo tempore visum esse sibi ex omnibus Atheniensibus μέγαν οἷς ἀδρὸν τὴν ψυχήν. Qui dicitur ab Arcadione prolatus versus, ἔστ' ἀν τοὺς ἀφίκωμαι οἱ οὐκ ἴσασι Φίλιππον, cum ab illo Philippus quæsisset, *Quamdiu exul et patriae fugiens eris?* ἐκ

Homero est, paucis immutatis, εἰσόνε τοὺς ἀΦίηται, οἱ  
οὐκ ἴσασι θάλασσαν. In iis quae Chirisopho narrantur,  
deest necessarium verbum quod supplevit recte Dalec.  
Ait, ὁ δ' αὐτὸς Φησὶ ναὶ ΧειρίσοΦον τὸν Διονυσίου κόλαπα  
ἰδόντα Διονύσιον γέλωντα μετά τινων γυναικῶν. non  
dicit quid fecerit, cum videret ridentem Dionysium.  
risit autem cum ridente. deest igitur verbum γελάσαι  
συγγελάσαι: quod et Tnrnebus in codicis sui ora adno-  
taverat. Dionysii tyranni adulatores προσηγόρευον οἱ  
πολλοὶ Διονυσιοκόλαπας. dubitari potest, utrum per con-  
temtum an per honorem. Videlur hoc quam illud pro-  
babilius. nam Διονυσιοκόλαπες, sic isti appellati, ut  
ministri Bacchi Διονυσοκόλαπες, et Musarum Μυσοκόλαπες:  
quae fuere cum primis honesta nomina. De ipsis masti-  
giis narratur, quia Dionysius parum acute cerneret, etiam  
ipsos oculorum invalentiam simulasse: et cibos appositos  
non solitos tangere, ἔως ὁ Διονύσιος τὰς χεῖρας πρὸς  
p. 437. τὰ λειάνια προσῆγεν, donec Dionysius admovisset ma-  
nus paropsidibus. Praesero hanc lectionem ei quam  
habet Abbreviator, ἔως αὐτῶν τὰς χεῖρας ὁ Δ. πρὸς τὰ  
λ. π. donec ipsorum manus Dionysius admovearet par-  
opsidibus. firmat tamen hanc scripturam sequens nar-  
ratio isti similis, et ut Hippocratis verbum usurpem  
ἡδελΦισμένη, de Hieronis adulatoribus. Non omittam  
dicere, in omnibus manu exaratis libris λειάρια scribi,  
non λειάνια. Ita ergo emendabis. Errant qui apud  
Phrynicum, aut alios mutant veterem in hac voce  
scripturam per ρ. sic libro quarto, λειάριον πτισσάνης,  
et alibi. Quaesivi diu, et adhuc quaero quis ille fuerit  
Dionysius ad quem Syracusarum tyrannus ejusdem no-  
minis, Damoclem legatum miserit. Nam scribit Atheneus de Damocle, ἐπειτα πρεσβεύτας ποτε μεθ' ἑτέρων  
ώς τὸν Διονύσιον, functus legatione ad Dionysium.  
fuisse autem a tyranno missum palam faciunt sequentia:  
Ego praeter tyrannum ea aetate alium nullum novi  
Dionysium de quo recte ista capi posse videantur. Co-  
gitemus igitur, et videamus, num sit potius scribendum  
ώς τὸν Διων. In ea historia scribo, ἐκεῖνοι μὲν τὸν  
Φρυνίχου ναὶ Στησιχόρου, ἔτι δὲ Πινδάρου, παιᾶνα, ἡ  
τῶν αὐτῶν τινα ἀνειληφότες ἥδον. illi quidem, ait, aut  
Phrynichi paeanem, aut Stesichori, aut Pindari, aut  
etiam sua ipsorum carmina in memoriam revocantes  
canebant. ἀναλαμβάνειν pro ἀναλαμβάνειν εἰς μνήμην:  
vel simpliciter pro assumere in manus: ut apud Poly-

bium, ἀναλαμβάνων τὰς ἐκείνους βίβλους. Mox scribo, ἀκούω γάρ σε πεπραγματεῦσθαι περὶ τοῦτον: Videlicet τὸν εἰς τὸν Ἀσκληπιὸν πατῶν. te paeanem Aesculapio cum cura et studio cecinisse. Sic Aristoteles, Σωκράτους περὶ τὰ ἡθικὰ πραγματευομένους. Scribe etiam, οὐ π' αὐτοῦ χειραγωγῶνται, ναὶ δοκῇ τῶν ἄλλων ὁξυδεριέστερος εἶναι. item, παραθέντος τινὸς αὐτῷ πλεῖους σόγκους. non παρατεθέντος. sonchus inter vilissima olera. Plinius libro 22. Estur et sonchos, ut quem Theseo apud Callimachum apponat Hecale. et in Euripidis versu Μισῶ τραπέζαις ὅστις ἔξογκοῖτ' ᾧγαν: non τραπέζαις. Verbum ἔξογκοῦσθαι declarant quae scripsimus libro tertio, cap. quinto. τὸν Χρεμωνίδειον πόλεμον quaerant amplius historiae Atticae studiosi. Miratur dipnosophista, Athenienses qui Demadem talentorum decem multa affecerant, quod θεὸν εἰσηγήσατο Ἀλέξανδρον, auctor fuerat, ut pro Deo coleretur Alexander: nullum fecisse Epicrati negotium, qui censuerat ut loco novem praetorum annuorum, totidem legati crearentur ad regem mittendi. Hic vero jure aliquis ipsum miretur Athenaeum, qui in eadem lance ponat, eum qui legatos ad regem quotannis creandos sententiae loco in senatu dixerit, et illum qui palam suis civibus novum deum obtrusit. Sed desinet mirari qui observaverit, vocem πρέσβεις in hac narratione sumi improprie pro θεώροις. Legatos ad principes aut qualescunque mortales Graeci vocant πρέσβεις, vel πρεσβευτάς. de hoc genere legationis non sensit Epicrates: verum de alio cuius erat caussa, religio et honos divinus, qui diis quibusdam praestabatur ab Atheniensibus. Sic narrant p. 438. Plato, Plutarchus, alii, solitos mitti Athenis legatos in Delum, ad ludos Olympicos, Pythicos et alios, qui more majorum pro sua Rep. sacra facerent et dona diis offerrent, hos Graeci non πρέσβεις, sed θεώρους vocarunt. de istius generis legationibus sine dubio sentiebat Epicrates. Nam quod πρέσβεις hic nominantur non θεώροι: aut de industria factum id ab Epicrate, quo invidiam verbi fuderet: ut cum Romani principes nomen regis a se alienarunt, regni vim tenuerunt. aut Athenaei incuria alterum nomen positum alterius loco. Tentare etiam fortasse licet superscriptam loco glossae vocem, genuinae sedem occupasse fraude librariorum. Quicquid hujus sit, clara ex iis quae diximus impia mens Epicratis, qui divinis honoribus regem iverit af-

fectum. Simile Stratoclis commentum, de quo Plutarchus in Demetrio σύραψεν ὅπως οἱ πεμπόμενοι κατὰ ψήφισμα δημοσίᾳ πρὸς Ἀντίγονον ἢ Δημήτριον, αὐτὶ πρεσβευτῶν θεωροὶ λέγοιντο καθάπερ οἱ Πυθοὶ καὶ Ὁλυμπίαζε τὰς πατρίους θυσίας ὑπὲρ τῶν πόλεων ἀπάγοντες ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς ἔορταῖς. Non possum tam facile emendare quam indicare mendam istorum verborum: Narrat, inquit, Polybius lib. 14. [hodie in fragmentis lib. 15. Polybii multa de hoc Agathocle et de Oenanthe.] fuisse adulatorem, Ἀγαθοκλέους τοῦ Οἰνάνθης νιοῦ, ἐτέρου δὲ τοῦ Φιλοπάτορος βασιλέως Φίλωνα. secuti libros scripsimus Οἰνάνθης, cum ante scriptum esset Οἰνάν. Huraldinus codex, τοῦ Οἰνάνθου νιοῦ. caetera ut in aliis. Sed aut desunt hic quaedam, aut locus concinnandus in hanc sententiam: Narrat Polybius Philonem fuisse adulatorem Agathoclis cui Oenanthe mater, quique sodalium regis Philopatoris unus fuit non opus violenta mutatione: tantum scribe ἐταῖρου pro ἐτέρου. Notum satis qui dicantur regum ἐταῖροι in historiis Graecorum et Macedonum. Agathoclem hunc duabus notis distinguit ab Agathocle illo figuli filio celeberrimi nominis tyranno: de quo Diodorus Siculus lib. 19. Breviatur excerptis hinc verba ista, Φασὶ δὲ καὶ τοῦ Φιλοπάτορος βασιλέως πόλαις Φίλωνα. Ita solet hic grammaticus omissis iis quae non intelligebat quia erant depravata, sententiam sibi fingere ex sua libidine non ex auctoris mente Caeterum qui dicitur in editionibus *Cato Sinopensis*, dicendus *Bato*. Lege itaque ex Epitoma Βάτων ὁ Σινωπεὺς ἱστορεῖ. hunc Batonem auctor lib. 14. laudat, et alibi non semel. Paulo post, καὶ θεραπεῦσαι τοὺς εὐπόρους μέχρι τῆς τύχης δειρός. Dalecampius mirum artificem eos colendi qui opibus florent, quoscumque nactus esset. quod erat in sententia praeципuum corrupit. nam μέχρι τῆς τύχης, est dum fortuna maneret. Imminutum fuerat Lysimachi nomen prima syllaba, in istis. Ἀττάλου δὲ τοῦ βασιλέως ἐγένετο πόλαις καὶ διδάσκαλος Λυσίμαχος. restituimus fideliorum. nam *Simachus* ne Graecum quidem est, sed *Simichus* et *Simichidas*. quod addit, δὲ Καλλίμαχος μὲν Θεοδώρειον ἀναγράφει significat, Lysimachum istum dictum fuisse a Callimacho in indice auctorum *Theo-*  
p. 439. *doreum*: quasi Theodori athei (de quo Diogenes Laertius) sectam fecutum: neque iis esse assensum, qui Theophrasti discipulum fuisse vellent. Legebatur mox

Ανδρόμαχον τὸν Καρπῆνον: in Huraldino Καρνῆνον, et Καρνῶν, constanti errore. fecimus ut esset τὸν Καρρῆνον, ex conjectura primo, deinde ex membranis, quibus adstipulatur Plutarchus in Crassō. Scripsimus etiam, ὡς τὸν Κράσσου πάντα ἀναποινούμενον, προδοθῆναι Πάρθοις ὑπ' αὐτοῦ. invenimus ubique ἀναποινούμενον, quod Dalcamp. omnia tentantem ut salvus evaderet. ingeniose, sed falso. Nam auctor non aliud voluit, quam quod Plutarchus scribit, Crassum cum omnium consiliorum participem saceret Andromachum, ab eo suisse proditum. οὐτὶ τοῦτο ἔδει, ait, μηδένα πρὸ καιροῦ Καρρῆνῶν πυθεσθαι. πυνθάνεται δὲ ὁ ἀπιστάτας Ἀνδρόμαχος, ὑπὸ Κράσσου καὶ τοῦτο πιστευθείς.

## CAPUT QUARTUM DECIMUM.

*Atheniensium et Romanorum publicae adulaciones.*

*Leaenae Veneris et Lamiae Veneris templas, et de eo genere consecrationis. Paeanes translati ad hominum laudationem. Nomina clarorum virorum inserta Saliari carmini. Veteris Ecclesiae similis ritus. Demetrii dictum de Atheniensibus.*

MULTA hactenus dipnosophista de singulis adulatoribus dixit, longumque eorum ex vetere historia catalogum contexuit, qui per insamem assentationem nomen et famam sibi fecerunt. Nunc de publica quorundam populorum adulazione, scriptor eruditissimus ac πολυμαθέστατος sermonem instituit. Nam et ingeniiorum publica quaedam est interdum lues, non minus quam corporum neque solum λοιμικὴ παταστάσεις, et morbi epidemii, sed et vitia et morum corruptela universos aliquando populos inficiunt. Inest profecto rebus cunctis mortalium quidam velut orbis: et quemadmodum temporum vices, ita morum vertuntur. Insigne ejus rei exemplum est ac documentum, quod nobis hic ob oculos ab auctore ponitur. Narrat enim, tantam repente in Atheniensium publicis moribus factam esse mutationem, ut qui fuerant acerrimi modo libertatis vindices, in foedissimam et turpissimam regum adulationem

sint ἀθρόως prolapsi. Miratur Athenaeus non sine caussa hanc in eo populo instabilitatem tantam et ingeniorum depravationem. Sed quid hoc mireris in Atheniensibus populo tumidi semper animi verius quam magni, cum Romanis illis terrarum dominis, id ipsum videoas usuvenisse? Lege mihi immutatae Reipubl. historiam apud Dionem et historicos alios. Rem stupore dignam invenies, quomodo ferox ille et superbus populus, postquam semel jugum collo recepit, foeda ac tetra adulazione principum omnes alias gentes longo intervallo superarit. Non illi plurium annorum duro servitio fuit opus, ut generositatem omnem exueret. Ad primum nuntium cladis Pompejanae et Caesaris victoriae ὄλο-

p. 440. σχεροῦς, repente factus est alius. Porro adulatiois publicae Atheniensium exempla aliquot profert Athen. in quibus animadvertenda et observanda quaedam sunt nobis. Primum est hujusmodi: Λεανης μὲν καὶ Λαυτας Ἀφροδίτης ιερά, καὶ Βουρίχου, καὶ Ἀδειμάντου καὶ Ὁξυθέμιδος τῶν πολάνων αὐτοῦ. καὶ βωμοὶ, καὶ ἡρῷα καὶ σπουδαὶ τούτων ἐνάστῳ καὶ παιᾶνες ἥδοντο. deest in istis verbum ἀΦιδρύθη. vel ἰδρύσαντο: nam Excerpta mulato casu habent βωμὸν et σπουδάς. aut pendet oratio ex illis superioribus; ἐλύπει καὶ τούτων ἔνια αὐτόν. Indicatur autem obliqua consecratio quaedam, et tacita ἀποθέωσις, in illis, Λεανης μὲν καὶ Λαυτας Ἀφροδίτης ιερά. semel positum Veneris nomen bis intelligendum. Posuerunt, inquit, templa Leaenae Veneri et Lamiae Veneri: ita soliti prisci adulatores diis hominibusque sucum facere, adjecto Deorum unius nomine ad mortalis ejus nomen quem divinis honoribus vellent affectum. Ita habes hic Lamiam Venerem, Leaenam Venerem, Philam Venerem: libro 13. Pythionicem Venerem, libro 7. Themisonem Herculem. Latini quoque traditum a Graecis morem tenuerunt. Unde legere est in eorum monumentis Jovem Augustum, Julianum Junonem, Drusillam Venerem, et similia. Epitomae sarcinatores de iis qui deinceps nominantur Buricho, Adimanto et Oxyhemide, sic notat, καὶ ἡσαν οὗτοι Ἀθηναῖοι πόλανες, in quo errasse illum constat: erant enim isti non Atheniensium adulatores, sed regis Demetrii. ideo mox appellantur Athenienses, πόλανων πόλανες, propter tributos parasitis hisce honores. Burichum inter Demetrii duces nominat Diodorus Siculus libro 20. Caeterum distinctione recta opus habent Athenaei verba, in hunc

modum concipienda. Λεκίνης μὲν ναὶ Δαυτας Ἀφροδίτης  
ιερά. ναὶ Βουρίχου ναὶ Ἀδειμάντου ναὶ Ὁξυθέμιδος τῶν  
κολάκων αὐτοῦ, ναὶ βωμοί, ναὶ ἥρωα ναὶ σπουδαί. τού-  
των δ' ἐκάστῳ ναὶ παιᾶνες ἥδοντο. Olim apud Graecos  
religioni habitum paeanem in cujusquam mortalium  
honorem canere. Nota est in Aristotelem calumnia prope  
ipsi exitialis, quod diceretur paeanem in Hermiam con-  
fecisse. Adulatores vero etiam isto genere honoris or-  
nandos viros principes censuerunt: eratque etiam hic  
tacita quaedam consecratio et in numerum deorum re-  
latio. Multa auctor libro 15. de hoc paeanum abusu:  
ubi etiam recensionem instituit eorum quibus tributum  
hoc fuisse Graeca historia testatur. Sed primus omnium  
fuit Lysander, cui παιᾶνες ἥσθησαν, ait Plutarchus in  
vita. Invenias in Romanorum historia, quod cum hac  
observatione juvet conferre. Est enim simile quod fac-  
titatum Romae legimus: ut eorum nomina quos eximio  
honore vellent decorare, saliari carmine canenda decer-  
nerent: Germanico mortuo hic honos inter alios tri-  
butus, auctore Tacito libro secundo. Et M. quoque  
Antonius Philosophus, mortuo filio Vero, jussit ut no-  
men ejus Salarii carmini inscreretur: teste Capitolino.  
Jam olim id Romae institutum: ut ex iis constat, quae  
de Mamurio, Veturio, et Lucia Volumnia scribunt Varro,  
Ovidius, Festus, Plutarchus et alii. Vetus quoque Ec- p. 441.  
clesia Christiana hunc, ut videtur, morem ad prius  
usum traduxit: instituto, ut nomina sanctorum Marty-  
rum, Imperatorum, Pontificum summorum et aliorum  
fide ac meritis excellentium virorum, sacris diptychis  
inserta, inter hymnодias recitarentur. qua de re dicemus  
multa alibi, si vitam Deus produxerit, scitu digna, nec  
protrita. Addit Athenaeus offenditum Demetrium tam  
foeda Atheniensium adulacione, dignam magno principe  
vocabilis edidisse: ὅτι οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ Ἀθηναῖων γέγονε  
μέγας ναὶ ἀδρὸς τὴν ψυχὴν. neminem extitisse ipsius  
aetate: ex omnibus Atheniensibus, virum magnum, et  
generosi animi. Par querela Tiberii de sui temporis  
Romanis, quoties curia egredieretur. Graecis verbis in  
hunc modum eloqui soliti: O HOMINES AD SERVI-  
TUTEM PARATOS. In Demetrii verbis quae adscripti-  
mus, scribebatur perperam et inepte, ἐπ' ἄδον pro ἐπ'  
αὐτοῦ. quod interpretibus fraudi fuit. Veram lectionem  
etiam Excerpta habuerunt. Sequitur, τὸ οὖν παράδοξον  
οἱ Ἀθηναῖοι τῶν κολάκων κόλακες ἐποιησαν, οἱ σις αὐτὴν

τὸν Δημήτριον παιᾶνας καὶ προσόδια ἔδοντες. Videtur auctor indignari vehementius ob cantatum Demetrio regi paeanem: quam ob praestitum honorem eundem illius assentatoribus. Caussa, opinor, est, quod illis quidem tributum hoc decus mortuis: Demetrio vero superstiti adhuc. Manibus autem defunctorum divini honores minore semper invidia delati, quam vivis hominibus.

## CAPUT QUINTUMDECIMUM.

*Honores varii Demetrio Poliorcetae habiti ab adulatatoribus Atheniensium. Itur obviam cum altaris, coronis, et odoribus. Ξενισμοὶ Cererii et Bacchi eidem decernuntur. Ithyphallicum carmen in honorem ejus cantatum, cum Athenias ingrederetur. Ipsum carmen illud exhibitum: quale genus carminis id fuerit. idem varie illustratur atque emendatur. De Atticis Dionysiis et Mysteriis minoribus et majoribus non recte ea confundi a quibusdam. notatis illorum tempora. Gradus distincti in accipiendo mysteriis. ἐποπτεύειν. Plutarchi locus animadversus: alia multa observata.*

PUBLICAE Atheniensium adulationis non poterat magis insigne monumentum ab auctore proferri, quam quo ex Democharis et Duridis Samii historiis commemoratur. Plane eximius hic locus est, et dignus qui a nobis curatius illustretur. Igitur de honoribus Demetrii in haec verba scribit Demochares: ἐπανελθόντα τὸν Δημήτριον ἀπὸ τῆς Λευκάδος καὶ Κερκύρας εἰς τὰς Ἀθήνας οἱ Ἀθηναῖοι ἐδέχοντο, οὐ μόνον θυμιᾶντες καὶ στεφανοῦντες καὶ οίνοχοοῦντες, ἀλλὰ καὶ προσόδια καὶ χοροὶ καὶ ιδύφαλλοι μετ' ὄρχησεως καὶ ὠδῆς ἀπήντων αὐτῷ καὶ ἐφιστάμενοι κατὰ τοὺς ὄχλους ἥδου ὄρχούμενοι καὶ ἐπάδοντες. Hic est ille Demetrius Poliorcetes, Antigon F. qui Demetrium Phalereum Casandri Macedoniae reg. p. 442. auspiciis, sub specie oligarchiae Athenis dominanter

urbe expulit, et pristinam Reip. formam, ac libertatem restituit: Anno altero Olympiadis 118. istud accidit, auctore Diodoro lib. 20. Tum igitur populus Atheniensis incredibili gestiensi laetitia ob recuperatam libertatem post annorum 15. servitutem, in ornando Demetrio nihil reliqui fecit. Facta sunt de illius honoribus varia Senatusconsulta, quorum summam habes apud Plutarchum et Diodorum. Resert Plutarchus inter alia decretum suisse, δέχεσθαι Δημήτριον, ὅσάνις ἀν παραγένηται τοῖς Δήμητρος οὐδὲ Διονύσου ξενισμοῖς: ut quotiescumque in urbem veniret Demetrius, iisdem ritibus ac ceremoniis peregre adveniens exciperetur, quibus solerent Ceres et Bacchus. Eo referri debet ista Democharis ecloga de ingrediente quondam Athenas Demetrio, et exhibitis illi honoribus. *Demetrium, inquit, Athenas a Leucade et Corcyra redeuntem: Athenenses non solum suffitibus, coronamentis, et libationibus vini exceperunt, sed etiam chori processerunt ei obviam, cum prosodiis et ithyphallis, saltantes et canentes.* Olim omnia haec diis erant propria, et in illorum tantum honorem fieri solita, cum vel in pompa traducerentur, vel alias loco moverentur deorum simulacra, sicut monuimus dudum ad librum quartum Suetonii. Sed suffitus quidem, coronae, et vini affusio, jam ante Demetrii aetatem ad mortalium decoramentum popularum adulatio transtulerat. Q. Curtius de Alexandro loquens Babylonem ingrediente: *Plures obviam egressi sunt: inter quos Ragophanes arcis et regiae pecuniae custos, ne studio a Mazaeo vinceretur, totum iter floribus coronisque constraverat, argenteis altaribus utroque latere dispositis, quae non thure modo, sed omnibus odoribus cumulaverat.* Verbum οἰνοχοεῖν quo utitur Demochares minus proprie, declarat Plutarchus in Dione, ἀνήσι διὰ τῆς Ἀχραδινῆς, ἐκατέρωθεν παρὰ τὴν ὁδὸν τῶν Συρακουσίων ιερεῖα οὐαὶ τραπέζας οὐαὶ κρατῆρας ιστάντων. οὐαὶ οὐαὶ οὐαὶ γένοιτο προχύταις τε βαλλόντων, οὐαὶ προστρέπομένων ὥσπερ Θεὸν οὐαὶ κατευχαῖς. Quae subjungit his Demochares primo omnium mortaliūm Demetrio tributa sunt: ut obviam ei procederent chori, prosodiaca et ithyphallica in ejus gratiam composita carmina canentes. Quemadmodum paean Apollini proprie sacrum fuit carmen, sic ithyphallicum Baccho: neque magis fas fuit hominum laudes isto quam illo genere carminis persequi. Potentium adulatores

utrumque genus profanum reddiderunt: sed paean minore, ut appareat ex libro 15. religione, et multo ante quam ithyphallus. Tandem et hic mortalibus est communicatus. Primo omnium, ut ante diximus, Demetrio id delatum est honoris, cum demagogis Atheniensibus certatim foeda et nimia censentibus, quae sitior hac adulatio nulla reperiri posset. Jam ante simile quid tentatum fuerat, ab adulatoribus Demetrii Phalerei: ut narratur libro 12. ex Duride. sed nondum eo progressa erat istorum impudentia. Atque hi sunt illi ξενισμοὶ Cereriss p. 443. et Bacchi decreti Demetrio, quos gravis scriptor Plutarchus facit adulatio extremam lineam. Sed magnitudinem honoris istius aliunde aestimare non possumus, quam ex carminis ipsius lectione. En illud tibi, candide lector, diligentia nostra redivivum: cum in textu verborum Athenaei ita dissimulatum hactenus latuerit, ut a nemine agnoscendi dum potuerit. Nos primi, quod praefiscine dictum sit, non naevo aliquo aut crepundiis sed corpore omni et agnovimus, et tibi exhibemus agnoscendum. Id ita habet.

## ΞΕΝΙCMOC ΔΗΜΗΤΡΟC ΚΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟT.

SIVE

*Ithyphallicum carmen Demetrio Poliorcetae cantatum, cum Athenas ingrederetur.*

\* \* \* \* \*

ΩΣ οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν ναὶ φίλτατοι  
τῆς πόλεως πάρεισι.

Ἐνταῦθα γὰρ Δῆμητραν ίδε Δῆμητριον  
άμα πάρισται ὁ ναΐρος.

Χεὶ μὲν τὰ σεμνὰ τῆς Κόρης μυστήρια  
έρχεντ' ἀναποιήσῃ.

Ο δ' ιλαρὸς, ὡσπερ τὸν θεὸν δεῖ, ναὶ καλὸς,  
ναὶ γελῶν πάρεστι.

Σεμνὸς ὅδι Φανοινθοὶ φίλοι πάντες ήύιλω,  
ἐν μέσοισι δ' αὐτός.

Ομοιος ὡσπερ εἰ οἱ φίλοι μὲν ἀστέρες,  
ἥλιος δ' ἐκεῖνος.

Ὡ τοῦ πρατιστὸν πὰτη Ποσειδῶνος Θεοῦ,  
 καὶ Θεᾶς ἈΦροδίτης.  
 Ἀλλοι μὲν ἡ μακρὰν γὰρ ἀπέχουσιν Θεοῖ,  
 ἡ οὐκ ἔχουσιν ὥτα,  
 Ή οὐκ εἰσὶν, ἡ οὐ προσέχουσιν ἡμῖν οὐδὲ δν.  
 σὲ δὲ παρόνθ' ὅρωμεν.  
 Οὐ ξύλινον, οὐδὲ λιθινού, ἀλλ' ἄληθινόν.  
 εὐχόμεσθα δή σοι.  
 Πρῶτον μὲν εἰρήνην ποιησὸν Φίλτατε·  
 κύριος γὰρ εἶ σύ.  
 Τὴν δ' οὐχὶ Θηβῶν, ἀλλ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος,  
 σφίγγα περικρατοῦσαν  
 Αἰτωλίδ'. ὅστις ἐπὶ πέτρᾳ καθήμενος  
 ὥσπερ ἡ παλαιὰ,  
 Τὰ σώματ' ἡμῶν πάντ' ἀναρπάσας Φέρει,  
 οὐκ ἔχω μάχεσθαι.  
 Αἰτωλικὸν γὰρ ἀρπάσαι τὰ τῶν πέλας·  
 οὐδὲν δὲ καὶ τὰ πόρρω.  
 Μάλιστα μὲν δὴ σχόλιον αὐτὸς, εἰ δὲ μὴ  
 Οἰδίπουν τιν' εὑρὲ,  
 Τὴν σφίγγα ταύτην ὅστις ἡ κατακρημνεῖ,  
 ἡ πεινῆν ποιήσει.

Carminis hujus elegantissimi argumentum quidem ex Demochare Athenaeus recitat: versus vero ipsos, et verba ex Samio Duride. Quod autem ante hunc diem nemo eruditorum hoc animadverterit, menda codicis est in causa. Nam ubi scriptum est, Δοῦρις δ' ο Σάμιος ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ τῶν ιστοριῶν κατ' αὐτὸν p. 44. τὸν ἸΘύΦαλλον ὡς οἱ μέγιστοι, etc. Scribendum erat, καὶ αὐτὸν τὸν ἸΘύΦαλλον παρέθετο ἔχοντα σύτῳς . . . . Ως οἱ μέγ. Demochares, inquit Athen. summam recitavit hujus: sed Duris Samius ipsum ascripsit, atque inferuit historiae suae 22. Confer Democharis verba cum iis quae ex Duride afferuntur: ita rem habere luce meridiana clarius compieres. Jam igitur beneficio nostro habent studiosi exemplum Ithyphallici carminis, quale nullum reperies aliud in omnibus Graecis aut Latinis monumentis. Constat genus hoc carminis senario verso jambico, et trochaico dimetro brachycatalecto. Proprie Ithyphallicus hic posterior nuncupatur, et ab illo carmen Ithyphallicum. Hermogenes de ideis libro priore, capite de orationis gravitate, de isto verso loquens, τείων μελίην Πηλειάδα δεξιὸν κατ' ὄμον. δύο,

Casaub. Anim. in Achen. T. II.

inquit, εἰσὶν ἐνταῦθα Ἰωνικαὶ συγγρίαι, καὶ μετὰ ταῦτα τὸ Ἰθυφαλλικὸν παλούμενον μέτρον, ἐκ τριῶν συγκειμένου τροχαῖων, δι' ᾧ ἐκλάσθη πᾶς ὁ ρυθμὸς βιασθεὶς πρὸς τὸ ἐναντίον ἐλθεῖν δακτυλιοῦ καὶ σεμνότητος. Tres trochaei quos ait Hermogenes fuere initio isti, Βάκχος, Βάκχε, Βάκχε. Male enim capit illius mentem Graecus scholiaстes, qui de Ithyphallicis nescio quid ad hunc locum muginatur, nodum quaerens in sirpo. Terentianus Maurus,

*Ithyphallica porro dicarunt,  
Musici poetae:  
Qui ludicra carmina Baccho  
Versibus petulcis  
Grajo cum cortice phallo  
Tres dabant trochaeos  
Ut nomine fit sonus ipso  
Bacche, Bacche, Bacche.*

Hos versus poetae cum aliis diversi generis conjunxerunt. Archilochus omnium primus cum dactylico tetrametro, ut scribit Hephaestion:

Οὐκέτ' ὅμως Θάλλεις ἀπαλὸν χρόα.  
ηὔρΦεται γὰρ οὐδη.

alii praeposuerunt jambicum senarium, ut factum vides in superiore carmine. Exemplum talis conjunctionis a Callimacho principe manavit, auctore eodem Hephaestione. Extat libro 11. fragmentum cuiusdam Ithyphallici carminis, in quo perversi numeri sunt ad hoc exemplum restituendi.

Ἐθύταμεν γὰρ σῆμερον σωτῆρια  
πάντες οἱ τεχνῖται.  
Μεθ' ᾧ πιὼν τοδὶ πέρας, ὡς τὸν Φίλτατον  
βασιλέα πάρειμι.

[Fuere et alius generis Ithyphallici versus qui et Priapei dicebantur, sive προσῳδικοὶ, tetrametri, quales habentur apud Hephaestionem et Dionysium Halicarnasseum.] Supereft jam ut ipsum carmen percurramus. Initio desunt versus duo, aut fortasse etiam plures. Qui nunc primus est, e praecedentibus pendet, hujusce vel similis sententiae.

Νῦν δὴ μεγίστην χαρμονῆν χαίρειν χρεών.  
νῦν χρεών χορεύειν.

p. 445. Nunc gaudendi tempus et choreas ducendi. Quare? quia urbem ingrediuntur maximi et civitatis hujus amantissimi dii. Nemo dubitat proxime sequentibus

verbis debuisse contineri nomina duorum istorum deorum. Hoc nos cum certo sciremus, duos versus nullo negotio eliciimus, ex mutilata et corrupta scriptione, in cuius luto haesit Breviator. Sic enim scriptum in membranis antiquissimis: πάρεισιν ἐνταῦθα + Δημήτριος ἄμα παρῆν ὁ οὐρός. Primum Cereris nomen certissima conjectura restituimus: deinde labantes versus, quam commodissime fieri a nobis poterat, instauravimus. Cae-terum ex istis verbis et sequentibus conjicere est aliquid de tempore, quo haec facta sunt Athenis. Ait enim temporis opportunitate conjunctos esse Cererem et Demetrium: cum quidem illa veniret ad celebranda Mysteria: hic autem, ut Atheniensium afflictis rebus opem ferret. Ergo sub tempus peragendorum Mysteriorum Athenas venit Demetrius. Docti homines nullum dis-crimen statuunt inter Mysteria et Dionysia. unde multa absurdia necesse est sequi. Verum quidem est initia et τελετὰς communes fuisse Cereri ex Baccho. Quare etiam Cereri jungitur Demetrius ceu Bacchus alter. Demetrius enim res gestas ejus Dei studiose imitans, Bacchi cujusdam instar erat Diodorus, τὸ σύνολον ἐξήλον Demetrius, τὴν μυθολογουμένην ποτὲ γενέσθαι οὐατὸν θρώπους τοῦ Διονύσου διάθεσιν. eadem Plutarchus quoque. Verum est etiam, et Dionysia et Mysteria fuisse alia majora, alia minora. nihilominus tamen falluntur qui ista confundunt. Fuere enim diversi initiorum dies a diebus Dionysiorum. Majora Liberalia mense Anthesterione agebantur. Ulpianus in ea contra Leptinem, Τοῖς μεγάλοις Διονυσίοις Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς πλείους γενομένης δαπάνης, εἰς χόρηγὸς ἐνάστης Φυλῆς οὐαθίστατο. Eadem et antiquiora vocabantur, et duodecima hujus mensis instituebantur ad ipsam arcem, in urbis parte quam vocabant Limnas. Thucydides in secunda histo-ria, τὰ ιερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει οὐαὶ ἄλλων θεῶν ἔστι, οὐαὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἴδρυται, τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὄλυμπου, οὐαὶ τὸ Πύ-θιον οὐαὶ τὸ τῆς Γῆς, οὐαὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, οὐ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀν-θεστηριῶνι. Demosthenes hoc ipsum testatur: docetque hoc amplius annua fuisse haec Bacchanalia, in oratione contra Neaeram. Διὰ ταῦτα ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ιερῷ τοῦ Διονύσου ἐν Λίμναις ἔστησαν, ἵνα μὴ πολλοὶ εἰδῶσι τὰ γεγραμμένα. ἀπαξ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐνάστου ἀνολγεῖται, τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεστηριῶν μηνός. Diversa

ab hoc festo fuere Liberalia τὰ ἀστικὰ quae Elaphebolione celebrabantur, et erant trieterica. At mysteria majora, non eo mense, sed altero ab isto, qui Boedromion dictus. Plutar. in Demetrio, ἐτελοῦντο τὰ μεγάλα μυστήρια Βοηδρομιῶνος. Idem in Phocione, σικάδι ἡ Φρουρὰ Βοηδρομιῶνος εἰσῆχθη, μυστηρίων ὄντων, ἢ τὸν Ἰανχὸν ἐξ ἀστεος Ἐλευσίνας πέμπουσι. eadem penes verba in Camilli vita, et apud Polyaenum. Idem Plutarchus in Alexandro scribit, nobilem ad Arbela sive

p. 446. ad Gangamela pugnam fuisse commissam Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν τῶν Μυστηρίων τῶν Ἀθήνησιν ἀρχὴν. sed in hac historia dissentunt alii ab illo. Arrianus in sequentem mensem refert. Τοῦτο τέλος τῇ μάχῃ ταύτη ἐγένετο, ἐπὶ ἀρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοφάνους, μηνὸς Πνανεψιῶνος. Similiter diversis temporibus peragebantur minora Dionysia et minora Mysteria. Illa quidem mense Posideone. Theophrastus in rustici hominis descriptione, Ποσειδεῶνος τὰ πατ' αὔρους Διονύσια. haec vero Anthesterione, Plutarchus in Demetrio, τὰ μικρὰ μυστήρια τοῦ Ἀυθεστηριῶνος ἐτελοῦντο. [Quemadmodum autem Dionysia majora fuerunt annua: sic et mysteria sive Eleusinia sacra. Aristides in Panathenaica loquens de illis sacris: μόνοι τῶν Ἑλλήνων καθ' ἔναστον ἔτος ποιεῖτε πανήγυριν, οὐδεμιᾶς πεντετηρίδος Φαυλοτέραν καὶ δέχεσθε τῷ ἐλευσινῷ πλείους ἢ ἔτεροι τῇ πάσῃ πόλει.] Porro Mysteria cum nominant auctores simpliciter, majora intelliguntur. Theophrastus, Βοηδρομιῶνος τὰ μυστήρια. nempe majora: de quibus verisimile est locutum Ithyphalli istius auctorem. Ergo circa Boëdromionis mensis diem vice simam haec sunt acta Athenis. Sed cum certum sit Demetrium non semel aut iterum venisse Athenas, verum saepius, quis fuit annus itineris hujus? Id vero silente historia sciri hodie non potest: et si id tempus designare voluit Demochares, cum scriberet, tum ista accidisse, cum Athenas est reversus Demetrius a Leucade et Corcyra. quod hodie amissis illorum historicis, parum nos adjuvat. Quin etiam quod de Boedromione mense modo dicebamus, eo minus certum, quia constat anno tertio Olympiadis 119. urbem ingressam esse Demetrium mense Munychione, et statim operaeorum sacrorum ritus omnes accepisse. Non contentus enim honore ξενισμῶν sibi decretorum, literis missis ad senatum minarum plenis obtinuerat, ut spretis omnibus legibus uno die consequi

sibi liceret quod aliis vix longo tempore concedebatur. Magni praemii loco tributum nonnullis (ut Herculi atque Hippocrati) legimus, sed oppido paucis, ut initiorum fierent participes. Soranus in vita Hippocratis, Ἰπποκράτης λαμπρῶν ἔτυχε τιμῶν παρ' Ἀθηναῖοις, οἵτινες καὶ δεύτερον αὐτὸν ἀφ' Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινοῖς ἐμύησαν. Erant autem quasi gradus in participatione mysteriorum observandi. Prima omnium fuit ἡ πάνθαρσις, et purificatio quaedam: deinde sequebantur mysteria parva, quibus instituebantur et praeparabantur ad majora: postremus erat actus, mysteriorum majorum acceptio, et illa quae dicebatur ἐποπτεία. Clemens Alexandrinus, Stromat. lib. 5. οὐκ ἀπεικότως ἄρα καὶ τῶν μυστηρίων τῶν παρ' Ἑλλησιν, ἄρχει μὲν τὰ πανθάρσια. πανθάρσια καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν· μετὰ ταῦτα δ' ἔστι τὰ μικρὰ μυστήρια, διδασκαλίας τινὰ ὑπόθεσιν ἔχοντα καὶ προπαρασκευῆς τῶν μελλόντων. τὰ δὲ μεγάλα περὶ τῶν συμπάντων· οὐ μανθάνειν ἔτι ὑπολειπταί, ἐποπτεύειν δὲ, καὶ περινοεῖν τὴν Φύσιν καὶ τὰ πράγματα. Etsi autem tria distinctim tanquam diversa ponuntur a Clemente, non tamen tres erant μυήσεις, p. 447. sed duae tantum: nam purificatio non separatur a parvis mysteriis. Harpocration. οἱ μυηθέντες ἐν Ἐλευσῖνι ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει ἐποπτεύειν λέγονται. ultima autem fuit meta fieri eoptam et ephorum [ideo Plutarchus in 8. Symposiacorum, τέλος ἐποπτεία τελετῆς.] quare ἐποπτεύειν proverbii instar de frumentatione summi boni dicitur. Aristophanes Ranis, μάλα γ' ἐποπτεύειν δοκῶ "Σταυ καταράσωμαι λάθρα τῷ δεσπότῃ. prius dicebantur μύσται non ἐπόπται Suidas, οἱ τὰ μυστήρια (parva nemppe) παραλαμβάνοντες μύσται καλοῦνται. οἱ δὲ τῷ ἔξῆς ἐνιαυτῷ ἐΦοροι, καὶ ἐπόπται. non est Suidae ista observatio: sed Symmachi antiquissimi critici, ex quo totidem verbis haec describuntur ab Aristophanis scholiasta. etiam Philochorus apud Harpocrationem separat, τὰ ιερὰ τὰ τε μυστικά καὶ τὰ ἐποπτικά. Ex verbis Symmachi cognoscimus, non statim a parvis initiis patuisse vim ad majora: sed annum suisse intermedium a priore initiatione ad consummationem religionis. Migravit has leges Demetrius, qui sine ulla intercapidine minora majoraque initia percipere voluit. Philochorus, Δημητρίῳ ἰδιόν τι ἐγένετο παρὰ τοὺς ἄλλους, τὸ μόνον ἅμα μυηθῆναι καὶ ἐποπτεῦσαι, καὶ τοὺς χρόνους τῆς τελετῆς τοὺς πατρίους μετακινηθῆναι. Quod autem annus

necessario intercederet inter utramque τελετὴν, etiam Plutarchus testatur in hac ipsa historia. ἐπώπτευον δὲ τούλαχιστον ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλιπόντες. Scribe, ἀπὸ τῶν μικρῶν. et observa verbum non temere positum τούλαχιστον. nam re vera minimum spatium quod interjiceretur annum fuit. ut plurimum quinto anno post parva suscipiebantur illa majora. Tertullianus ex emendatione divina Josephi Scaligeri: *Nam et illa Eleusinia heuresis et ipsa Atticae superstitionis, quod tacent, pudor est. Iccirco et aditum prius cruciant: diutius initiant, quam consignant: quum epoptas (intellige futuros epoptas: nam mystae tantum fiebant prima institutione) ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis aedificant: atque ita tantam majestatem exhibere videantur, quantam praestruxerunt cupiditatem. Sequitur jam silentii officium: attente custodiunt quod tarde invenitur. Cæterum tota in adytis divinitas, tot suspiria epoptarum, totum signaculum linguae, simulacrum membra virilis revelatur. Sed operae praetium fortasse nonnullum fecerimus, si Plutarchi super initiatione Demetrii verba recitaverimus. Is postquam dixisset jussos suis Athenienses a rege hunc ipsi honorem decernere, addit, ἀναγνωσθέντων δὲ τῶν γραμμάτων, μόνος ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν Πυθόδωρος ὁ δάδοῦχος· ἐπέρανε δὲ οὐδέν. ἀλλὰ Στρατοκλέους γνώμην εἶπόντος, Ἀνθεστηριῶν τὸν Μουνυχιῶνα ψηφισαμένους καλεῖν καὶ νομίζειν, ἐτέλουν Δημητρίῳ τὰ πρὸς ἄγοράν. καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐξ Ἀνθεστηριῶνος ὁ Μουνυχιῶν γενόμενος Βοηδρομιῶν, ἐδέξατο τὴν λοιπὴν τελετὴν, ἅμα καὶ τὴν ἐποπτείαν τοῦ Δημητρίου προσεπιλαβόντος. Ait, lectis Demetrii literis solium sustinuisse contradicere Pythodorum daduchum. illum quoque frustra. itum enim in sententiam Stra-*

p. 448. toclis: eoque auctore decretum, ut mensis qui tum forte agebatur, (Munychion is fuit) vocaretur atque censeretur Anthesterion: itaque Demetrio priora initia sunt communicata. rursus post illa Munychion idem de Anthesterione factus Boedromion, reliquos initiorum ritus recepit: ipsamque adeo epoptiam Demetrius consecutus est. In Graeco textu quid sit, ἐτέλουν τῷ Δημητρίῳ τὰ πρὸς ἄγορὰν, non scio. et si non dubito sententiam esse quam expressimus. Forte scribendum, τὰ πρότερα iερά vel τὰ πρὸς ἄγνείαν. initiarunt Demetrium iis sacri quae ad castimoniam spectabant. ad majora mysteri

non perveniebatur nisi post longam castimoniam: cujus ritus docebantur qui ad minora admittebantur. Nihil enim fuere aliud parva mysteria, nisi praeparatio quae-dam ad altera: sicut etiam docet vetus dictum, "Τηνος τὰ μικρὰ τοῦ Θενάτου μυστήρια. Duodecimo versu comparatur Demetrius Soli propter summam pulchritudinem. non hoc ei largiuntur mendacio adulatores: formosissimus enim fuit. adeo ut scribat Plutarchus vi-cisse illius naturalem pulchritudinem omnium pictorum ac statuariorum artem et industriam. Diodorus quoque, ἦν δὲ, ait, καὶ πατὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος καὶ πατὰ τὸ πάλλος ἡρωϊκὸν ἀποφαίνων ἀξίωμα. ὥστε καὶ τοὺς ἀφινουμένους τῶν ξένων Θεωροῦντας εὐπρέπειαν κεκοσμημένην ὑπεροχῇ βασιλικῇ, θαυμάζειν καὶ παρακολουθεῖν ἐν ταῖς ἔξόδοις, ἔνεκεν τῆς Θέας. 15. versum et duos sequentes ita expressit Demochares, οἱ δ' ἄλλοι καθεύδουσιν, ἢ ἀποδημοῦσιν, ἢ οὐκ εἰσίν. eleganter. In 18. Σὲ δὲ παρόνθ' ὄρῳ μεν, similis adulatio atque in illo, *Nec tam praesentes alibi cognoscere divos. et Coelo tonantem credidimus Jovem regnare: praesens divus habebitur Augustus.* Sphinx illa de cuius latrociniis conqueruntur Athenienses, dux aliquis Cassandri fuit in Aetoliae munito loco Atticae proximo collocatus cum expedita manu militum. ex illa arce faciebat quotidie impressionem in illorum agros qui ab Atheniensibus stabant. saepe etiam per Locorum fines, Phocen-sium, et Megarensum in Atticam usque excurrebat populabundus: ut res suas ferri agique, et captivos abduci e suis viderent saepe Athenienses, cum interea resistere non possent. Hoc igitur malo tanto liberari a Demetrio petunt Athenienses. cum Aetolis bellum gessisse eum regem Plutarchus indicat: sed ejus belli alia vide-tur suisse causa.

## CAPUT SEXTUM DECIMUM.

*Mos conviviorum, libare regibus et principibus.*  
*οἱ Αημνόθεν Ἀθηναῖοι Θρῆσι. ἀμύνεσθαι τὸ κάλυμμα. ἀνακτες Cypriorum. Γεργίνα. Γλοῦς. κλίμακα κατασκευάζειν ἐξ ἑαυτῶν. mulieres. ἵπωστρίδες. μαγεύειν Ταυροπολικά. τριόδος*

*mulières. λῆδιον. Ψῦγμα flabellum. alia nonnulla.*

ΟΙ τὸν προσκυνήσαντα τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα ἀποκτείναντες. Evagoram intelligit: de quo dictum modo sine causa interpretes diversissimas historias separatim p. 449. ab auctore indicatas, in unam conflareunt periodum.

'Αντιγόνου τοῦ βασιλέως νίκης καλῶς. Lege, "Εν' Αντιγένου τοῦ βασιλέως νίκης καλῆς. reticetur τὸ ἔνεκα ut passim. Deinde distingue,

..... Φέρε τὸν τρίτον

*Φίλας Ἀφροδίτας χαίρετ* ἄνδρες συμπόται.

Scribe etiam, ὅσων ἀγαθῶν τὴν οὐλικὰ μεστὴν πίουμαν. non ὅσην. Moris hujus etiam Plutarchus meminit in Demetrio. ἥδεως ἡκουε τῶν παρὰ πότου ἐπιχύσεις λαυβανόντων Δημητρίου βασιλέως, Σελεύνου δὲ ἐλεφαντάρχου. Πτολεμαίου δὲ ναυάρχου, Ἀγαθοκλέους δὲ τοῦ Σικελιώτου, νησιάρχου. Athenaeus paulo post, τὸν ἐπιχεόμενον οὐαδον ἐν ταῖς συρουσίαις Σελεύνου Σωτῆρος καλοῦπτι. ἦν δὲ μὲν Πύθιος ἐστίαν τῆς Ἑλλάδος ἀνεκήρυξε. Respicit editam Lacedaemoniis sortem, cum post captas a Lysandro Athenas Apollinem consulerent, quid ea urbe sacerent. Respondit enim, τὴν κοινὴν ἐστίαν τὴν Ἑλλάδος μὴ οἰνεῖν. Aelianus Variae historiae lib. 4. Videtur allusisse Plut. De fortuna Rom. ὁ τὴν Ρώμην ὑποβαλόμενος χρόνος μετὰ θεοῦ τύχην καὶ ἀρετὴν ἐκέραστε, καὶ συνέζευξεν, ἵνα ἐκατέρας λαβὼν τὸ οἰκεῖον ἀπεργάσηται πᾶσιν ἀνθρώποις ἐστίαν ιεράν.

"Ἐπειδ'" ὁ μὲν λέμμ' ἐστίν, ὁ δ' ἐτεροδαπνεῖ. Scrib. ὁ δ' ἔτερον δάκνει. Deinde legitur in Epit. Μύρτις ὁ Ἀργεῖος: sine voce μύστης. Diphili subjectum locum e Nuptiis, ita potes distinguere,

— ὁ γάρ κόλαξ στρατηγὸν καὶ δυνάστην, καὶ Φίλους, καὶ τὰς πόλεις ἀνατρέψι, λόγῳ κακουργῷ μικρὸν ἥδυνας λόγου.

— νῦν δὲ καὶ καχεξία.

τίς ὑποδέδυκε τοὺς ὄχλους, καὶ αἱ κρίσεις γ' ἡμῶν νοσοῦσι, καὶ τὸ πρὸς χάριν πολύ.

οἱ Λημνόθεν Ἀθηναῖοι. Sic dictum, ut οὗνος Λεσβόθεν. et Latinis *vinum Corcyra*. tamen aliter interpretandum: non enim intelliguntur Athenienses nati in Lemno insula, et inde postea alio translati, ut vina transferuntur: sed οἱ ἐν Λήμνῳ κατοικοῦντες τῶν Ἀθηναίων, ut modo locutus est, ergo Λημνόθεν hic pro

Λημνόθι: ut apud poetam σχεδόθεν pro σχεδόν: Ly-  
machus de quo loquitur, rex fuit Thraciae et vicinarum  
insularum, in queis Lemnus: Τὸ καὶ πολακεύειν  
νῦν ἀρέσκειαν ὄνομ' ἔχει. Scri. ἀρέσκειν. et si aliter  
omnes libri. καὶ ἀγάλματα ἰδρυσάμενοι Θριᾶσι. usitatus,  
Θριᾶσι. *Thria* pagus unus sive δῆμος tribus Oeneidis.  
sive Stephanus, sive Byzantius Hermolaus. Nam inter-  
pres longe aberrat a via. δι' ὧν ἥμενετο τὸ κά-  
λυμμα. Fateor ita scribi etiam in membranis et Epi-  
toma. sed obscurum est ad intelligendum, quid sit, pul-  
vinaribus αἰμύνεσθαι τὸ κάλυμμα, id est, *perimentum*  
*defendere*. quod quid aliud interpreteris nisi impedire  
ne molestum sit? Saepe enim stragulae vestes intem-  
pestive in faciem cadunt, et molestiam afferunt. sed ad  
vitandum illud incommodum, quis tapetum usus? Lego,  
ἥμενετο τὸ καῦμα: et quod ait habuisse eum τρία ὑπὸ<sup>p. 450.</sup>  
τῇ κεφαλῇ προσκεφάλαια, non sic interpretor, quasi  
tres simul delicatus hic juvenis pulvinos habuerit  
capiti subjectos: verum tot semper cubanti ad manum  
fuisse, ut simul atque unus illorum calorem habitu con-  
traxisset, ejus loco secundus subjiceretur: cui mox suc-  
cedebat tertius, illo jam facto calidiore. Ita pulchre  
scitulus hic juvenis ἥμενετο τὸ καῦμα. ἐφ' ὧν  
κατέκειτο λευκῇ χλαμύδι. Fortasse ἐν λευκῇ χλανίδι.  
ἀναφέρουσιν ἐκάστης ἥμέρας πρὸς τοὺς καλούμέ-  
γους ἀνακτας. id est, ad eos qui proximum a rege locum  
tenebant. Cypriorum de quibus loquitur peculiaris vox.  
In eo regno sic vocabantur qui sub Augustis Caesares  
dicti. Harpocrate: "Ανακτες καὶ ἀνασσα· οἱ μὲν νιοὶ<sup>13.</sup>  
καὶ ἀδελφοὶ τοῦ βασιλέως καλοῦνται ἀνακτες, αἱ δὲ  
ἀδελφαὶ καὶ γυναικες ἀνασσαί. Αριστοτέλης ἐν τῇ Κυ-  
πρίων πολιτείᾳ. η πάλαι μὲν ἀπὸ τοῦ γένους Γέρ-  
γινα, νῦν δὲ Γέργιθα κένληται. Stephano etiam duobus  
nodiis scribitur hujus urbis nomen *Gergis* et *Gergithus*:  
non autem *Gergitha*, aut *Gergina*. Sed Strabonem  
vide lib. 13. καὶ ἐπὶ Γλούτου Καρός melius Γλού-  
του τοῦ Καρός. sed scribe potius ἐπὶ Γλοῦ τοῦ Καρός.  
nam *Glus* inter Graeca nomina observavimus: ut apud  
Xenophontem in primo Anabaseos, Κῦρος τῷ στρατεύ-  
ματι πέμψας Γλοῦν εἶπεν. et aliis locis. apud Polyaenum  
scribitur Γλῶς. [apud Diodorum Siculum in historia 15.  
semper scribitur γαώς. perperam] Caeterum illa verba  
γενόντας παρ' ἥμην, accipe ut a Clearcho profecta, qui  
uit Cilix Solensis, et Aristotelis temporibus vixit. dis-

13. καὶ ἐπὶ Γλούτου Καρός melius Γλού-  
του τοῦ Καρός. sed scribe potius ἐπὶ Γλοῦ τοῦ Καρός.  
nam *Glus* inter Graeca nomina observavimus: ut apud  
Xenophontem in primo Anabaseos, Κῦρος τῷ στρατεύ-  
ματι πέμψας Γλοῦν εἶπεν. et aliis locis. apud Polyaenum  
scribitur Γλῶς. [apud Diodorum Siculum in historia 15.  
semper scribitur γαώς. perperam] Caeterum illa verba  
γενόντας παρ' ἥμην, accipe ut a Clearcho profecta, qui  
uit Cilix Solensis, et Aristotelis temporibus vixit. dis-

cipulus enim illius fuit. ολίμανα κατεσκεύαζον ἐξ ἔαυτῶν. scalas ex se se faciebant.stantibus videlicet primis, secundis submissioribus, tertiiis magis et quartis, postremis etiam genu nixis. Ad fine fuit mulierum aliarum ministerium, quas in insula Samo ἐπωστρίδας vocabant. Hesychius, ἐπωστρίδες αἱ κατὰ Σάμου ταῖς γυναιξὶ τὴν δεξιὰν ἐπέχουσαι πατὰ τὴν ὄσφύν. Ex istis verbis discimus fuisse in insula illa mulieres colacidibus modo memoratis, similes: quae nobiles foeminas currum aut equum conscedentes sublevarent, dextra manu ad illarum lumbos admota. Eustathius cum Athenaei verba de climacidibus descripsisset, addit: sua quoque aetate tale quid factitatum ab iis qui dorsum inclinantes, consensuris in equos erant pro stapedibus, quos vocant. Erat tamen jam ante Eustathii saeculum usus eorum adminiculorum notus, quibus hodie utimur. faciunt enim illorum mentionem antiquissimi Rabbinorum, ut alibi docemus.

προηγάγοντο, τεχνώμεναι τὰς ἀΦρον-  
στάτας. Tolle ὑποστήγμην post προηγάγοντο: et verte,  
eo deliciarum, ne dicam misericiarum, perduxerunt  
istae suo artificio stultissimas illas foeminas. ita inter-  
preter vocem τεχνώμεναι. quo videtur fieri allusio, cum  
addit, αὗται μὲν ἐκ τῶν λίαν μαλακῶν. ὑπὸ τῆς τέχνης  
μεταβιβασθεῖσαι, συληρῶς ἐβίωσαν ἐπὶ γῆρως. quam-  
quam verius puto scribendum esse ὑπὸ τῆς τύχης μετα-  
βιβασθεῖσαι. optima et planissima sententia.

αἱ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν ταῦτα διαδεξαμένων ἐκπεσοῦσαι τῆς ἐξου-  
σιας πατῆραν εἰς Μακεδονίαν. In Excerptis ita scriptum  
offendimus, αἱ δὲ πατῆραν ἐς Μακεδονίαν ἐκπεσοῦσαι  
τῆς ἐξουσιας. omissis caeteris quae obscuritatis plena  
p. 451. sunt. Acutus lector statuat quid sit pronuntiandum.

τρόπου ταῖς ὄμιλίαις ἀνέθεσαν οὐδὲ λέγειν καλόν. Le-  
gendum διέθεσαν, atque ita editum oportuit. nam suf-  
fragatur Epitoma. Verte, quae rerum ibi dominas et  
reginas quales sua consuetudine reddiderint, ne dictu-  
quidem est honestum. πλὴν ὅτι μαγευόμεναι καὶ  
μαγεύουσαι Ταυροπολιαὶ, τρίοδοι τινες αὗται πρὸς ἀλή-  
θειαν ἐγένοντο. id est, magicas artes in se atque aliis  
exercentes, ut fit in sacris Tauropoliis, re vera mu-  
lieres e trivio factae sunt. qualia fuisse legimus sacra  
Cotytus, omnis turpitudinis et obscenitatis plena: talia  
erant et Tauropolia, quemadmodum colligas recte ex  
hoc loco. Fuerintne in Macedoniam et Graeciam delata  
e Taurica Chersoneso, ubi Diana ταυροπόλος humanis

victimis colebatur: an aliunde initium habuerint, legi nusquam. In Excerptis ita, μαγευόμεναι καὶ μάγεύουσαι, ταυροπόλοις καὶ τρίοδοι τινες αὗται πρ. non diverso sensu. nam quae sacra Tauropolia procurabant foeminae, ταυροπόλοι dicebantur. Potes ita vertere, solitae incantare et incantari, simillimae evaserunt iis quae sacra Tauropolia curant, et urbium triviis plenis purgamentorum omne genus. τρίοδοι proprie loci in urbe dicuntur, in quos veteres conjiciebant omnia inquinamenta: ipsaque adeo domorum et urbium quae vocabant purgamenta. καθαρμῶν γὰρ, inquit Eustathius, ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδους έγίνοντο: et morem hunc multis explicat Harpocration in ὁξυθύμια. Petronius, *Quae striges comederunt nervos tuos? aut quod purgamentum nocte calcasti in trivio aut cadaver?* Hic vero elegantissime appellantur τρίοδοι, mulieres omnibus flagitiis circumfusae atque coopertae. pari elegantia καθάρματα, adfini voce, eas dixeris [Pro τρίοδι τινες, quomodo extat in Athenaeo et in Excerptis, melius fortasse legas τριοδίτις. eodem sensu a τρίοδος formatur τριοδίτις, quod unum est ex Hecates cognominibus.] λεπτῷ ληδίῳ συναμφιακώς. non est corruptus locus ut putarunt interpres qui correxerunt, Λυδίῳ. ex antiquis grammaticis constat, ληδίου vilis aut tenuis vestis nomen esse. ἐκηρευμάμενος ταύτη καὶ προσπεπτωκώς. Loquendi usus postulat ταύτης. mirum autem adulandi studium duobus hisce verbis declarat Clearchus. Mox pro κατέψυχε, Dalecamp. κατέψυχε. quod confirmat Epitome ὥστε τὸν πρῶτον αὐτὸν ἐπονομάσαντα. Σικύαν εὔστόχως εἰρηνέναι δοκεῖν. Cucurbitulas adhibent medici ad attrahendum: quod cum sit, etiam extenditur cutis. Non igitur ea caussa est appellationis Sicyae, quam interpres arbitrantur: sed petenda ea est ex verbis praecedentibus, εἴλικέ τε καὶ ἐξέτεινε. trahebat, et extendebat. τῇ δεξιᾷ δὲ Φωκαϊκὸν ψῆγμα τιδιακινῶν ὡς αἰωρῶν ἥδυς ἦν, ἀλλ' οὐκ ἀποσοβῶν. Legebatur ψῆγμα: sed perplacet ψῆγμα: nam slabellum intelligit, ut bene judicavit eruditissimus Dalecampius: quamquam alii fere id instrumentum ριπίδα vel ριπίδιον vocant. quod cur ψῆγμα non possit vocari caussae non est: cum ψύξαι exponatur a veteribus etiam ἀνεμονοποιῆσαι, ventulum facere. καταψύχσιν in ea re posuit p. 452. elegantissimus poeta Nonnus in 3. Dionysiacorum: Τέκνα καταψύχουσα, καὶ ἔσβεσε καύματος ὄρμὴν, Ἀγρι-

τηνα

τυπον Φύσημα χέων ποιητὸς αῆτης. Haec eo spectant, ut doceamus veram lectionem esse ψῦγμα: licet in omnibus antiquis libris aliter scriptum sit hoc verbum. Jam vero legendum est, διαινῶν ὡς αἰώραν, non autem ὡς αἰωρῶν. Hoc vult: Therem manu dextra flabellum Phocaicum commovisse, non ut qui muscas expellunt, vehementer: sed leniter, instar eorum qui lectos pensiles agitant. Flabella utriusque rei parabantur: et quaerendae refrigerationi, et muscis expellendis: unde etiam μυιοσόβας appellariunt. Est igitur διαινεῖν ὡς αἰώραν, quod Antiphanes dicit paulo post, σύμμετρον πνεῦμα μὴ περισταληρον ποιεῖν. Scribe, ἵς καὶ τὴν Ἀθηνᾶν. non ὡς. et aliquando post, πρὸς γὰρ τὸ οὗτον οὐλακεύειν. cum Epit. non πρὸς τῷ τοιούτῳ οὐλ. melius etiam ἐπανολουθῶν ἀποπλάττεται, quam ἐπανολουθοῦν.

## CAPUT SEPTIMUM DECIMUM.

Κόλαξ quasi κόλλαξ. expensa alia etymologia quam affert Athenaeus. εὔκολος. ὑποστατικός. ὕγρος Bios. τέταφέ με. πρόσηνες et πρόσκυνοι. Diana Stophea. εὐφυεῖς homines: ἐπιχεῖσθαι Δημητρίου. interpretum et librariorum multa peccata indicantur.

ETYMUM vocis οὐλαξ varie explicat philologus Naufratita. Androcydes medicus, inquit, dictum volebat ἀπὸ τοῦ προσκολλᾶσθαι ταῖς ὄμιλίαις. quod affidue iis adhaereat quibuscum versatur. Auctor Etymologici magni, οὐλαξ παρὰ τὸ οὐλλᾶσθαι. κόλλαξ τις ὅν. σημαίνει δὲ τὸν παράσιτον καὶ παραμένοντά τινι. Longe petitum est quod sibi probari ait Athenaeus, ἐμοὶ δὲ δοκεῖ διὰ τὴν εὐχέρειαν, ὅτι πάντα ὑποδύεται, ὡς δή τις ὑποστατικός, υωταγωγῶν τῷ τῆς ψυχῆς θέται, καὶ οὐ βαρυνόμενος οὐδενὶ τῶν αἰσχρῶν. Mihi videtur dici οὐλαξ propter facilitatem hominis, quia omnia subit onera, tanquam aliquis portandis oneribus assuetus, moribus animi, cœn firmo dorso, nihil non ferens, quique nullius rei turpitudine offendatur. Quia Graeci hominem faciliū morum appellant εὔκολον, putavit

Athenaeus, κόλακα proprie dici τὸν εὐχερῆ, eum qui lubens faciat quicquid volueris. Ego arbitror virum doctissimum non hoc ferio scribere. ponit enim dici posse κόλος pro εὔκολος. quod est fallsum. longe enim est aliud κόλον, unde dicitur εὔκολος et δύσκολος. quae voces proprie facilitatem circa victum notant, aut morositatem. nam veteres κόλον appellant alimentum ut vere docemur paulo post. vide sequens caput ὑποστάτηνος proprie, qui ferre omnia potest. Eustathius descriptio hoc loco sic interpretatur: "Ορα, inquit, τὸ ὑποστάτηνος, χρήσιμον δὲ εἰς τὸ Ουηρικὸν στεῦται, γγουρ, ὑπισχνεῖται, υφίσταται, δίκην δηλαδὴ τινὸς πίονος ὑπανισχοντος τὸ ὑποκείμενον. Quid appellant Graeci ὑγρὸν βίον, de quo mox auctor, quid item ὑγρὸν ὄφθαλμὸν, fuse exposuit alibi. B. Chrysostomus homilia 24. in epistolam ad Romanos. "Ινα δὲ παὶ σαφέστερον μάθητε. τί ποτέ ἔστι τὸ προνοεῖν τῆς σαρκὸς εἰς ἐπιθυμίαν, παὶ Φύγητε τὴν τοιαύτην πρόνοιαν, τοὺς μεθύοντας, τοὺς p. 453. γαστριζομένους, τοὺς θρυπτομένους, τοὺς τὸν ὑγρὸν παὶ διαρρέοντα λῶντας βίον ἐννοήσατε, παὶ εἴσεσθε τὸ ειρημένον· ἐκεῖνοι γὰρ πάντα ποιοῦσιν, οὐχ ἵνα ὑγιαίνωσιν, ἀλλ' ἵνα σκιρτῶσιν, ἵνα τὴν ἐπιθυμίαν ἀνάπτωσι. Corrupta sunt et perverse scripta Crobyli sequentia verba. ἡ τοῦ βίου Τυρότης μετέθαιφε τοῦ σοῦ τὴν ἀσωτίαν. Τυρότητα γὰρ νῦν προσαγορεύουσιν τινές. Distinguere, ac scribe.

— ἡ τοῦ βίου

σοῦ ὑγρότης με τέθαψε· τὴν ἀσωτίαν  
ὑγρότητα γὰρ νῦν προσαγορεύουσιν τινές.

Vitae tuae ὑγρότης dat me in stuporem. dico ὑγρότητα: sic enim nunc quidam prodigiant nominant. Nove dictum τέθαψε με, pro facit me admirari. nam ita potius loquimur, τέθηκα ἐγὼ τοῦτο, quam τοῦτο τέθηκε. ac fortasse poeta aliud scriperat quod divinare non possumus. In membranis est τε . . φε. In amplissimi vero Messaei libro, τέθρεφε. Versum antepenultimum e Diphileis corrumpunt qui scribunt Ἡμῶν τὸ μέγιστον ἔργον ἔστι παιδιά. est enim rectum, οὐ γὰρ τὸ μ. Verte, Nam ubi, (id est, in ea arte cuius) praecipuum opus est, ludere, effuse ridere, dictis ferire aliquem, multum bibere, nonne suave id est? sive, nonne ea ars est suavis? Cnopi regis Erythrarum facit mentionem et Strabo lib. 14. ut quidem nos emendamus. de regni illius eversione Aristoteles libro quinto

Politicorum, cap. 6. sed ea historia sic diversa, ut de alio non autem de Cnopi regno loqui videatur. Ait de regis Erythrarum adulatoribus, οἱ ἐκαλοῦντο πρόσηγες. Depravata vox est ἀντὶ τοῦ προσηγεῖς. ita Graecis appellantur qui sunt comes et blandi. In Epit. scriptum πρόσηγοι. etiam haec contra analogiam vulgi usu recepta vox fuerit. sic autem dicti adulatores ab officiosa et demissa potentiorum salutatione. Dianam *Stophaeam*, nisi hic, legere non memini usquam alibi. Sunt quibus placeat Στοβαῖα. quia alibi Graeciae cultus olim Apollo *Stobaeus*. At in Excerptis, Ἀρτέμιδι Στροφέα. Quod sequitur de Ortyge tyranno et ejus sociis, καὶ τῶν μὲν τοὺς οἰστὸς εἰς τὰς νοινὰς συνουσίας μετεπέμποντο, interpretor de conviviis quae ipsi inter se agitabant. Sed in Excerptis ubi pleraque brevi admodum compendio scripta, pro νοινας tantum est νοι cum π superscripto: quod equidem quid sibi velit non video. Mox, pro ἐν τῇ ἐγγεκαιδενάτῃ τῶν Φιλιππινῶν, Epitome habet, ἐν τῇ Φ. in nono pro in 19. At lib. 4. ubi de Philippo et ejus aula narrantur simillima ex eodem Theopompo, laudatur liber undequinquagesimus. Non est dissimulandus error viri docti, qui non recte capiens Athenaei, sive potius Theopompi verba, gravissimam Philippo regi Macedoniae facit injuriam. Sic ille, *Theopompos auctor est ab Agathocle qui et ipse aliquando servierat: in eorum numero quos Thessali Penestas vocant, Philippum ob assentationem magnae apud ipsum auctoritatis, quod in conviviis illi familiaris saltaret, ac risum moveret, contra Perrhaebos missum fuisse.* Quid aliud est τὸ ἄνω κάτω nisi hoc? nam plane ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαὶ per hanc interpretationem.

p. 454. Quare ita rescribe. *Theopompos ita narrat: Agathoclem qui servitutem servierat Penestarum Thessaliae unus, adversus Perrhaebos misit, totumque id negotium illi commisit Philippus, apud quem poterat is plurimum propter assentationem, et quia frequens ejus conviva saltare ac ridiculum se praebere erat solitus.* Sic ante dictum est ex eodem Theopompo, Philippum Thessaliae rebus praefecisse adulotorum suorum alium, cui nomen Thrasydaeo. Sed de Agathocle Syracusorum tyranno cogitabat cum ita scriberet Dalecampius, cui tamen Agathocli certum est non convenire quae de isto hic dicuntur. Refert auctor ex Hegesandro, Philippum Alexandri patrem, ita solitum capi

scurrarum jocis, ut amicis quos Athenis habuit negotium dederit, mitterent ad se ἀποφθέγματα quae per Diomeorum festum Attici scurrae proferrent. Simile est quod de Julio Caesare narrat M. Tullius in epistola ad Papirium Paetum: mandasse illum suis, ut ipsius Tullii dicta cum reliquis actis ad se curarent perferenda. De Diomeo autem Herculis templo et urbanis hominibus eo solitis convenire, vide libri 14. initio. Addit, plurimum esse oblectatum illum regem τῶν ἀγράπων τοῖς εὐφυέσι καλούμένοις, hominibus iis quos vocant εὐφυεῖς. Ita Attici vocabant natos aptos dictis dicendis: et si proprie aliud haec vox significat. Eustath. Φυῆς παράγωγον εὐφυῆς πτελέα, καὶ μηρὸς εὐφυῆς, οἱ δὲ ὕστερον εὐφυῆ καὶ τὸν κατὰ νοῦν δεξιὸν εἶπον. Αττικοὶ δὲ τὸν σκωπτικὸν εὐφυῆ ἐκάλουν κατά τινας. Hesychius, εὐφυῆς, ὁ ἐξ ἑτοίμου λέγων καὶ σκώπτων. Plato in secundo De republ. τοὺς εὐφυεῖς, id est, prompto et parato ingenio homines eleganter ita describit, τοὺς ικανοὺς ἐπὶ πάντα τὰ λεγόμενα ὥσπερ ἐπιπταμένους συλλογίσασθαι. Scribe deinde, καὶ πλείους εἰσὶ τῶν Θετταλῶν τῶν αὐτῷ πλησιασάντων. οὓς ἤρειτο μᾶλλον ταῖς συνουσίαις ἢ ταῖς δωρεαῖς. id est, atque adeo ex iis qui cum Philippo vix erunt, plures erant Thessali: quos ille adjungebat sibi conviviis et familiari consuetudine magis quam donis. Tertium eorum versuum qui ex Eubuli Dionysio (male capiunt Athenaei verba qui aliter eam fabulam inscribunt) afferuntur, Αὐτὸν ἀόργητος. ηγεῖται δὲ, praeeunte Huraldino codice, ita restitue. Εαυτὸν εὐόργητος ηγεῖται δὲ καὶ Τούτους ἐλευθέρους μόνους, καὶ δοῦλος ἢ. Corruperunt hunc locum, qui vocem εὐόργητος non capiebant. Est vero probum atque elegans verbum, eum designans, qui in ira modum tenet: quibus, et quo modo aequum est, irascens, et nota dictum καὶ δοῦλος ἢ cogente metro pro, καὶ δοῦλος τις ἢ. Theopompi verba paulo post subjecta, ἀνδροφόνοι τὴν Φύσιν ὄντες, ἀνδρόποροι τὸν τρόπον ἡσαν, proferuntur a Demetrio Phalereo inter exempla elumbis et fractae orationis. Atque ille istis subjungit alterum locum, ἐκαλοῦντο μὲν ἔταιροι, ἡσαν δὲ ἔταιραι. cum in descripta Athenaeo ecloga, ita legatur paulo ante, ὅθεν δικαίως ἀν τις αὐτοὺς οὐχ ἔταιρους ἀλλ' ἔταιρας ὑπέλαβεν. Vix putem ita locutum Theopompuim, τὸ δ' ἐπιορκεῖν καὶ φενακίζειν, ἐν τῷ σεμνοτάτῳ ὑπελάμβανον. Lego, σὺ τῶν σεμνοτάτων υπά. nemo est quin agnoscat Grae-

p. 455. canicae dictionis genus. Impedita etiam est oratio in istis, τοὺς ἀποβάλλοντας τὰς οἰστας εἰς μέθας ναὶ κύ-  
βους, ναὶ τὴν τοιαύτην ἀπολαστὰν· (ἡβούλετο γὰρ ἀπαν-  
τας εἶναι διεφθαρμένους.) οὖς ναὶ εῦ περιεῖπε. Tolle  
peccantes voculas οὓς ναὶ cum Epit. vel scribe, ἐφίλει  
ναὶ εῦ περιεῖπε. Pro Φύλαρχος ἐν τῇ διητή τῶν ιστο-  
ριῶν, non sine causa dubites num sit scribendum εὐ  
τῇ ἔκτῃ, ut lib. 14. nisi potius eo loco menda est.  
Deinceps auctor ex lib. 14. Phylarchi haec recitat,  
ἄσπερ ἔώρα Δημήτριος τοὺς πολακεύοντας αὐτὸν ἐν τοῖς  
συμποσίοις Δημητρίου μὲν μόνου βασιλέως, Πτολεμαίου  
δὲ μόνου ναυάρχου, Λυσιμάχου δὲ γαζοφύλακος, Σελεύ-  
κου δὲ ἐλεφαντάρχου. ναὶ ταῦτα οὕτως οὐ τὸ τυχὸν  
συνῆγε μῆσος. Conferenda sunt necessario cum istis  
verba Plutarchi in Demetrio. Demetrius, inquit, χλευ-  
άζων ναὶ γελῶν τοὺς ἄλλους τινὰ πλὴν τοῦ πατρὸς ναὶ  
αὐτοῦ βασιλέα προσαγορεύοντας, ἥδεως ἥκουε τῶν παρὰ  
πότον ἐπιχύσεις λαμβανόντων Δημητρίου βασιλέως, Σε-  
λεύκου δὲ ἐλεφαντάρχου, Πτολεμαίου δὲ ναυάρχου, Λυ-  
σιμάχου, δὲ γαζοφύλακος, Ἀγαθοκλέους δὲ τοῦ Σικε-  
λικοῦ νησιάρχου. Qui diligenter in Plutarcho et Athe-  
naeo fuerit versatus, facile concedet mihi multa apud  
eorum utrumque totidem pene verbis legi ex antiquioribus  
descripta. quod hic quoque factum est. et si aucto-  
rem suum Plutarchus reticet. In nostris libris quaedam  
corréctionis indigent. Initio τὸ ἄσπερ corruptum est,  
pro ἥδεως, ut est in Plutarch. vel ἀσυένως, et ἥκουε  
aptius multo Plutarchus, quam ἔώρα ut noster concise  
etiam ἐπιχειρένους Δημητρίου, pro, vinum in mensa  
libantes Demetrio nominato, sive in honorem Demetrii.  
Plutarchus, ἐπιχύσεις λαμβανόντων Δημητρίου, capientes  
Epichyseis Demetrii, id est, ejus nomini et honori  
consecratas. nisi tamen λειβόντων scripserat ille, expri-  
mēns ea voce quod ἐπιχεισθαι dixit Phylarchus. Scribe  
etiam, ναὶ ταῦτα αὐτῷ. non οὕτως. et quod paene prae-  
terieram, Πτολ. δὲ μόνου ναυάρχου. sic enim melius  
quam μόνον.

## CAPUT DUODEVIGESIMUM.

*De Alexandrida et Anaxandrida comicis. κόλαξ  
proprius quis. Σαμβρίας Βομβυλιός. στεγόστομος*

*ποτήρια. Araeae insulae. Suniensium nobilitas inter Athenienses. ἀγορᾷ χρᾶσθαι. De origine servitutis nonnulla. Mariandynorum servi. μνοῖα et μνώα. ἀΦαριῶται. πενέστης pro servo simpliciter. Aristoteles a criminazione Timaei defensus. Mnasonis mille servi. alia quaedam.*

"Οτι εἰμ' ἀλαζὼν τοῦτ' ἐπιτιμᾶς. ἀλλὰ τί;  
υἱᾶς γὰρ αὕτη τὰς τέχνας πάσας πολὺ,  
μετὰ τὴν πολαικείαν· ἵδε μὲν γὰρ διαφέρει.

Ita scribi debent hi versus in editis libris male concepti. In Epit. vero aliter paulo: sic enim illa.

"Οτι εἰμ' ἀλαζὼν τοῦτ' ἐπιτιμᾶς. ὑπερ-  
τείνει γὰρ αὕτης τὰς τ.

Auctor hujus eclogae in editis appellatur Alexandrides, cuius poetae nomen neque Suidas agnoscit, neque Eclogarius, qui Anaxandidem illius loco hic nominat. Fuit cum existimarem in totum de poetarum comicorum numero Alexandridem istum esse tollendum: succedente p. 456. ubique in locum illius Anaxandrida. qui et ex Suidae Miscellaneis, et aliis multis scriptoribus notissimus poeta est. Sane *Melilotum* fabulam, quae initio undecimi Alexandridae tribuitur, liber 14. afferit Anaxandridae. Forte et de *Hoplomacho* quae lib. 4. et 14. Alexandridem profitetur auctorem in vulgatis libris, idem sentiendum. Sed Alexandridae comici video etiam alios meminisse. Pollux libro 9. Ἀλεξανδρίδης ἐν Ἀγχίσῃ καὶ ἡμιχρύσους λέγει. Athenaeus tamen non longe hinc Anchisae fabulae auctorem laudat Anaxandidem, non quomodo Pollux aut Pollucis libri. Nusquam frequenter peccatum in isto opere, quam vel in auctorum nominibus, vel in librorum indicibus. Velut quod statim sequitur: Ἀντιφάνης ἐν Γηρυτάδῃ. nam rectum est, opinor, Ἀριστοφάνης. cuius fabulam eo nomine passim Athenaeus, Pollux, aliquique veterum citant: Antiphanis, quod sciam, nemo. In sequentibus verbis, Ψιθυρός τε καλοῦ καὶ Κόλαξ e re nomina personis indita singuntur *Psiathyros*, et *Colax*. Vox καλοῦ mendam continet. Quod auctor ubi tractavit de voce ψωμοκόλαξ statim subjicit, κυρίως δ' ὁ κόλαξ επὶ τούτου κεῖται: id ita interpretare. Κόλαξ in universum dicitur omnis adulator quacumque mercede proposita: proprie tamen locum habet id verbi, in eo quem ψωμοκόλαξ appellari modo

dicebat. Est autem Φερωνύμως ψωμοκόλαξ, qui gulac gratia adulatur. At non omnes adulatores epulas prae-  
mii loco aucupantur. majora sunt quae captant regum et principum assentatores. Propterea nemo Philosop-  
horum in adulationis definitione mentionem fecit cibi:  
sed generaliter τοῦ συμφέροντος. Vere hoc et docte  
Athenaeus: melius quam ante, cum dicebat τὸν κόλακα  
ἀπὸ τῆς εὐχερείας nomen invenisse. Sequitur Τοσαῦτα  
τοῦ Δημοκρίτου εἰπόντος, καὶ πιεῖν αἰτήσαντος ἐν τῷ  
Σαμβρίᾳ βομβυλιῶ. ὁ Οὐλπιανὸς ἔφη, τίς ὁ Σαμβρίας  
οὗτος: post longam orationem de parasitis et adulatori-  
bus facit tandem pausam Democritus, et potum sibi  
poscit in *Sambria bombylio*. Vasis potiori genus fuisse,  
quod βομβυλίον vocarent, certum est. Sed quid ap-  
pellat Σαμβρίαν βομβυλίον? Movet hanc quaestionei  
Athenaeus, nec solvit tamen. Puto deesse quae scripta  
illi fuerant super hoc. Libro undecimo ubi proprium  
locum habet haec disquisitio, non solum de voce Σαμ-  
βρίας nihil, sed ne de poculo quidem bombylio. Mutta  
autem desiderari in eo libro dicemus suo loco. Inter  
alia, ut arbitror. periit explicatio propositae hic quaes-  
tionis. Conjecimus nos scribendum εἴτε, ἐν τῷ Σαμ-  
βρίᾳ βομβυλιῶ. in *bombylio Sambriae*. Sambrias pro-  
prium servi aut alius nomen qui in veteris alicujus  
poetae comoedia poculo bombylio plurimum delectari  
fingebatur. Inde manavit in ora potatorum *Sambriae bombylium*. Porro bombylium Graeci appellarunt angu-  
stioris et colli praelongi vas, ad fugendi usum potius  
quam bibendi paratum. Declarat eximie Galeni locus,

p. 457. octavo libro de Hippocratis scitis et Platonis: τὰ παιδία, inquit, τῇ παρενθέσει τῶν χειλέων, ἐν τε τῶν τιτθῶν ἔλκει τὸ γάλα, καὶ τῶν βομβυλιῶν τὸ περιεχόμενον ἐν αὐτοῖς ὑγρόν. meminit et Paulus Aegineta libro. 3. vide: Pollucem libr. 10. cap. 19. Fuere in usu et alia quae-  
dam angusti oris pocula, recentioris inventi, de quibus Artemidorus lib. 1. cap. 67. ἔστι τινὰ τῶν ποτηρίων στενόστομα οὐ πάλαι ὑπ' αὐτῷ πάπων εὑρημένα. at bom-  
bylium et antiqui norant. dictum autem βομβυλίον ai-  
sonitu quem edit erumpens humor per tramitem angu-  
stum. *bilbere* vel *bilibire* Latini. Naevius *Bilbit am- phora*. Similis ratio appellationis *baucaliorum*, ut  
docet Alexander Aphrodiseus in Proble. libro primo.  
[Et illins quod Hebraei vocant elegantissima onoma-  
topoeia *Bakkuk*, neque dubitandum est insignem illum

patalorem, de quo Vopiscus infirmo loquitur aliunde *Burburi* nomen invenisse, quam e bibendi consuetudine *nu* e vasis oris angusti]. Scribe, Μακαρεὺς ἐν τῇ τρίτῃ Κωνων. ita libr. 14. melius quam Κοινῶν. Tolle asteriscum in istis, τὰς παλουμένας. Φησὶν Ἀραιάς. neque temere doctos audias, qui ex Stephani Ethnicis emendant, τὰς παλουμένας Ἀράς. Eustathius locum poëtae explicans, ubi πυῆμαι ἀραιαὶ dicuntur, Ἡ ἴστορα, inquit, οἵδε παιί τινας νῆσους ἐπονομαζόμενας Ἀραιάς. respici autem ab Eustathio hunc Athenaei locum non est dubium ullum. At in Epitoma Stephani locus ita restituendus. Ἀραιαὶ Ἰωνίας νῆσοι τρεῖς, οὔτω λεγόμεναι διὰ τὰς ἀράς ἀς Δωριεῖς ἐποιήσαντο πρὸς τοὺς Πενταπολίτας, ὡς Ἀριστείδης. ἄλλοι δ' ἄλλως. τὸ ἐθνικὸν Ἀραιαῖος. Situm Araearum ita indicat auctor. μεταξὺ δὲ τῆς Κυδας παιὶ τῆς Σύμης εἰσίν. Scribendum, τῆς Κυδίας. supple γῆς. Siae sunt Areae e regione littoris illius, quod est inter Gnidum et Symen Cariae urbes. Sequens narratio non caret mendis. nam exempli gratia, εἰς τὸ δωμάτιον ἀναχωρεῖν pro redire in patriam, concoqui a nobis non potest. [Est enim δωμάτιον cubiculum vel conclave, non domus neque patria.] Quod operas nostras, vel fortasse nos ipsos fugit, emenda paulo post, εἴπωμέν τι παιὶ ήμεῖς ἀναπεμπασάμενοι περὶ αὐτῶν, etc. et in Pherecratis versu ἥλων ὄρθριαι, τὰ σιτία pro ἥλών, vel ut alii scripserunt, ἥλοιων. Lepidissimi sunt Anaxandridae versus, quibus dicitur eam esse humanarum rerum instabilitatem, ut idem modo servus, modo liber existat. Notabunt tyrones poni a poëta *Sunienses* ceu nobilissimos inter Athenienses cives. Si<sup>cūt</sup> Romanarum tribuum aliae aliis erant honestiores: ita videntur e pagis Atticae nonnullam honoris praerogativam (fortasse propter antiquitatem), quidam habuisse. Verba sunt poëtae.

Πολλοὶ δὲ νῦν μὲν εἰσὶν οὖν ἐλεύθεροι,  
εἰς τὸ αὔριον δὲ Σουνιεῖς. εἰτὲ εἰς τρίτην  
ἀγορᾶς πέχρηνται. τὸν γὰρ οἴανα στρέφει  
δακμῶν ἐπάστω.

multi, ait, qui nunc ne liberi quidem sunt: cras erunt *Sunienses*. id est, non solum liberi erunt et inter Athenienses cives censebuntur: sed etiam inter honestissimos. Ἀγορᾶς χρᾶσθαι expone cum Dalecampio, stare inter p. 458. vaenales in foro. dictum ut συμφορᾶς χρᾶσθαι et similia. [Fortasse tamen paulo aliter haec locutio et totus hic

locus accipi debent: ut per Suniensem intelligat liberum quidem, sed nondum pleno jure civem Atticum, qui Athenas inhabitabant, et in forum quotidie ventitabant, et in eo se jactabant quod σοβεῖν δι' ἀγορᾶς Graeci dicunt. videndum est, num hoc potius significetur ea locutione ἀγορᾶς χρᾶσθαι.] Posidonii sententiam de origine prima servitulis, conferant quibus erit curae, cum iis quae disputat philosophus in Politicis, et iis quae docent nos Jurisconsulti de re eadem. Non enim hic locus est ejus quaestio[n]is. Unicum tamen B. Basili locum quin adscribam facere non possum: est enim elegantissimus, et omnino cum Posidonii verbis comparandus. Sic igitur beatiss. pater in libro de Spiritu sancto, cap. 20. Παρὰ ἀνθρώποις τῇ Φύσει δοῦλος οὐδεὶς. ἡ γὰρ καταδυναστευθέντες ὑπὸ ζυγὸν δουλείας ἥνεχθησαν, ὡς ἐν αἰχμαλωσίαις. ἡ διὰ πενίαν κατεδουλώθησαν, ὡς Αἰγύπτιοι τῷ Φαραὼ. ἡ κατά τινα σοφὴν καὶ ἀπόρρητου οἰκονομίαν, οἱ χείρους τῶν παιδῶν, ἐκ τῆς τῶν πατέρων Φωνῆς τοῖς Φρονιμωτέροις καὶ βελτίσσι δουλεύειν κατεδικάσθησαν. ἡν οὐδὲ καταδίκην, ἀλλ' εὐεργεσίαν εἴποι τίς ἀν δίκαιος τῶν γινομένων ἔξεταστής. τὸν γὰρ δι' ἔνδειαν τοῦ Φρονεῖν οὐκ ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ τὸ κατὰ Φύσιν ἄργον, τοῦτον ἑτέρου κτῆμα γενέσθαι λυσιτελέστερον. ἵνα τῷ τοῦ κρατοῦντος λογισμῷ διευθυνόμενος, ὅμοιος ἡ ἄρματι ἥνιοχον λαβόντι, καὶ πλοιῷ κυβερνήτην ἔχοντι ἐπὶ οἰάκων καθήμενον. *Inter homines servus naturā est nemō: nam aut vi superati sub jugum servitutis sunt redacti, ut sit in captivitatibus: aut propter egestatem servi sunt facti, ut Aegyptii Pharaoni: aut sapiente quodam et arcano consilio, qui erant deteriores e liberis, edicto patris prudentioribus et melioribus servire damnati sunt. quod beneficii loco non condemnationis aequus rerum aestimator duxerit.* Si quis enim mentis inopia facultatem imperandi a natura inditam non habeat, utilius ei est in alterius possessionem venire: ut dominantis ratione rectus, currui similis sit qui aurigam recepit, et navigio, ad cuius clavum sedet gubernator. Cur servos suos Mariandyni appellarent δωροφόρους potius quam οἰκέτας, caussam hanc in Callistrato assert Athenaeus: quod nempe id instituerint, ἀφαιροῦντες τὸ πικρὸν τῆς ἀπὸ τῶν οἰκετῶν προσηγορίας. ut minuerent acerbitatē appellationis servorum. Est enim amarum et contumeliosum famulum appellari. In Epitoma scriptum offendimus, τὸ πικρὸν τῆς τῶν

Εἰλάτων προσηγορίας. estque ea scriptura antiqua: nam ita etiam Eustathius legit: atque ut dubitationem omnem tollat scribit, τὸ πικρὸν τῆς τῶν Σπαρτιατῶν εἰλάτων πρ. Ego lectionem nostram rectam censeo. nam fuisse tempus cum Mariandyni suos servos *heilotes* appellarent nemo veterum opinor, scribit. quod tamen necessum est concedi, si stare istam lectionem volumus. Ex sequentibus verbis nata, meo judicio, depravanda lectionis occasio. Scribitur deinde, τὴν κοινὴν δουλείαν οἱ Κρῆτες καλοῦσι μνοίαν, τὴν δὲ ίδιαν ἀΦαμιώτας. consentiunt cum edita lectione Eustathius et Epitome. Alii duo p. 459. vocabula Creticae dialecti μνοίαν et μυρώαν ita distinguunt auctore Hesychio: μυρώα est δουλεία, servitus. at μνοία est οἰκετεία. sic in Glossis Hesychii est scribendum. non ιντεία. Est igitur μνοία. *familia, servorum multitudo.* Sic accipe lib. 15. in Hybriae Cretensis scolio: τούτῳ δεσπότας μνοίας κέκλημαι. per hoc scutum, id est, virtute mea *familiae herus sum. ἀΦαμιώται dicebantur servi non servitus.* Hesychius, ἀΦαμιώται, οἰκέται ἀγροῖ-νοι, πάροικοι. [Ait Thessalos appellare Penestas τοὺς μὴ γόνω δούλους, eos qui non sunt genere servi, id est, non sunt nati e servis, γόνω pro eo quod est usitatus γένει, genere, ortu, origine.] In versu comici Theopompi Δεσπότου πενέστου ρύσσᾳ βουλευτήρια: inesse παράχρησιν vocis πενέστης observat auctor: sed quae sit illa παράχρησις non explicat. Est vero haec, quod generaliter usurpavit pro quocumque servo. Eustathius ex hoc loco, κωμικὸς δέ τις ἐπὶ τοῦ ἀπλῶς δούλου τοὺς πενέστας τίθησιν. Male igitur docti accipiunt verba Theopompi: quae pronuntiabantur de servo qui vicarios habuit: aut de communi Thessalorum, tyranno alicui servire coactorum. Sequuntur Timaei verba quibus in Aristotelem invehitur homo maledicentissimus, falsa de Locris eum scripsisse contendens. Scriperat philosophus de Locrorum Rep. in opere illo quo prope omnium populorum Graecorum ac Barbarorum origines, instituta ac mores literis mandaverat. Laudat Clemens Alexandrinus Aristotelis Λοκρῶν πολιτείαν. De eo scripto loquebatur, Timaeus, cum ita scriberet καθόλου δ' ἥτιῶντο τὸν Ἀριστοτέλη διημαρτηνεις τῶν Λοκρικῶν ἐθῶν. neque hanc solum partem reprehenderat Timaeus ubi de servis Locrorum agebatur: sed alia item multa, sicut ex Polybio constat. Ego vero Timaei agnosco etiam hic ingenium φιλεπίτιμον et mordax, parumque,

ut semper aequum Aristoteli: quod alibi pluribus docuimus. Nam sine causa virulentissimum scriptorum, judiciosissimo ac πολυμαθεστάτῳ mortalium inequitasse, en locupletem et idoneum testim. Polybius lib. 12. postquam dixisset teneri se de Locris quam honestissime loqui, propter arctissimae necessitudinis vinculum, quae sibi cum illis intercedebat, ἀλλ' ὅμως, inquit, οὐκ ὄνυησα καὶ λέγειν καὶ γράφειν, ὡς τὴν ὑπὸ Αριστοτέλους παραδιδομένην ιστορίαν περὶ τῆς ἀποικίας, ἀληθινωτέραν εἶναι συμβαίνει τῆς ὑπὸ Τιμαίου λεγομένης. Utri autem potius sit habenda fides, Timaeo an Polybio, ne dubitari quidem a sapientibus sine piaculo possit. *Mnason* qui dicitur fuisse Aristotelis sodalis, ille est de quo Aelianus Variae historiae lib. 3. cap. 19. Hunc scribit auctor χιλίους οἰνέτας ητησάμενον διαβληθῆναι παρὰ τοῖς Φωνεῦσι. quod mille servos possideret, in odium Phocensium venisse. Miror unde sit nactus Dalec. quam expressit lectionem; ἐνατὸν pro χιλίους. nam et hic et aliquanto post ubi repetitur historia eadem, codices omnes in editam γραφὴν consentiunt. Scribe, εἴθισθαι γὰρ, ην εὐθισθαι. At in subjecto Platonis loco male p. 460. haec mutarunt, τὰ τῶν λεγομένων περὶ τὴν Ἰταλίαν παντοδαπῶν οὐλοπῶν ἔργα καὶ παθήματα. quae non aliter etiam hodie apud Platonem scribuntur. Servemus igitur cum omnibus exemplaribus vocem περιδινοί, et cum Hesychio de piratis exponamus. Vox est magnae Graeciae peculiaris, ut videtur. Lege mox μικρὸν δὲ πρὸ ήμῶν οἰνέτην τινὰ μυθολογοῦσιν αὐτοὶ οἱ χῖοι. deleta voce inutili δν. sed quare ait μυθολογοῦσι potius quam λέγοντι? cum non antiquam fabulam, sed recentem historiam narret? In lepidissima historia de foedere inito a Chiiis cum Drimaco fugitivo servo, scribi debet, ὅταν τι παρά τινος ὑμῶν λαμβάνω. et ταύτη τῇ σΦραγίδι τὰ ταυεῖα σΦραγισάμενος ηαταλείψω. non τὰ τιμια: quod recte non est interpretari, et refutant doctissimi Hoeschelii Excerpta. Interpretes totam historiam perverterunt. Atqui foederis cum Drimaco icti haec fuit lex et conditio, ut fas esset illi soli ex omni fugitivorum numero, necessaria ad victimum sibi suisque rapere. Quo autem sciretur, ut quidque furto periisset, Drimacusne id furtum fecisset an aliis: tenebatur ex pacto Drimacus praedam omnem bona fide adnotare, et in pittacio singula describere, adjecto pondere et mensura: eoque reliquo horreum anulo suo obsignare.

unde aliquid sustulisset. Propterea dicitur ἡμιπόνηρος iste fugitivus, propria sibi pondera, mensuras et anulum fecisse, ac Chiis ostendisse. Verte sic, *parat sibi proprias mensuras, pondera et anulum.* Atque illa cum ostendisset Chiis, *Ego, ait, quando ab aliquo e vobis aliquid capiam, his ponderibus et mensuris capiam: ubi autem cepero quantum erit satis, horrea vestra hoc anulo sigillata relinquam.* Solitos veteres etiam τὰ ταμεῖα σφραγίσασθαι, vel illa de Lacyde narratricula doceat, quae extat apud Numenium et Diogenem Laërtium. Distinguenda sunt ab iis quae suo quondam jure ad se sustentandum et suos rapiebat Drimacus, illa quae dono accipiebat a civibus, libere per festos dies eorum coetus in agris frequentans. Ea dona erant, vinum, et hostia aliqua. Lege, ὅσα γ' ἀν αὐτοὶ δολησαν οἱ πύριοι. quae quidem ipsi domini darent. Hae sunt verba quae interpretes in errorem induxerunt.

## CAPUT UNDE VIGESIMUM.

*Eupolidis drama, Φίλοι. Locus Pollicis. servorum jura apud Athenienses. ὑβρεως γραφὴ et αἰκίας. δοῦλος et οἰκέτης. ἔρκηται. ἐργάτων, ergastula. σίνδρων. περίδινος. ὑπόπτερος. παρατίθεσθαι, μάττειν, pinsere hordea. Παιώνιον. ἀναχαιτίζειν. στραγαλίζειν. τουθολυγεῖν. cibus χαῦνος. ρόδον, natura muliebris. ἐπίπαστα. ἐπιβλύξ. ναστὸς et γάγος.*

AIT, ἡ οὐέχρηται Εὔπολις ἐν Φίλοις. Meminere hujus, dramatis Harpocration in παράστασις, et paroemiographi in explicatione proverbii, οὐδέποτ' ὕσχει ἡ Θύρα. Corrige obiter Pollucis exemplaria lib. 7. cap. 29. ubi postquam dixit Φορᾶν apud Aristophanem significare τὸ ιόμιστρον, mercedulam bajulis dari solitam, ob asportatum e foro in aedes: addit τούτῳ ἀρ ἔοικε ναὶ τὸ ἐν p. 461. τοῖς Φίλοις Εὔπολιδος, Τιμῆς δ' εἴποι τις πόση ἡ δια-Φορά; Scribendum, πόση ἥδ' ἡ Φορά. et fortasse τιμῆν pro τιμῆς. citat et libro ultimo, cap. 23. Quod ait Athenienses dedisse suis servis actionem injuriarum contra heros, certum est ex antiquis scriptoribus: ex

quibus constat jura servorum longe solutiōra fuisse in Graecia quam essent Romae; ut diserte Plautus quoque testatur. De Atheniensibus scribit non falso Demosthenes Philippica tertia, πολλοὺς ἂν τις οἰκέτας ἔδοι παρ' ἡμῖν μετὰ πλείονος ἐξουσίας ὁ τις βούλονται λέγοντας, η̄ πολίτας ἐν εὐλαῖς τῶν ἄλλων πόλεων. Effectus actionis servis concessae erat, ut possent πρᾶσιν αἴτεῖν, et dominos iniquos adigere ut se venderent. Inter ὑβρεως γραφὴν et αἰνίας non distinguitur hoc loco. Fere tamen ὑβρὶς et ὑβρίζειν εἰς σῶμα cum dicitur, stuprum per vim illatum intelligitur. Differentiam inter δοῦλον et οἰκέτην statuit Clitarchus hanc: οἰκέτης est ὁ τῇ ιτήσει κατατεταγμένος: qui censetur in bonis possidentis. δοῦλος qui operas praestare domino tenetur. hinc sequitur verum esse quod hic dicitur: etiam qui liberali causa manu fuerit missus, esse δοῦλον: non tamen οἰκέτην, quia desierit in heri rebus censi. Ἐρητας interpretatur Amerias, τοὺς κατὰ τοὺς ἀγροὺς οἰκέτας. Siculi ἐργάτωνας vocabant. unde sumserunt Romani ergastulorum et ergastulariorum servorum appellationem. Hesychius ἐρηταί, οἱ ἐν ἀγρῷ οἰκέται. melius per ut hic, et apud Euſtathium: cuius libri ἀποΦράτην nominant, quem nostri ἀποΦράσην. Σινδρονα, ait auctor, vocabant τὸν δουλένδουλον. Hesychius vocis hujus originem indicat ſubobſcure. σινδρῶν, ait, πονηρῶν, βλαπτικῶν. οἱ δὲ ἀπελευθέρους, η̄ δούλους. voce βλαπτικῶν, innuit esse a σίνεσθαι: quod significat βλάπτειν, laedere. itaque σινδρός, idem ac σίντις. non igitur proprie σινδρός est servus sed improbus. Eadem ratio fere vocis περίδινος cum pro servo accipitur. Ionis versum e Laërtia scribo cum Dalecampio Οἷμοι. δόμον οἰκέτα κλεῖσσον ὑπόπτερος, μή τις ἔλθει βροτῶν. Hei mihi: domum citus claude serve, ne quis veniat mortalium. ὑπόπτερος pro κοῦφος et ταχὺς, ut qui alas habet. In ecloga Cratini, scribunt nostri codd. μᾶζαι δ' ἐν ταῖς παλαιστραῖς Αἰγιναῖαι κατεβέβληντο, δρυπετεῖς βώλοις τε κομῶσαι. non dubium est, inesse mendum. Epit. ηώλοις pro βώλοις. Forte, δρυπέπεσιν ἔλαιαις κομῶσαι. olim inquit, mazae vaegrandes paſſim expositae erant in palestris, ornatae ac comitatae drappis olivis. Cratetis ſubjectus locus elegantior fit an depravatior non facile dixerim. Duo inter ſe colloquuntur: quorum alter mira praedicat de ficta a ſe Rep. Is cum dixiſſet, nullum in ſua civitate fore locum ſervis: ſubjicit alter indigna-

bundus, ἐπειτα δοῦλον οὐδὲ εἰς κεντήσεται οὐδὲ δουύλην, ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ δῆτ' ἀνὴρ γέρων διακονήσει; Itane? ait, servi nulli erunt: sed oportebit ut etiam senes sibi ipsis ministrent? [Caeterum ut metro consulatur loens ita concipiendus sublatis nonnullis: "Ἐπειτα δοῦλον οὐδὲ εἰς κεντήσεται Ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ δῆτ' ἀνὴρ γέρων διακονήσει."] Responsum ita scribitur, οὐ δῆτα. ὁδοιπόρου, p. 462. τὰ γὰρ ταῦτα πάντα ἐγώ ποιήσω. Scias jam olim haec esse corrupta: nam auctor Excerptorum ea praetermisit. Interpretes, ut olim Sabini, quod volunt somniant. Legendum est, ὁδοιποροῦντα γὰρ ταῦτα πάντ' ἐγώ ποιήσω. Ego faciam, inquit, ut ista omnia domus instrumenta sese moveant. Sequentia deinde ita concipe. τί δῆτα τοῦτ' αὐτοῖς πλεῖον; cum supellectilem mobilem reddideris, quid ex eo commodi hominibus eveniet? clara deinde responsio. πρόσεισιν αὐθέναστον τῶν σκευαρίων ὅταν Καλῇ τις. ita scribendum et distinguendum, νασορυμ unum quodque sponte sua accedet vocatum. Postea ejus rei dantur exempla: in quibus corrupta multa. Primum exemplum est de mensa. παρατιθῶ, τράπεζα αὕτη, παρασκεύαζε σαυτήν. Scribe, παρατίθου ὡς τράπεζα αὕτη. παρασκεύαζε σαυτήν. heus tu o mensa apponere: siue apponito te. παρατίθεσθαι de mensa proprie dici, etiam pueri fateantur. Addit statim, μάττε θύλακίσκε. panariolum mazam subige. Θύλακος est ἄρτοθήη, panarium: non ut docti verterunt mortarium: μάττειν est in magide farinam hordeaceam aqua mistam subigere facienda mazae. habes non longe hinc similem Metagenis locum, et ibi hunc versum, μάζας μεγίστας αὐτομάτας μεμαγμένας. melius, αὐτομάτως. Verbum μάπτειν poetae Latini vertunt, pinsere hordea. Etiam ista corrupta sunt: ποῦ σθ' ή κύλιξ, λιαν νίζουσα σεαυτήν. Scribe, λιαν νίζου σὺ σεαυτήν. Ait, τὴν χύτραν χρὴ ἔξαραι τὰ τεῦτλα. Oratio est ambigua. Potes vertere, oportet ut olla extrahat betas: item, oportet betas ollam attollere. Postremo pisces ita compellat, οὐκοῦν μεταστρέψας σεαυτὸν ἀλείπας εἰσαλείφων. Sententiam expressit Eclogarius μεταστρέψας σεαυτὸν ἀλειφε. Vera lectio est quam excogitavimus, μεταστρέψας σεαυτὸν ἀλσὶ πάσσ' εἰσαλείφων. vel ἐπαλείφων. Porro videtur istud facetissimi poetae figmentum, occasionem Simoni mago dedisse tentandi ejus miraculi, quod ψευδεπίγραφος ille Clemens ita narrat. εὐ δειπνοις, inquit, εἴδωλα παντοδαπῶν ιδεῶν παριστησι· τὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ σκεύη ᾧς

αὐτόματα Φερόμενα πρὸς ὑπηρεσίαν ὄρᾶσθαι ποιεῖ, τῶν  
Φερόντων οὐ βλεπομένων. Tertium versum sequentis  
eclogae, Ἐπὶ ιιόνων ὕσπερ διὰ τοῦ παιωνίου, repertum  
in membranis antiquis in suum locum restituimus. Παι-  
ώνιον, si modo ita scribendum, locus in urbe Athenis  
fuisse videtur, ubi erant columnae quae formas aquae-  
ductus sustinebant. Sequitur, — ὕστ' ἐκάστῳ ῥεύσεται  
Εἰς τὴν πύελον. ἔρει δὲ θ' ὕδωρ ἀνεκχέτει. Lectio est  
depravata. Excerpta habent, ἀναχαίτει. Unde facilis  
emendatio. ἐπεὶ δὲ θ' ὕδωρ ἀναχαίτιει. sponte sua in-  
fluet aqua in pelvim: deinde ipsa se sistet plena pelvi.  
ἀναχαίτιζει verbum elegantissimum, et sententiae huic  
accommmodatissimum. Decimum e Teleclideis ita exhibet  
Abbreviator, "Ωστ' αὐθονία τὴν ἐνθεσιν ἦν ἄρδονθ'  
ἀπαλὸν παταπίνει. hoc est, ita ut posset aliquis buc-  
ceam condimentis irrigare et mollius devorare. Docti  
judicent. In sequente emendavit Dalecampius perspicue  
corruptam γραφὴν scribens, σιδί' ἀνάσπαστα. quod in-  
p. 463. terpretatur punicorum avulsa grana esto eruditornm  
judicium. Nos ita versum concipiebamus, λειανίσι. δὲ  
κρέα ἀλίπαστα παρῆν, ἡδυσματίοις πατάπαστα. in patinis  
erant carnes salitae, condimentis respersae. Mox pro-  
οἱ παῖδες ἀνεστραγάλιζον, Epitoma ἀν εστραγάλιζον.  
quasi diceretur στραγαλίζειν pro ἀστραγαλίζειν, ut στρα-  
γαλωτὸς μάστιξ pro ἀστραγαλωτός. Lego etiam, ἅπερ  
οἱ μετ' αὐτὸν γενόμενοι μιμησάμενοι ἐπεξειργάσαντο.  
non καὶ ᾧ οἱ μ. Varie scribitur paulo post vox του-  
θολυγοῦντες. Eustathius hanc scripturam tuetur; non  
semel ita scribens et explicans, ποιὸν ἥχον ἀποτελεῖν.  
addit, ἐθεν ἵσως καὶ τὸ τονθορύζειν. Scripta quaedam  
antiqua manu, ποιθολυγοῦντες. Malim, τονθορυγοῦντες.  
ut apud Pollucem lib. 6. cap. 9. Postea scribe, ὕστ'  
εὐμαρῇ τε παύτομάτην τὴν ἐνθεσιν χωρεῖν. locum aliter  
non intelligo. Apud Pollucem pro σίζοντες εἰνέχυντο  
editum, σίζοντα. et post vocem παταχυσματίοισιν, in-  
serit idem versum istum, τεύτλοισι τ' ἐγχέλυα συγκεκα-  
λυμμένα. Legit etiam ἐπὶ πινακίσιων: et χόλιξ βοός.  
item, Χαυνότερ' ἐπέκειτ' ἐπ' ἀμύλων παθήμενα. cibus  
χαῖνος mollis et delicatus. nostrum χναυρότερα tuentur  
veteres. Emenda ex Polluce, Ἐν παταχύτλοις λειά-  
γαισι καὶ ἀμύλου τόμοι. Rursus apud illum ex nostris  
libris quaedam emendabis. inter caetera versum hunc,  
ὅπται πίχλαι γὰρ ἀνάβραστ' ἡρτυμέναι. sic enim rectum  
est. affati turdi, elixi et bene conditi. Sic mox, Kai

τευθιδίοις ἀπαλοῖς πιχλαῖς τ' ἀναβράστοις. Vocem ἰδεῖν quae male posita initio versus, rejice in superioris finem. ibi deest hic supereft. Errant qui in hoc versu Ἡβυλλιῶσαι ναὶ τὰ ρόδα ιηιαρμέναι, nescio quas temerarias emendationes, et male fultas interpretationes excogitant. Comici locos mulierum vocant ρόδαι. Hesychius, ρόδου Μιτυληναῖοι τὸ τῆς γυναικός. idem significant, et ηπος, πεδίου, λειμῶν, ac βληχών. Quae appellat Pherecrates λιπαρὰ ἐπίπαστα, alii dixerunt παστά. Sic vocabant ἔτνος ἀλφίτοις μεμιγμένον πυλτην cum hordeacea farina mixtam. Recte nostri codices, Ἀχιλλεῖοις μάζαις ιοχυδοῦντες ἐπιβλύξ, non ut in Excerptis ἐπιπλύξ. Eust. explicans hunc ipsum locum, τὸ ἐπιβλύξ ait, ἐκ τοῦ βλύξω βλύξω Δωρινῶς παρηνται. paulo ante scripferat, et βρύειν et βλύξειν de scaturiente aqua fontana dici. Scribo, ἀπὸ τῶν πηγῶν τῶν τοῦ Πλούτου ρεύσονται σφῶν ἀρύτεσθαι, vel ut in Epit. σφῶν αὐτῶν ἀρύτ. Addit facetus poeta, Ο Ζεὺς δ' ὅων οἴνῳ οαπνίᾳ οατὰ τοῦ οεράμου βαλανεύσει. Jupiter vinum capniam pluens tegulas rigabit tanquam aqua balneari. Inter vina Graecorum est ο οαπνίᾳς non postremum: de eo diximus ante ex Theoph. Falluntur nimis qui emendant et scribunt οἴνῳ οαπνίᾳ. Etiam quod in istis μετ' ἀμητίσκων ναὶ νασίσκων πολυτύρων, emendant ναστίσκων, et si reprehendi non potest: malo tamen ναντίσκων. Placentarum nomina sunt ἀμης et νάνος, quae sic conjunguntur in hoc versu: ut libro 14. in albo πλακούντων simul recensentur et explicantur. Ac quanquam ibi quoque ναστοῦ fit mentio, probabilius tamen nostra emendatio ob vocem πολύτυρος. nam caseus nano tribuitur non nastro. νάνος, ait, τυρὸς πλακουντώδης διὰ τυροῦ ναὶ ἑλαίου σκευαζόμενος. Vocem λειριοπολφανε- p. 464. μῶναι explicuimus lib. 4. cap. 15. Scribe, τὰ δένδρη τὰ ν τοῖς ὄρεσι. non αὐτοῖς ὄρεσι. Ut praestaret auctor quod ante pollicitus est, de comicorum omnium locis exhibendis, qui imitationem continerent initio positorum Cratini versuum, Pherecrateis versibus subjicienda erant similes ρήσεις ex Aristophanis Tagenistis et Acharnenibus, sed quia in omnium manibus tum versabantur ea dramata, supersedet dipnosophista eo labore, atque hac quasi excusatione utitur. Τι δεῖ πρὸς τούτοις παρατίθεσθαι τὰ ἐκ Ταγγηιστῶν τοῦ χαρίεντος Ἀριστοφάνους; πάντες γὰρ τῆς οατὸς Ἀχαρνεῖς αὐτοῦ πλήρεις ἔστε. Quid opus est, ait, superioribus adjicere lepidi poetae

*Aristophanis versus ex Tagenistis?* nam iis certe epulis quae in illius *Acharnensibus* memorantur, pleni estis. quasi dicat, non dubito meminisse vos similium versuum qui in Aristophanis Tagenistis leguntur ac multo magis eorum quae sunt eodem argumento in *Acharnensibus* ejusdem. Τῆς κατ' Ἀχαρνεῖς αὐτοῦ breviter et concise dictum pro τῇ εὐωχίᾳ τῇς κατ' Ἀχαρ. Locus illius comoediae quem intelligit, est hic: Τὰ δ' ἄλλα πάντα ἔστιν παρεσκευασμένα, Κλίναι, τράπεζαι, προσκεφάλαια, στρώματα, et quae sequuntur deinceps multis versibus. Nicophontis versus ita distinguendi.

— νιφέτω μὲν ἀλφίτοισι νῦν,  
ψακάζέτω δ' ἄρτοισιν, ύέτω δ' ἔτνει.  
ψωμὸς διὰ τῶν ὁδῶν παλινδείτω πρέα.  
πλακοῦς δ' ἐαυτὸν ἐσθίειν πελευέτω.

---

### CAPUT VIGESIMUM.

*Suidae locus αἰνιγματώδης.* ἐκφατνίσματα ἄρτων πλήθουσα ἀγορά. *Hippocratis locus.* *Achaei poetae Kύκνος.* ἐπεύγακτοι servi et κατανακόφόροι. item μόθακες, *Lysander inter mothaces.* *Aeliani codices emendati duobus locis:* servi Lacedaemoniorum. Servorum in Aegina numerus.

**M**ENDUM profitetur in pericopa Metagenis versus hic + τηδε δ' ἀφύλοισι, τῇδε δ' αὖ ταγηνίαις. Potes scribere, τῇδε δὲ ἐφθοῖσι. vel τῇδ' ἐφθαλέοισι. κατὰ τὸν Παιανιέα ρήτορα τοιούτων τινῶν μεταλάβωμεν, ἀμήτ' ισχὺν ἐντιθησι, μήτ' ἀποθνήσκειν ἔἄ. Nullum hic versus vestigium, et si aliter non sine causa possit videri. Ipsa Demosthenis sunt verba, ex oratione qua respondet epistolae Philippi. Sic orator: οὐσας ἀν οὐσας, ὡς ἀνδρες Ἀθηναῖοι, τέλειόν τι καὶ μέγα κτήσαισθε ἀγαθὸν, καὶ τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείτε, ἀ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ιατρῶν σιτίοις διδουμένοις ἔοικε, καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ισχὺν ἐντιθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἔἄ. [Ad locum Demost. alludit Symmachus epist. ad Aufon. quae inter alias lib. 1. *Fac ieniat in mentem, quid Graeca super hoc dicat oratio. Parvis nutrimentis (alii cod. intrimentis) inquit quanquam a morte defen-*

dimur, nihil tamen ad robustam valetudinem promoveremur. B. quoque Hieronymus eodem respexit, cum scriberet in 4. Ezech. caput. *Qui cibus et potus juxta inclytum oratorem: non vires tribuit, sed mortem prohibet, et ante hos Salustius in Marci concione de quibus modis frumentationis: quae profecto non amplius p. 465. prosunt, alimentis carceris: nam ut illis, exiguitate mors prohibetur, senescunt vires; sic, etc.] His autem verbis hortatur Cynulcus convivas, ut aliquid saltem comedere velint: sin minus quantum par sit, et natura postulet: saltem quantum fuerit satis ad impediendum ne fame enecentur. Libanius in declamatione de avaro, ὅτε οὗτοι παρ' ἡμῖν κόλακας εἰστίων, τότ' ἔγω μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παιδίων μόνα ἐδείπνουν ἀ ἐκάλυψε μὴ τελευτᾶν. In Suidae Lexico haec verba legere memini, Ἰγγρουσία παρὰ Ρωμαίοις, τὸ τοῖς ἀσθενέσι διδόμενον σιτίον, ὃ οὔτε ζῆν οὔτε ἀποθνήσκειν ποιεῖ. Acutiores hic se exerceant, et aenigma istud, si possunt, solvant. Ego hic Davus sum non Oedipus. [Nani quod viri docti conjiciebant de veneno esse intelligendum quod dabatur in gruso, id est, fico inquiunt: omnino alienum est, neque verbis Suidae convenit, quae totidem literis habentur etiam in lexico Basilicorum, quod eruditissimus Labbaeus edidit. Ait Suidas ita vocatum fuisse apud Romanos cibum qui dabatur ἀσθενέσι infirmis, aegrotis. Quis vedit dari aegrotis venenum? et satis appareat e verbis Suidae, id vocabulum aliquando in usu communi fuisse, tanquam aliquam artis medicae ἔντεχνον dictionem, id vero suspicionem de veneno plane evertit. Scio in Glossario scribi, ὅλυνθος hoc grossum, sed est error librarii, pro grossum, atqui grossus non est ficus. Quare autem in grosso potius quam in fico venenum malefici darent?] καὶ ἐκφατνίσματά τινα ἀρτων ἔχης, δὸς τοῖς οὐσίν. Etsi proprie φάτνη et ejus σύστοιχα jumentis convenient: utuntur tamen auctores voce ἐκφατνίζειν pro reliquias de mensa tollere. Athenaeus libro quarto, ἐκφατνίζομένων σωρευμάτων ἐκαστος ἀπέφερεν ὄλομελῆ ιρέα. inde ἐκφατνίσματα ἀρτων, panis frustula inter analecta mensarum converri solita. ἡπιστάμην ἥμειν ἀγορᾶς πληθυούσης. Ludit in ambiguo vocis ἀγορά. Jussus fuerat modo Cynulcus ab Ulpiano, si quaereret aliquid edere, abiret εἰς πλήρη λαχάνων ἀγοραν, id est, in forum olitorium. ille respondet se venturum fuisse πληθυότης ἀγορᾶς, si*

ad recitationem esset invitatus. Est autem πλήθουσα ἀγορὰ, tempus quo maxima est in foro hominum frequentia. Sed Cynulcus capit hic, pro pleno auditorio. de industria nimirum ita facit eum loqui Athenaeus, ut semidoctum aliquem irrideat, qui contra omnium auctorum usum, et publicam loquendi consuetudinem sic abuti eo genere loquendi solitus. Unde illi nomen vulgo inditum ludibrii caussa Πληθαγόρας, ut statim additur. Aliter in eadem voce peccant Hippocratis interpretes qui πρὶν ἀγορὴν λυθῆναι vertunt priusquam solveretur concio. inepte sane nam tempus notatur Hippocrati quo desinunt esse homines frequentes in foro. Ex more Romano intelligitur tempus circa horam decimam, ut ex Paulo Jurisconsulto docebamus ad Suetonium. Locus Coi sensis est Ἐπιδημίων libro quinto,

p. 466. ἔθανε πρὶν ἀγορὴν λυθῆναι, ἀμ' ἡμέρῃ πληγεῖς. Similiter et libro septimo, ἀπέθανε πρὶν αγορὰν λυθῆναι ἐν ἥπερ ἡμέρῃ ἐπλήγη. οὐταὶ τὸν τοῦ Ἐρετριέως Ἀχαιοῦ νύκλον. Placet conjectura Hadriani Turnebi: in cuius libro reperi ad oram scriptum, videri legendum Κύκνον. Eo titulo tragicī comicique fabulas ediderant: ut Achaeus hic, et Alexis teste Athenaeo libro 11. Laudatur etiam grammaticis doctissimi Varronis Κύκνος ἢ περὶ ταφῆς.

οὐ διδυράμβους φέγγουμαι οὐτὰ τὸν Σωκράτην. non memini tamen legere facta fuisse Socrati carmina dithyrambica: neque hoc aut Plato dicit in Phaedone, aut Diogenes Laertius. οὐτὰ γὰρ Ἀμειψίαν ὅς. ἐν Σφενδόνῃ ἔφη. Citat et Pollux libro nono et libro decimo, capite 31. Ορῶ γὰρ θαῦμ' ἀπιστον ἰχθύων γένη. Inepta sententia; nisi vocem πάντα inferas, quae etiam fulciendo versui necessaria est. Nihil est mirum videre pisces: illud mirum et vere θαῦμα ἀπιστον, omnia piscium genera simul apposita mensae videre. Puto scripsisse Heniochum,

— ὄρῶ

"Απαντα, θαῦμ' ἀπιστον, ιχθύων γένη.

Sequenti autem versu quin scriptum fuerit a poëta, ut editur hic, Περὶ τὴν ἀνράν παλζοντα, non ambigo; Cynulci tamen sententiae minus id convenit. loquitur enim de copia illatorum mensae piscium. συμβαλοῦμαι τι οὐτὸς μέλος εἰς ἔρωτα τῷ σοφῷ οὐτι Φιλτάτῳ Δημ. Aliquis putet scribendum εἰς ἔρωνον. nihil tamen mutaverim. Videtur allusum ad Convivium Platoni: ubi a singulis convivarum loco symbolae exigunt lau-

datio Cupidinis. Est autem senarius integer, μέλος εἰς ἔρωτα τῷ σοφῷ οὐαὶ Φιλτάτῳ, qui Athenaeo aliud agenti excidit: nisi est ab aliquo poëta. Quod non temere suspicari semper, verum esse postea non sine aliqua voluptate animi deprehendimus, cum in haec Athenaei verba e libro 15. incidissemus, ἐπειδὸν ἐνταῦθα τοῦ λόγου ἐσμὲν, συμβαλοῦμαί τι μέλος ὑμῖν εἰς ἔρωτα, οὐατὰ τὸν Κυθήριον ποιητὴν. poëta Cytherius, est Philoxenus, vel ex his libris satis notus. προσηγόρευσαν ἐπευνάκτους ὅτι οὐατετάχθησαν ἀντὶ τῶν τετελευτηότων εἰς τὰς στιβάδας, appellarunt ἐπευνάκτους, quod fuissent collocati in lectis defunctorum loco. Constat ratio huic nomini: εὑνάζειν est collocare in cubili. ἐπευνάζειν inducere in alterius cubile. communis formatio posu-labat ἐπευνάστους. sed Dores in futuro dicunt εὐναξώ. et in multis retinent τὸ οὐ. Hesychius paulo aliter, ἐπεύνακτοι, συγκοιμηται. Sed quos Theopompus hic vocat ἐπευνάκτους consentientibus libris omnibus, Hesychius ἐνευνάκτους. Sic ille, ἐνεύνακτοι, παρθενίαι. ut doceret nos conditionem epeunactorum Spartanorum, postquam inter cives sunt recepti, acute vocat eos parthenias. Fuerunt Lacedaemone cives quidam non pleno jure quos parthenias appellabant. Sed cave putas inter parthenias proprie dictos et epeunactos nihil fuisse discriminis. Adi Strabonem, Justinum, et Aristotelem in Politicis. Nemo ferat virum doctum, qui emendat ἐπευνάκτους, perperam et inepte. Quemadmodum illud quoque intolerandum, quod mox pro οὐατανακοφόρους οὐαλεῖσθαι δούλους τινὰς, scribit, οὐαταναγκοφόρους. Verum est enim quod exhibent scripti editique omnes libri, οὐατανακοφόρους. Sic dicti isti servi, vel quod loco vestis, νάη, id est, lanamat pellem tenerentur gestare: vel quod herorum suorum comites viatoria cubilia illorum portarent: qua de re plura olim ad Theophrastum. Quid inter epeunactos et catānacophoros conveniret, non explicatum est Athenaeo: ex cujus verbis non aliam nisi nominis inter istos convenientiam colligas: utrique enim a ministerio circa lectos nomen invenerunt, ut exposuimus. Addit, οἱ δὲ μόθανες οὐαλούμενοι: παρὰ Λακεδαιμονίοις, ἐλεύθεροι μέν εἰσιν, οὐ μὴν Λακεδαιμόνιοι. Aliter alii, qui mothaces volunt fuisse conditione servos. Hesychius, Μόθανες οἱ συντρεφόμενοι νιοῖς δοῦλοι παῖδες. et dicti, μόθανες παρὰ τὸ ὄμοῦ θεῖν: unde etiam est μόθος. Erant igitur servi

a pedibus qui aliis Graecis ἀκόλουθοι. dicebantur et μόθωνες, iisdem Laconibus. Quod ait, mothaces liberos quidem fuisse: at non tamen Lacedaemonios: discimus inde eos tantum Lacedaemonios censeri solitos, qui plenissimo jure cives essent, ut Latine *Quirites*. Et constat ex aliis scriptoribus jus civitatis in ea Rep. magnis multisque fuisse circumseptum difficultatibus. Lysandrum juvenem e mothacibus unum, quod dicitur hic, fuisse, ex Plutarcho non discas. fatetur tamen etiam Aelianus libr. 12. cap. 43. Καλλικρατίδας γε μὴν, καὶ Γύλιππος καὶ Λύσανδρος ἐν Λακεδαιμονίᾳ μόθακες ἐκαλοῦντο. ὅνομα δ' ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς τῶν εὐπόρων, οὓς συνεξέπεμπον αὐτοῖς οἱ πατέρες συναγωνιουμένους ἐν τοῖς γυμνασίοις. Desunt hic manifesto verba quaedam. Scribo, ὅνομα δ' ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς τῶν εὐπόρων παίδων δούλοις κείμενον. οὓς συνεξ. Non semel hoc genus mendi deprehensum nobis in elegantissimo illo scriptore. Exempli gratia, lib. 1. cap. 26. ita scribitur de Phoc. τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ τῇ ἐν Σάρδεσι δεδεμένους ἄνδρας ἡξιωσεν αὐτὸν, ἀφεῖναι ἐλευθέρους αὐτῷ, Ἐχειρατίδην τὸν σοφιστὴν, καὶ Ἀθηνόδωρον τὸν Ἰμεραῖον καὶ Δημάρατον. ἀδελφῷ δ' ἄρα ἥστην οὗτοι Ποδίω. nimis ridicula lectio: quae stare non potest, nisi concedatur hominem Siculum Himeraeum, vel ut habent Plut. cod. Imbrium, fuisse Rhodium. Sed scribendum, καὶ Δημάρατον καὶ Σπάρτωνα. ἀδελφῷ δ' ἄρα ἥστην οὗτοι Ποδίω. auctor Plutarchus in Phocione. Varia fuere nomina quibus servos suos Lacedaemonii appellarunt, postquam eos libertate donassent ἀφέτας dixere quosdam: voce quae respondet Latinae *manumissus*, quosdam ἀδεσπότους, ut qui exissent de servitute herorum. alios ἐρυκτῆρας. isti tenebantur patronorum corpora stipare. nam ἐρυκτήρ, est quasi σωματοφύλαξ, *stipator*, et *latro*. Fuere qui libertos vocarent δεσποσιοναύτας: e re nomine imposito: quasi dicas, *herilium navium magistri*. item qui νεοδαμώδεις, p. 468. ut si dicas, *cives adscriptitiōes* et *nouos*. Error est in istis verbis quae sequuntur, Κτησικῆς ἐν τρίτῃ Χρονικῶν, τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν Φησίν Ὁλυμπιάδι, Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως. non est simile veri, habitum hunc Athenis populi recensum a Demetrio Phalereo adhuc privato. Itaque cum illius dominatus incipiat ab anno ultimo Olympiadis centesimae quintae, falso hic scriptum, τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατόν. Probabilius sit τῇ ἑκατοδεκάτῃ. Scripta

lectio hoc modo corrupta, Φησὶν ἐν τρίτῳ καὶ δεκάτῳ πρὸς ταῖς ἔ. Numerum servorum qui fuere quondam in Aegina, proditum hic ex Aristotelis scriptis, invenio etiam alibi. Scholia stes Pindari explicans haec de ea insula verba, odae 9. Olympionicarum,

τεθμὸς δέ τις ἀθανάτων  
καὶ τάνδ' ἀλιερηέα χώραν  
παντοδαποῖσιν ὑπέστασε ξένοις  
κίονα δαιμονίαν.

scribit haec, πλήθειν ἀνδρῶν οὕτω Φασὶ τὴν Αἴγιναν, ὡς εἶναι ἐν αὐτῇ τεσσαράκοντα ἑπτὰ μυριάδας οἰκετῶν. quae ex eodem Aristotele sumpta esse, nullus dubito.

### CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Οἱ ἀπὸ Καλῆς ἀντῆς. Servi quinque Scipionis. Sybaritarum dictum. Solem neque orientem videre neque occidentem. Sacra via Romae. Apex sacerdotum. Rutilius Rufus. Opsoniorum modus ex lege Fannia: καπνιστὰ κρέα. terra nata. lex sumptuaria de muneribus cavit.

**CLAUDIT** librum hunc sermo habitus a doctissimo Larense: quo in sermone non desunt quae observemus. Ait, σύγγραμμα ἐκδέδωκε περὶ τῶν δουλιῶν πολέμων Καικλίος ὁ ῥήτωρ ὁ ἀπὸ Καλῆς ἀντῆς. Quia legimus Atticam aliquando fuisse *Acten* appellatam, putarunt Docti sic accipiendam haec loco eam vocem ac vertunt in *Acte pulchra genitus*. sed errant hic quoque viri optimi. Hic enim est Caecilius rhetor Siculus, qui Romae floruit aequalis et amicus Dionysio Halicarnasseo. meminere Caecilii praeter Dionysium Quintilianus, Longinus, aliique veteres. Καλὴ ἀντὴ, nomen est oppidi in littore septemtrionali Siciliae. Ptolemaei codices Καλάνταν vocant: qui purius Graece loqui studuerunt, Καλὴν ἀντὴν, ut Athenaeus hic, et libro 11. nec non Diodorus Siculus Bibliothecae lib. 12. προσποιησάμενος χρησμὸν αὐτῷ δεδόσθαι πτίσαι τὴν Καλὴν ἀντὴν ἐν Σικελίᾳ. Suidae corrupta voce dicitur Κάλλαντις, nato errore ex eo quod Calaeactae incolae *Calatini* nominabantur, cum deberent *Calactini*. ita certe eos indi-

getat clare Diodorus eodem libro: nisi tamen ibi scribendum, τὴν τῶν Καλλακτίνων πατρίδα: non ut est editum Καλλακτίνων. Ait de Scipione publice missa ad componendum diversorum regnorum statum, πέντε μόνους ἐπήγετο οἰκέτας. quinque solos duxit secum servos. totidem et Cato Censorius narratur secum habuisse, cum in Hispaniam consul proficisceretur. Quod sequitur de p. 469. Julio Caesare, τρεῖς οἰκέτας, τοὺς πάντας συνεπήγετο, minus recte versum est tres servos habuit. Ille vero eo tempore, et servorum ingentem numerum, et familias quoque gladiatorias aliquot habuit: sed non συνεπήγετο secum ducebat. De Smindyrida vero Sybarita ait doctus convivator, eum quando ad Agaristae nuptias Sicyonem profectus est, secum duxisse mille servos, ἀλιεῖς ὄρνιθευτὰς, μαγείρους, id est, qui erant pescatores, aucupes, coqui. Si narrationem hanc cum ea conferas quae apud Aelianum habetur, scias servorum triplo majorem fuisse numerum. Scribit enim, ductos χιλίους μὲν μαγείρους, τοσούτους δὲ ὄρνιθευτὰς, καὶ ἀλιεῖς χιλίους. Celeberrimum est voluptuarii istius dictum quod deinde commemoratur, οὐκ ἔφη τὸν ἥλιον ἐτῶν εἴκοσιν οὔτ' ἀνατέλλοντα οὔτε δυόμενον ἐωρακέναι. Haec fuit vita Sybaritarum ut pluribus narratur lib. 12. ubi etiam caussa quaedam assertur, cur illis ita fuerit vivendum. Scriptores verterunt in proverbium. Cicero de finibus lib. 2. *Nolim mihi singere asotos ut soletis, qui innensam vomant, et qui de convivis auferantur, crudique postridie se rursus ingurgitent: qui solem, ut ajunt, nec occidentem unquam viderint nec orientem.* Seneca epist. 122. *Sunt quidam in eadem urbe antipodes, qui ut M. Cato ait, nec orientem unquam Solem viderunt, nec occidentem.* Vetus scriptor apud Suidam, de Timasio loquens, homine asoto, qui sub Theodosio vixit, ille, ait, summum bonum censebat, ἔχειν ἔαυτῷ ὁ τι βούλοιτο χρῆσθαι, καὶ ἀδεῶς διά τε μέθην νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ εἰδέναι, οὔτ' ἀνατέλλοντα καὶ δυόμενον τὸν ἥλιον καθορᾶν, οὐκέτι καὶ οὐρανῷ. Restitue negationem, quae in his desideratur, νῦν δὲ τὴν ἐκλογὴν τῶν χρησίμων ποιούμενοι παρὰ τῶν ἐναντίων, συναποφέρονται καὶ τὰ μοχθηρὰ ζηλώματα. Scribe νῦν δὲ τὴν ἐκλογὴν τῶν χρησίμων οὐ ποιούμενοι, παρὰ τῶν ἐναντ. σ. κ. τὰ μ. ξ. nunc cum nullum utilium habeant delectum, simul cum illis et prava instituta referunt ab hostibus. Ait veteris Romanorum modestiae et εὐλαβείας testimonia

superesse adhuc in sacris quae ficerent. ὁδούς τε γὰρ πόρευόμεθα τεταγμένας οὐλά ὀρισμένας. respicit Sacram viam ita dictam quod eo itinere utantur sacerdotes idulum sacrorum conficiendorum causa. Ex auctoris verbis colligas servatam suisse eandem religionem in omnibus sacris. qua de re amplius quaerendum. Huc fortasse pertinet antiquum Numae praeceptum de non adeundis obiter et ὁδοῦ πάρεργον deorum templis. Lege ex Epit. οὐδὲν πλέον τῶν πατὰ Φύσιν οὔτε ἡμίφιεσμένοι οὐλά περὶ σώματα ἔχοντες, οὔτε ἀπαρχόμενοι. non ἀπερχόμενοι. neque in nobis, inquit, modum excedimus cum sacra facimus, neque in iis quae diis offerimus. Verbis hisce, πλους τε ταῖς πεφαλαιῖς περιπειμεθα, intelligit apicem sacerdotum, quem Dionysius appellat πλον ὑψηλὸν εἰς σχῆμα πωνοειδὲς συναγόμενον. Post ista, τὰ δ' εἰς τοὺς θεοὺς ἀπαρχαὶ τινές εἰσι, deesse aliquid non dubitamus. nimis enim ex abrupto transitus fit ab encomio Romanorum ad eorundem vituperationem. Annon enim vituperatio haec est, cum ait jam olim ex omnibus civium Rom. millibus tres solum repertos qui legem Fanniam sumptuariam servarent? Tres illi fuerunt Mu- p. 470.  
tius Scaevola, Q. Aelius Tubero, et Rutilius Rufus. Itaque pro Ναῦτος Καιτίλιος Τουβέρων, scribendum ex libris Romanae historiae, Κόϊντος Αὔλιος Τουβέρων. Legi apud virum doctum, Rutiliorum nomen suisse Nautius: itaque transpositis vocibus legendum esse, οὐλά Ναύτιος 'Ρουτίλιος 'ΡοῦΦος. Ut dicam ingenue, nihil probo, nihil verum censeo. Iste enim Rutil. ὁ τὴν πάτριον ιστορίαν γεγραφὼς, is est de quo Suetonius in Augusto, et eruditissimus Jurisconsultorum Jacobus Cujacius in Observationibus. Publio ei suit praenomen non Nautio. Laudatur Vellejo Paterno lib. 2. Lex Fannia, inquit Larenfis, fanciebat τριῶν πλέονας τῶν ἔξω τῆς οἰκίας μὴ ὑποδέχεσθαι· πατὰ ἀγορὰν δὲ τῶν πέντε. postrema ita verte, diebus autem nundinarum quinque. Addit, ὁψωνεῖν δὲ πλείονος τῶν δυοῖν δραχμῶν οὐλά ἡμίσους οὐκ ἐπέτρεπε. Epit. πλείους, quod si probarem, supplerem ἔξωθεν nomen Ιχθῦς. nam ὁψον et inde ducta proprium locum habent in piscibus. Sed praestat vulgata lectio. Obsonari non permittebat majore pecunia quam duabus drachmis et semis, vel ut Romane loquamur, denis festertiis, sive assibus quadagenis. quam summam in nullo Fanniae legis capite expressam a Latinis scriptoribus reperio. Verba legis quae ad hunc locum perti-

nent, sunt haec auctore A. Gellio. *Lex Fannia fuit lata quae ludis Romanis, item plebejis, et Saturnalibus, et aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos asses impendi concesserat: decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos, caeteris denos.* Cum igitur lege hac pro diversitate dierum sumptuum esset diversus modus praescriptus: quod hic narrat auctor aliter accipere posse. non videmur, quam de impensis ordinariis: eorum videlicet dierum, quos neque privata neque publica ulla solennitas reddebat insignes. Atqui hujusmodi diebus, non denos festertios, sed asses denos fuisse definitos A. Gellius scribit. Jam sequitur aliud caput legis Fanniae, ορέως δὲ οαπνιστοῦ δεκαπέντε τάλαιντα δαπανᾷν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐπεχώρει. Vocat auctor οαπνιστὰ ορέα non uno loco, quae Theop. ορέα τεταριχευμένα: vulgo ἀλιστὰ, ut Lat. *salitae carnes vel aridae*. lib. 4. in descriptione coenae triumphalis carnis οαπνισταῖς opponuntur τὰ τῶν προσφάτως οαθισθέντων, id est, *recens mactatarum victimarum*. Harum carnium, salitarum dico et fumo induratarum, communior esus semper quam recentium. Modus illarum praescribitur hoc legis Fanniae capite, quo permittitur singulis patribus familias, ut quot annis quindecim talenta salitarum carnium absument. Talentum vocant Graeci scriptores libras Romanas 120. quemadmodum ex Vitruvio libro superiore diximus. Talenta igitur quinadena efficiunt millena sexcentena pondo mensurae Romanae. Apago virorum clarissimorum et doctissimorum sententiam, τάλαιντον hic προ libra accipientium. Quae enim ratio, quis color ei interpretationi quaeri potest? At nimia est summa quam diximus. Contrarium potius verear. Nulla enim tam angusta domus, in qua non saltem quina pondo aut bubulae aut porcinae quotidie impendantur exhibenda familiae. Quanto amplius et liberalius salary ab Imp. olim solitum assignari? Valerianus quidem Imp. Claudio inter caetera dari jussit *larii libras, duo millia annua*. ut in ejus epistola ad Zosimionem procuratorem Syriae scriptum. Probo autem tribuuntur in salary diurno, praeter bubulam et alia quam plurima, *porcinae pondo sex, caprinae pondo decem*, ut legimus in Valeriani epistola ad Praef. Praet. Subjicit, καὶ ὅσα γῆ Φέρει λάχανα, καὶ ὁσπρῶν ἐψήματα. Scripta lectio λαχάνων: a qua non video cur debeamus recedere. Plato lib. secundo de Republica

καὶ βολβους ναὶ λάχανα, οἷα δὴ ἐν ἀγροῖς ἐψήμαται  
ἐψήσονται. quem locum ante exposuimus. ὅσα γῆ Φέρει  
appellat, quae dicebantur in lege *terra nata*. M. Tullius in epistola Ad Gallum: *Lex sumptuaria quae vide-  
tur λιτότητα attulisse*, ea mihi fraudi fuit. nam dum  
volunt isti lauti *terra nata*; quae lege excepta sunt  
in honorem adducere, fungos, heluellas, herbas omnes  
ita condunt ut nihil possit esse suavius. Mox, Itaque  
ego qui me ostreis et murenis facile abstinebam a beta  
etiam et malva deceptus sum. Ait πρὸς τὸν ἐλευθε-  
ριώτατον νομίμως προήρχοντο. significat, hos tres de  
quibus loquitur, contra legem fecisse legitime. Nam p. 472.  
summam impensarum lege definitam servabant illi qui-  
dem: verum hoc ideo: quia ab iis emebant, qui com-  
muni pretio res non vendebant. Ita fraus ab iis lege  
sumptuariae facta, sine sua ipsorum fraude. Scribe, ὁ  
μὲν γὰρ Τουβέρων παρὰ τῶν ἐν τοῖς ἴδιοις ἀγρ. ita edi-  
tum voluimus: et si omnes MSS. περὶ. inepte. Ait, ναὶ  
δῶρον οὐδὲ τὸ μικρότατον ἔδεχοντο. Quid hoc ad legem  
sumptuariam? nisi eadem ex parte muneralis quoque  
fuit: deque iis muneribus cavit, quae fierent esculen-  
tarum rerum. Mox, ἡνὶς μὲν εἰς πολυτελῆ δίαιταν ἐκ-  
τῆς παλαιᾶς σωφροσύνης. Legebatur prius, ὥκει. In  
nupera editione expressa est scriptura MSS. exemplariū.  
Sed didici postea veram lectionem esse ὥκειλεν,  
ut in libro 12. ubi haec iterum ex eodem Nicolao de-  
scripta. neque aliter in Excerptis. Illud breviter et  
concise dictum paulo post, ναὶ μειράνια δ' εὔμορφα  
ὑπερβαλλούσης ἀγρῶν τιμῆς: pro, τιμῆς ὑπερβαλλούσης  
τὴν τιμὴν τῶν ἀγρῶν. *Catamitos a quibusdam emi  
impensiore pretio quam praedia quaedam constiterint.*  
Ab Epit. exulat vox ἀγρῶν. quam retinendam omnino  
censeo, vel mutandam in ἀγοράζοντι. Quod autem  
praecedit de pretio infano κεραμίων Ponticorum, aliis  
verbis ex eodem Catone Plutarchus narrat in Sympo-  
siacis libro quarto, problem. 4.

ISAACI CASAUBONI  
ANIMADVERSIONUM  
IN  
ATHENAEI DIPNOSOPHISTAS  
LIBER SEPTIMUS.

CAPUT PRIMUM.

*Argumentum hujus libri et sequentis, εὐφραίνεσθαι.  
οὐ συμπεριφέρομαι: Clearchi libri Περὶ γραφῶν.  
κτίζειν ἔορτήν. Φαγησιπόσια et Δαγηνοφόρια.  
νυνοίκια. Θοίνη ἔωλος. διὰ νυκτὸς pro δι' ὅλης  
νυκτὸς, et similia. aetatem. Coenae opportunum  
tempus. differentia inter πέψιν et σῆψιν.  
Olympiodori locus animadversus.*

JAM dipnosophistae coenam legitimam aggrediuntur, ut diximus quarti libri initio. Pisces primi omnium mensae illati, ante alia omnia describuntur hoc libro, et magna etiam sequentis parte. In ipso hujus principio εὐφραίνεσθαι verbum non intellexerunt interpretes. Ait, οἱ μυνικοὶ πάντων μᾶλλον εὐφραίνοντο. illi ajunt, quam ceteri magis laetabantur. dehebant, avidius quam omnes alii epulabantur, εὐφραίνεσθαι id esse ad Suetonium docuimus. Idem perperam emendant ἔστιαῖς pro ἔστιᾳ, cum ait Cynulcus, ἔως ἡμεῖς δειπνοῦμεν, ὁ Οὐλπιανὸς, λόγοις γὰρ ἔστιᾳ, προβάλλω σοι, id est, quoniam tibi Ulpiane pro epulis sunt sermones, interea dum nos coenamus, propono tibi hanc quaestionem. ἔστιᾳ passivum esse non animadverterunt. Idem mox etiam seriem orationis mire pervertunt, et quae

auctor facit loqui Cynulcum, ipsi nullo jure tribuunt Ulpiano. Quaestio proponitur Ulpiano haec a Cynulco: παρὰ τοις εἰρηταῖ Φαγῆσια ἐօρτῃ, καὶ Φαγησιπόσια: quum nihil veniret in mentem Ulpiano quod responderet, primum circumlationem ciborum inhibet, ut sine fraude sua revocare in memoriam posset quod legerat olim: deinde cum interjecta modici temporis mora nihil ei succurreret, Οὐ συμπεριφέρομαι, ait, ὡς οὐφώτατς. id est, *Non concedo tibi o Cynulce, quod a me petis*, significat, elegantissimo loquendi genere p. 473. usus, se quo vocaretur a Cynulco non venturum: neque satisfactum propositae ab illo quaestioni. Invitati ad convivium si vocationem admittebant, consensum verbo συμπεριφέρομαι indicabant: sin ituri non essent, οὐ συμπεριφέρομαι inquietabant, quod erat dicere, non ibo quo me vocas, et ut Xenophon loquitur, παραιτοῦμαι τὴν ηλῆσιν. Usum hunc istius verbi nemini adhuc, opinor, adnotatum, exposuimus libro quarto, capite 26. Eruditissimus Dalecampius ea voce non intellecta, absurdula multa hic commisit. Sed ipsa auctoris verba inspiciamus. καὶ ὁ αὐτορηθεὶς, ἐπισχεῖν τις οὐλεύσας τοὺς παῖδας τὴν περιφορὰν, κατοι ἥδη οὖσης ἐσπέρας. omnia haec Athenaeus ex persona sua de Ulpiano. cum illi, ait, *haesisset aqua, jussissetque pueros, ut desisterent cibos circumferre, licet jam advesperascebant*: sequuntur ipsius Ulpiani verba, οὐ συμπεριφέρομαι ὡς οὐφώτατε. ὅστε λέγειν σοι καὶρὸς, ἵνα μᾶλλον καὶ δειπνήσῃς ἥδιον. Deest verbum Φησί post οὐ συμπεριφέρομαι. Malim etiam, ἵνα καὶ μᾶλλον δ. *Non exorari me sinam, inquit, vir sapientissime: itaque jam accinge ipse te ad dicendum, ut eo magis ac lubentius coenes.* Subjicitur Cynulci responsum usque ad illa, Θαυμασάντων δὲ πάντων τὸ εὐπαίδευτον τοῦ Κυνούλην. Citatur hic Κλέαρχος ἐν τῷ προτέρῳ Περιγραφῶν. Legitur alibi, Περὶ γραφῶν: quod arridet magis, nisi tamen verum est Περὶ γριφῶν. nam ex libro Clearchi *De gryphis*, multa etiam alibi recitantur Athenaeo. vide lib. 10. Sic alii multi de pictura libros ediderant. Antigonum et Xenocratem laudat Plinius libro 35. cap. 10. Lib. 14. Παραγραφῶν. inscribuntur hi libri, ut puto, mendose. [Scripsérat Clearchus et περὶ γριφῶν, *de Gryphis*, unde multa proferentur libro 10. neque dubito hic quoque ita restituendum libri Clearchei titulum.] Clearchi locus ut est editus, sensum nullum habet, Φαγῆσια, οἱ δὲ Φαγη-

σικόσια, προσαγορεύουσι τὴν ἑορτήν. ἐξέλιπε δὲ αὗτη, παθάπερ ἡ τῶν ραψῳδῶν ἦν ἥγον πατὰ τὴν τῶν Διονυσίων, ἐν ᾧ παριόντες ἔκαστοι τῶν θεῶν οἷον τιμὴν ἀπετέλουν τὴν ραψῳδίαν. Dalecampius scripsit ἔκαστοις, idque reperimus in Epito. ubi est etiam παρόντες pro παριόντες: et καὶ ἡ τῶν Διονυσίων mutata distinctione, pro πατὰ τὴν τῶν Δ. Placebat nobis τῷ θεῷ scribi: caeterorum nihil mutari. Sensum hunc eliciebamus. Phageliorum festum celebrari desit, ut et rhapsodorum: quod per Bacchanalia agitabant. In eo festo statuam dei (Bacchi nempe) praetereuntes singuli rhapsodi versus recitabant, atque hoc illi quasi honorarium pendebant. Cum ait, καὶ τὸ βιβλίον πεντημένος οὐ Φθονήσω, significat se possidere librum Clearchi. πεντημένος valet, qui nactus sim et penes me habeam: non, cum nactus fuero. Callias ille a quo dicitur Euripides quaedam summisse, haut scio an alias sit a Callia comicus, ex cuius fabulis quaedam transtulisse Menandrum in suas observat Clemens Alexandrinus. De eo Suidas. Videamus quid appellat Eratosthenes πτίζειν ἑορτὴν, scribens, τοῦ Πτολεμαίου πτίζοντος ἑορτὴν, καὶ θυσιῶν παντοδα-

p. 474. πῶν γένη, καὶ μάλιστα περὶ τὸν Διονύσιον. festum instituere sine dubio significat hoc loquendi genus, sicut Latini suum condere usurpant. Scribo autem καλεῖται Λαγηνοφόρια numero multitudinis ex perpetuo usu Graecorum: non καλεῖται Λαγηνοφόρια. neque laudo Eustathium et Abbreviatorem, qui pro eo quod in nostris libris scriptum Φαγῆσια ἑορτὴ et Φαγησιπόσια, ipsi scribunt Φαγησία, et Φαγησιποσία. Corruptum est Ptolemaei responsum ad sororem. Vocatur, ait, hoc festum Lagenophoria, καὶ τὰ πομισθέντα αὐτοῖς, οἱ δειπνοῦσι πατακλιθέντες ἐπὶ στιβάδων. Lege, καὶ τὰ πομισθέντα ἔκαστοι δειπνοῦσι κ. vel hoc modo, τὰ πομισθέντα αὐτοῖς ιδίᾳ δειπνοῦσι Sic statim, ἐξ ιδίᾳς ἔκαστος λαγῆνος πίνουσιν. et paulo post εὐώχοῦνται πατ' ιδίᾳν. Ex eo quod ait, εμβλέψασα πρὸς ἡμᾶς, nempe regina Arsinoe, patet descriptum eo libro suis ab Eratosthene, vel suum, vel alias cuiusdam cum Arsinoe colloquium. Συνοίκια vocant Graeci τὰ πλείονα ἐΦέστια, ut interpretatur Hesychius: locum intelligens ubi plures separatim habitant. Ita etiam nomen συνοίκιαν exponit Aeschines orator. hic vero Arsinoe nominat συνοίκια contubernia epulas agitantium. Elegans est in illius verbis figura quae πρὸς τὸ σημανόμενον dicitur, ἀνάγκη,

ait, τὴν σύνοδον γίνεσθαι (videlicet ῥυπαράν: et fortasse id verbum deest.) παμμιγοῦς ὄχλου θοίνην ἔωλον καὶ οὐδαμῶς εὑπρεπῆ παρατιθεμένων pro παρατιθεμένου. ut ᾧς Φάσαν ἡ πληθύς. *Turba ruunt in me.* et in Achaei versu paulo post πολὺς ὄμιλος χραίνοντες, de quo seq. capite. Putidum est deliberare an legendum sit θοίνην αἴολον pro ἔωλον. nam imperitissimus Graeci sermonis fuerit, cui persuaderi potuerit vel tolerabilem esse eam conjecturam. ἔωλον θοίνην vocat *dapes pridianas*. Axionicus in Chalcidico, Γλαύκου βεβρωκῶς τέμαχος ἐφθὸν τήμερον, Αὔριον ἔωλον τοῦτ' ίδων οὐκ ἀχθομαι. Vituperantur ut plurimum ἔωλοι cibi. quanquam memini Hippocratem in libro Περὶ παθῶν praecipere quibusdam aegris ut utantur cibis ἔώλοις καὶ ψυχροῖσι. Selige mox recte Aristophanis verba immixta suis ab auctore. Sunt autem ista:

— εἶτα πῶς δειπνήσομεν  
Τοσαῦτα δεῖπνα; οὐας διὰ νυκτός.

At quae putarunt comici esse interpretes, Athenaei sunt, grammaticē explicantis phrasin Aristophanis διὰ νυκτός. Ait, perinde esse ac si dixisset poeta δι' ὄλης νυκτός. Sic dicimus διὰ βίου, pro δι' ὄλου βίου, et ut explicat Hesychius, διὰ παντὸς αἰεί. Latini similiter aetatem, pro per omnem aetatem. Plautus, *Aetatem velim servire*, *Libanum ut convenientiam modo*. Lib. 9. sic expominus δι' ἐνιαυτοῦ toto anno. Facit huc Harpocrationis observatio. Δι' ἐνιαυτοῦ, ἀντὶ τοῦ δι' ὄλου τοῦ ἐνιαυτοῦ. Αντιφῶν περὶ τοῦ Λινδίων Φόρου. Τηλεκλείδης δ' ἐν τῷ Πρυτανείῳ, δι' ἡμέρας εἰπεν, ἀντὶ τοῦ δι' ὄλης τῆς ἡμέρας. Homericō testimonio quo probatur nominis ὄλος ellipsis, τανυσσάμενος διὰ μῆλων, Epitome interpretamentum adjicit, ἀντὶ τοῦ διὰ πάντων τῶν μῆλων. quae est apud Eustathium. Ex verbis Aristophanis δειπνήσομεν διὰ νυκτός, occasionem sumit Daphnus medi-p.475. cus aliquid de coenae tempore dicendi. Ait igitur conducibilis esse noctu coenare quam interdiu. Caussam assert suae opinionis, quia Lunae sidus concoctioni aptius sit, ut quod vim habeat putrefaciendi. Nam, inquit, κατὰ σῆψιν ἡ πέψις. deinde exemplis duobus docet Lunam esse σηπτιην: quod carnes victimarum noctu mactatarum facilius corrumpantur: itemque ligna illa quae Luna lucente fuerint caesa. Postremo argumentatione a simili ducta probat juvari concoctionem a Luna: quoniam, καὶ τῶν καρπῶν οἱ πλεῖστοι πρὸς τὸ

*σελήνιον πεπαίνονται. fructuum plurimi ad Lunae lumen maturescunt.* Verum quidem est lucente Luna faciliorem esse viam ad putrefactionem, cum reddat ipsa aerem calidum atque humidum: quod temperamentum est maxime σηποποιόν. sed concoctionem cum putrefactione male confundit Daphnis, sive potius Atheneus: quem saepe sumus experti philologiae quam philosophiae sacrissimis initiatum. Antiquissimi philosophi ita sentiebant. Plut. ή πέψις ἔοικεν εἶναι σῆψις, ὡς Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ, λέγων, Οἶνος ἀπὸ Φλοιοῦ πέλεται, σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ. appellat Emped. aquam putrefactam, vitis succum postquam concoctum est: et ad maturitatem pervenit. Sic ἀσηπτον ponebant pro ἀπεπτον, ut docet Galenus sexto commentario in primum Aphorismorum. At esse diversa σῆψις et πέψις nemo jam ignorat ex disputationibus qua philosophorum, qua medicorum lege Aristotelem, in 4. Meteorologico, et Galenum De facultatibus naturalibus libro secundo, duodecimo vero primae philosophiae de discrimine inter haec duo, sunt haec notata dignissima verba. ή σῆψις, ait, οὐαὶ τὸ σηπτὸν περίττωμα τοῦ πεφθέντος ἔστι. Sed observemus auctoris nostri verba: neque enim dixit concoctionem ciborum esse σῆψις, sed fieri οὐατὰ σῆψις. etiam peripatetici faciunt haec affinia. Olympiodorus, quo loco explicat quid inter illa sit differentiae. λέγομεν πρῶτον ὅτι ή πέψις. ἀλλὰ πρὸς τὴν ἡμῶν χρῆσιν λέγομεν αὐτὴν πέψις. ἐπεὶ ὅσου πρὸς τὸ πεπτόμενον, σῆψις ἔστι. Leguntur haec in commentariis ad quartum Meteorolog. Nemo negaverit prima verba, longioris periodi frustum esse. Lego ac suppleo: λέγομεν πρῶτον, ὅτι ή πέψις τοῦ πεπτομένου οὐκ ἔστι πέψις ἀλλὰ πρὸς τὴν ἡμῶν etc. hoc est, coctio non est ejus quod coquitur coctio: sed nos ratione usus nostri eam vocamus cocationem: nam ejus quidem respectu quod coquitur putrefactio est.

## CAPUT SECUNDUM.

"Οψον, ὄψον θαλάττιον θαλάττια de piscibus.  
εὔοψεῖν, εὔοψος ἀγορά. Naturales propensiones  
aut abominationes variarum rerum. vocis ὄψον

etymum. πόντιον κοῖλον. Χορὸς σαινουσι. Achaei fabula Moīræs.

RITE et ordine fecit Athenaeus, cum libro hoc tractatus de piscibus, de communi omnium appellatione initio quaedam proposuit. Docet igitur nos illo loco, p. 476. pisces vulgo dictos etiam ὄψα. Omnia opsonia, inquit, ὄψα appellantur: sed ex omnibus solus piscis obtinuit andem, ut ὄψον simpliciter cum dicitur, piscis intelligatur. Antiquioribus Graecis et ὄψον et προσόψημα, non aliud significabant, quam προσφάγιον: id est, quicquid ad panem adhibetur, ut vertit Cicero apud Xenophontem Latini opsonium, aut pulmentum sive pulmentarium; ut recte vetus interpres Novi foederis, Atτύον pro pisce, apud vetustissimos Graecorum scriptorum non legas: sed ὄψον θαλάττιον, ut apud Hippocratem passim. Polybius quoque in describenda felicitate Iusitaniae, τὸ θαλάττιον ὄψον μεγάλην ἔχει διαφοράν. Atque haec piscium appellatio ita familiaris fuit primis emporibus, ut non solum marinos verum sine discriminatione omnes pisces dicerent ὄψα θαλάττια, aut etiam θαλάττια solum. Hippocrates De morbo sacro, ἀπέχεσθαι κελεύοντες θαλασσιῶν, τριγλης ναὶ μελανούρου, εστρέος, ἐγχελύος. anguilla et si ingreditur maria, fluviatilis tamen piscis est potius quam marinus. Libro 1. e morbis muliebribus, χρήσθω ὄψοισι θαλασσοῖσι ἄλλον ἢ οὐρέασι, sic et alibi saepe θαλάσσια et οὐρέα pponit, non utique marinos tantum, sed omnes in toum pisces intelligens. Interpretes, qui observatiunculam ranc recte hic capere non potuerunt, locis sexcentis ψον opsonium, verterunt, cum deberent pisces. ὄψιον parvum opsonium: ubi erat vertendum, pisciculus. Glossarium vetus ὄψάριον . . ciculus. scribe pisciculus. somnium merum est, quod jam olim vigilantes quidam grammatici somniarunt, ὄψάριον, non pisciculum significare, sed piscem, παρὰ τὸ ὄψον αἴρεσθαι ἐκ τῆς θαλάττης. Idem interpretes εὔοψα χωρία, id est loca iscosa, vertunt boni opsonii, in Archestrati versu "Αλώς δ' εὔοψον σφόδρα χωρίον ἔστι Κάρυστος. Porro uod pisces appellarint Graeci ὄψα, in caussa est aviditas ejus cibi quae fuit Graecis familiaris: cum ab instituto: erant enim plerique dediti gulae et cupediis: tum natura. Sunt enim naturales quaedam propensiones hominum, quarum caussae ab humano ingenio afferri

non possunt. Hoc voluit Athenaeus, cum hoc lo  
narrare instituit quosdam, bubulae amantes, ut Herc  
lem: quosdam Φιλοσύνους, ut Platonem: alias Φιλοφ  
τρυς, ut Arcesilam, nonnullos Φιλομήλους, ut Philippu  
et Alexandrum ejus F. Quemadmodum autem prope  
siones hujusmodi in quibusdam a natura ingenera  
videre est: sic etiam odia et abominationes in multi  
quas equidem mirari magis soleo. Quam multi su  
quos Attalicis conditionibus non adducas, ut casei  
degustent, aut pirum, aut vinum? Notus mihi ss  
apud Volcas Arecomicos adeo μισόμηλος quidam, ut  
mali aspectum vel odorem totus horreret. Huic cu  
nuper amicus literas traderet, quas in mantica, ut  
habuerat, ubi erant poma: ille vero eas abominata  
statim projecit, neque unquam legere sustinuit. quin h  
adeo hominem commovit, ut aegre impeditus sit quon  
p. 477. nus factam sibi injuriam ultum iret. [Constantium quoq  
Augustum Constantini filium, pomorum quicquam quo  
vixerit gustasse nunquam, auctor Ammianus Marcellini  
lib. 21.] Conditor ille rerum Alexandri quem vulgati co  
cess Dorothēum nominant, in Excerptis dicitur Theodori  
Probat deinde voce ὄψον significari generaliter πᾶν τὸ π  
νατασιεναχόμενον εἰς ἐδωδήν. quicquid igne paratur  
edendum. Duplicem ei probando vocis ὄψον etymologiā  
affert. vel quasi ἔψον ab ἔψω: unde dicantur ἑρθά εἰς  
vel ab ὄπτω. ut proprie sic dicatur quod assatum  
Sed de hoc etymo audiamus aliorum magistrorum juc  
cium. Γίνεται, ajunt, ὄψον παρὰ τὸ ὄψέ. διότι οὐ  
ἔωθεν ἄλλ' ὄψὲ τοιαύτας τροφὰς προσεφέροντο. ή μά  
λον ὅτι ὄψὲ παιροῦ εἰς χρῆσιν ἥλθεν ἀνθρώποις ἥδον  
χάριν, τὸ ὄψον. τὰ πρὸ τούτου γὰρ ἀπλοῖως ἔζησεν.  
δὲ εἰπεῖν ᾧς ἐκ τοῦ ἔψειν γίνεται τὸ ὄψον, οὐ πα  
τέοδοῦται, τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι τὸ μὲν ἔψω δασύνεται  
τὸ δὲ ὄψον ψιλοῦται. Versus Sophoclis qui sequunt  
ita scripti fuerant a poeta,

Χορὸς δ' αὐναύδων ιχθύων ἐπερρόθει·  
σαινουσί τ' οὐραλοισι τὴν οειτημένην.

*Chorus mutorum piscium cum strepitu adveniebat.  
que illi caudis adulabantur suam dominam. Thetis  
fortasse intelligebat, aut Nereidum vel Leucotheam  
unam. Athenaeus more suo poetae verba levi muta  
tione sententiae suae accommodavit. [Potest etiam  
mutata distinctione scribi, ἐπερρόθει Σαινουσιν οὐραλοίτι.  
quae lectio Josepho Scaligero magis placebat.] Loci*

Achaei qui statim sequitur, ita scribimus et distinguimus.

— πολὺς γὰρ ὄμιλος ποντίου  
κοίλου σοβᾶν, ἐνάλιος θεωρία  
χραίνοντες οὐραῖοισιν εὔδιαν ἀλός.

Videtur Achaeus superiorem Sophoclis locum in diversa sententia esse imitatus. fuit enim Sophocles natu gran-  
lior, ut scribit Suidas. Πόντιον κοῖλον, periphrasis est  
naris. *marinum cavum* pro cavo ubi est mare. Neque  
Gesnerum audiet hic neque Dalecampium, qui doctissi-  
norum hominum auctoritati rationem esse anteponendam  
latuerit. Jam ὄμιλος χραίνοντες, ut in versibus So-  
phoclis χορὸς σαίνουσιν, et similia, de quibus superiore  
capite. Achaei fabula unde haec sunt, appellatur Μοῖ-  
αι, consensu librorum omnium. Hesychius in Νυμ-  
φόβας laudat hunc poetam ἐν Μύροις. ubi forte scri-  
endum ἐν Μοίραις. Laudatur etiam Hermippi comici  
fabula eodem nomine. Quae ex Amphidis Leucade  
adducuntur, scribenda sunt hoc modo,

"Οστις ἀγοράζων ὄψον . . . . .  
ἔξὸν ἀπολαύειν ιχθύων ἀληθινῶν,  
ῥαφανίδας ἐπιθυμεῖ πρίασθαι, μαίνεται.

In primo quaedam omissa ad sententiam non necessaria:  
aut, ὡ δεῖλαιε σύ. quid autem appellet poeta, pisces  
ἀληθινοὺς, sciremus si extaret ejus fabula. Xenophontis  
opus extat in tertio Commentariorum, ubi hodie βλα-  
ώτατος minus recte pro βλακιστατος.

## CAPUT TERTIUM.

p. 478.

De epico Cyclo non protrita, et parum vulgo nota.

TRACTATIONEM de singulis piscibus una adhuc ob-  
servatio praecedit. Sophoclis versus est in Ajace Lolio,  
ἘΦῆνεν ἔλλοις ιχθύσι διαφθοράν. Non passim  
via aut in frequenti usu posita est vox ἔλλός. Itaque  
e ea quaerunt dipnosophistae. Quaestio ita proponitur.  
ζῆτησέ τις, εἰ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ τις τῷ ὄνοματι κέ-  
ρηται. Respondet Zoilus huic quaestioni in haec verba:  
ἴδε ὅτι ὁ τὴν Τιτανομάχιαν ποιήσας, εἴτ' Εὔμηλός  
στιν ὁ Κορυθίος, ἢ Ἀριτίνος, ἢ ὅστις δή ποτε χαίρει  
νομαζόμενος, ἐν τῷ δευτέρῳ οὕτως εἴρηκεν, Ἐν δ' αὐτοῖς

πλωτοὶ χρυσώπιδες ιχθύες ἔλλοι Νήχουτες παίζουσι εὑδάτος αὐμβροσίοιο." Εχαιρε δὲ Σοφοκλῆς τῷ ἐπικῷ οὐκλώς καὶ ὅλα δράματα ποιῆσαι πατανολουθῶν τῇ ἐν τούτῳ μυθοποιίᾳ. Summa responsonis haec: Sophoclem cui appellavit pisces ἔλλοὺς, imitatum esse vetustissimum poetam Gigantomachiae auctorem, qui primus ita locutus. neque hoc mirum videri debere de Sophocle: cuius poeta Epicum cyclum plurimum amarit: adeo ut integrarum fabularum argumenta inde sumpererit. Haec Zoili mens: quae et si clare a nobis jam expressa est nemo tamen illam satis assequetur, quin sciat de Epicu cyclo, quae ignorarunt interpretes. Longe enim fallitur eruditissimus Dalecarlipius: neque ἐπικὸς οὐκλός est quem putavit ille: sed nomen corporis cuiusdam poetici compoti olim ex antiquissimis poetis epicis, qui historia fabularem descripserant. [cujus historiae praecipua capita, et veluti σύνοψιν brevem habes apud Lucianum Commentario de saltatione.] Pars hujus corporis Tithonmachia fuit: ut ex isto Athenaei loco discimus, Eusebii ac Procli verbis quae mox subjiciemus. opus veteres appellantur Κύκλον, vel Ἐπικὸν οὐκλόν vel τὸν τῶν ἐποποιῶν οὐκλόν. Philostratus in epistle ad Julianum Augustam. αἱ δὲ ἀποστάσεις εἴτε προσβολαὶ τῶν λόγων Γόργίου ἐπεχωρίαζον πολλαχοῦ μὲν, μάλιστα δὲ ἐν τῷ τῶν ἐποποιῶν οὐκλῷ. quamquam hic locus aliter fortasse exponi debet. Caeterum Epici cycli argumentum Photius ex Proclo declarat in Bibliotheca, h. verbis. Διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ λεγομένου Ἐπικοῦ οὐκλοῦ. ὡς ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Οὐρανοῦ καὶ Γῆς μυθογουμένης μιξεως. ἐξ ἧς αὐτῷ καὶ τρεῖς παῖδες γίνονται έκατοντάχειρας, καὶ τρεῖς ἑτέρους ἀποτίτους Κύκλωπας. διεξέρχεται δὲ περὶ θεῶν, τὰ τε ἄλλα τοῦ Ἐλλησι μυθολογούμενα, καὶ εἴπου τι καὶ πρὸς ιστορίας ἐξαληθίζεται. καὶ περατοῦται ὁ Ἐπικὸς οὐκλός συμπληρούμενος ἐκ διαφόρων ποιητῶν μέχρι τῆς εἰς Ἰθάκην ἀποβάσεως Ὀδυσσέως. Λέγει δὲ ὡς τοῦ Ἐπικοῦ οὐκλοῦ τὰ ποιήματα διασώζεται καὶ σπουδάζεται τοῖς πολλοῖς οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετὴν, ὡς διὰ τὴν ἀνολογίαν τι ἐν αὐτῷ πραγμάτων. λέγει δὲ καὶ τὰ ὄνόματα, καὶ τα πατρίδας τῶν πραγμάτευσαμένων τὸν Ἐπικὸν οὐκλόν Adscriptissimus locum totum: quia insignis est de operi insigni. Habes hic totius Epici cycli argumentum. Cum enim Varro historiam omnem in tria tempora distinguit, p. 479. xerit, adelum, mythicum, et historicum: quicquid veteri

stissimi poetae de origine mundi, de generatione deorum, de hominum aetate prima, de gigantibus sive Titanibus, deque antiquis heroibus eorumque gestis cecinerant, eo opere continebatur. Principium illius erat, quale videimus Bibliothecae Apollodori principium: qui a Coelo et Terra exorsus est. Desisse ait Photius in Ulyssis caede: ut non omne penitus mythicum tempus eo volume fuerit comprehensum. Quare antem id *τεῦχος* fuerit appellatum *Κύκλος*, causam non video aliam nisi praestantiam figurae ejus. Nam quia orbis figura omnium absolutissima et capacissima est: propterea id corpus quod historiam fabularem contineret universam a capite ad finem prope totam, *Orbem* aut *Circulum* nominarunt. Sic librum Anthologiae quo complexus est olim Agathias, quicquid fere in eo genere laude dignum habuit Graecia, *Κύκλον* vocant scriptores. Suidas, Ἀγαθίας συνέταξε τὸν Κύκλον τῶν νέων ἐπιγραμμάτων, ὃν αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν. neque omnino male idem Suidas alibi, poemata *Cycli* interpretatur τὰ ἔχοντα τὴν αὐτὴν υπόθεσιν. Talia enim fuerunt, ex quibus Epicus cyclus constabat. Porro antiquissimos tantum poetas in eum orbem fuisse coactos testatur Alexandrinus Clemens, Stromat. lib. primo. Ταῦτα, ait, προήχθησεν εἰπεῖν, ὅτι μάλιστα ἐν τοῖς πάνυ παλαιοῖς τοὺς τοῦ κύκλου ποιητὰς τιθέασι. ad quae verba si diligenter animum advertimus, intelligemus auctores *Cycli* eos fuisse qui a Clemente illo loco nominantur inter vetustissimos. Eos puto fuisse istos, Onomacritum, Lefchem, Arctinum, et Eumelum, quem ιστορικὸν ποιητὴν vocat Pindari scholiaestes ad odam 13. Olympioniarum. Non dubito fuisse item alios in queis fortasse erat Dionysius poeta antiquissimus οὐνλογράφος, ut Tzetzae appellatur Chiliade 12. quem nescio dicam an negem esse eundem cum Dionysio Samio quem περὶ κύκλου scripsisse, aliquot locis docet Athenaeus, sed hunc potius *Cycli* interpretem quam poetam fuisse censem laudatur Apollodoro lib. 1. Scholiaestes Pindari ad Odam 4. Isthmioniarum, Περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν Ἡρακλέους ἐκ Μεγάρας παίδων, διαλλάττουσι. Διονύσιος μὲν ἐν πρώτῳ Κύκλῳ Θηριμαχον καὶ Δηϊκόωντα. Scripsit et Hesiodus Theogoniam: sed quam fuisse in *Cycli* syntagma relatam non puto. Separatur enim Hesiodus a Cyclicis ab antiquo scriptore, unde haec profert Eusebius, Προπτερ, lib. 1. Ἔνθεν Ἡσίοδος οὗ τε κυκλικοὶ περιη-

χημένοι Θεογονίας, καὶ Γιγαντομάχίας· καὶ Τιτανομάχίας  
ἐπλασταν ἰδίας καὶ ἐπομάς. Cyclicos hic intelligo Epici  
Cycli auctores. a quorum numero Hesiodus excluditur.  
Sed non defuerunt qui et Hesiodum et Homerum Cy-  
clicorum appellatione complectentur. Magni Etymo-  
logi auctor scribit alicubi, παρὰ τοῖς οὐκλικοῖς αἱ ψυχαὶ  
νυκτὸς λέγονται: deinde Homeri versum subjicit ex  
Iliadis ράψ. ε. quasi Homeri poemata pars essent Cycli:

p. 480. quod tamen non arbitror. Verius puto, ad imitationem  
Epici Cycli, caeterorum quoque poetarum οὐκλικοὺς  
fuisse solitos appellari quicumque materiam aliquam  
continua serie pertexuissent, ut fecit princeps poeta  
Trojanum bellum et Ulyssis errores. Similiter Antima-  
chum, qui Thebanam historiam multis libris descripserat,  
*cyclicum*, et ejus Thebaidem οὐκλικὴν veteres nominant.  
Athienaeus lib. 11. ὁ δὲ Σιδίπους ἐκπώματα τοῖς νιοῖς  
κατηράσατο, ὡς ὁ τὴν Κυκλικὴν Θηβαΐδα πεποιηκὼς  
Φησίν. Isidorum hoc voluisse puto, cum istud nobis  
aenigma proponeret lib. 6. *Cyclus paschalis vocatus*,  
eo quod in orbe digestus sit, et quasi in circulo dis-  
positum ordinem complectatur annorum sine varietate  
et ulla arte: unde factum est, ut cujusque materiae  
carmina simplici forma facta cyclica vocarentur.  
quam ineptum est, a circulo paschali putare nomen  
invenisse cyclica poemata? Sed legerat apud Graecos,  
quod vetus interpres Aristophanis scribit, οὐκλια dici,  
τὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχοντα. Etsi autem Cycli epici  
plures fuerunt auctores: interdum tamen de eo sic lo-  
quuntur antiqui, quasi unius solum fuisset opus. Eu-  
stathius ad 4. Odyssae, δέντην δὲ Ἀρίσταρχος μὲν τὸν  
ἐπαίτην λέγει παρὰ τὸ δέχεσθαι. ὁ δὲ οὐκλικὸς Φασίν,  
ἥγουν ὁ τῶν οὐκλιῶν ποιητὴς, ὄνοματικῶς ἀκούει τὴν  
λέξιν. Cyclicus hic nuncupatur aliquis e poetis Epici  
Cycli: in cuius extremo tota Ulyssis fabula continebatur,  
ut ex Photio ante diximus. Sic accipiendum apud  
Horatium,

*Nec sic incipias ut scriptor Cyclicus olim*  
quem poetam intelligat Horatius, nominatim indicare  
non possumus: unum certe aliquem e Cyclicis illis de  
queis loquimur, voluit significare. Docti putant Stasi-  
num auctorem τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος intelligi. Sane eum  
poetam inter Cyclicos habitum fuisse ostendunt antiqua  
in Aristophanem scholia ad Equites: in quibus cum  
historia quaedam ex Iliade parva esset narrata, sequuntur

statim haec verba τοῦτο ἐκ τοῦ Κύκλου ἀφείλησται, nihilominus tamen Stasimum, vel Stasium Cypriorum poetam, et parvae Iliadis diserte Photius separat a Cyclicis. Quamobrem ex hujus sententia *cyclicus* apud Horatium non erit Stasimus, sed alius quis τῶν ἐκ τοῦ Κύκλου, quos ait idem Photius non propter aliquam in carmine praestantiam solitos commendari, sed tantum propter rerum seriem eo corpore comprehensarum. Atque hoc valde congruit illi loco Horatii, ubi ineptiarum arcessitur is quem cyclicum nominat. Veterum in Homerum σχολίων auctor, hos Cyclicos etiam Polemonios fuisse appellatos indicat. Ait enim ἡ ἱστορία πάρα τοῖς Πολεμωτοῖς ἥτοι κυκλικοῖς. Quae autem ratio ejus appellationis? An simile est ut si quis jus civile Romanorum Tribonianum diceret, quia Tribonianus id congettis ac digessit. Fieri potest, ut qui primus veteres illos poetas in unum junxit, Polemon vocaretur: et inde Polemonii poetae iidem ac Cyclici. Postremo sciendum est, Epicum Cyclum in partes tributum fuisse. Clemens enim Alexandrinus quintam Cyli partem landat in Protreptico. Aliter enim verba haec illius καὶ δὴ p. 481. τὸν ἱστοροῦντα τοῦτο Διονύσιον ἐν τῷ πέμπτῳ μέρει τοῦ Κύκλου παρίστημι: accipienda sunt meo judicio, quam ista scholia Pindari Isthmionicarum, Διονύσιος ἐν πρώτῳ Κύκλῳ Φησι. hic librum primum intelligit poematis Dionysiaci: Clemens quintam Circuli partem, vel tomum, in quo fuit collocatum opus Dionysi. Quae diximus de epico cyclo, lucem afferent veteri epigrammati in Apollodori bibliothecam, qua explicantur antiquae fabulae de diis et heroibus. Id ita habet:

Αἰώνων σπείρημα ἀφυσσάμενος ἀπ' ἔμεῖο,  
παιδείης μύθους γνῶθι παλαιγνεῖας.  
μήδ' ἐς Ὁμηροίην σελίδ' ἔμβλεπε, μήδ' ἐλεγείην,  
μὴ τραγικῆν μοῦσαν, μηδὲ μελογραΦίην.  
μὴ κυκλίων ζῆτει πολύθρουν στίχουν εἴς με γὰρ ἀθρῶν,  
εὐρήσεις ἐν ἔμοι πάντ' ὅσα κόσμος ἔχει.

Olim qui fabularis historiae cognoscendae studio ducebantur, ad Homerum adibant, aliosque poetas omne genus, puta, elegiacos, tragicos, lyricos: maxime autem ad illos, ex quibus fuerat conflatum corpus Epici cycli: quod epigrammatarius poeta κυκλίων πολύθρουν στίχουν appellat. Atque vel ex hoc loco, et argumentum ejus operis, et prolixitas etiam satis claret.

## CAPUT QUARTUM.

*Ostenditur adhuc quale fuerit Epicu*s* cycli subjectum, recitatis titulis omnium fabularum Sophoclearum: quarum multas ait fuisse Athenaeus argumento e Cyclo petito. Hesychius, Pollux, Harpocration, et alii auctores multis locis corriguntur.*

**Q**UID igitur Epicu*s* Cyclus fuerit, et quo argumento, ex iis quae diximus palam est. Omnino antiquae mythologiae id penus quoddam erat amplum. ut dubitare non debeamus, verissimum esse quod de Sophocle apud veteres legimus: omnes ejus fabulas aut ex Homeri fonte fuisse haustas, aut ex Epicorum orbe. De Homero scribitur in vita Sophoclis: τὸ πᾶν οὖν Ὄμηριν ἀνόμαζε, τούς τε μύθους Φέρει πατ' ἵχνος τοῦ ποιητοῦ. παλ τὴν Ὀδυσσείαν δὲ ἐν πολλοῖς δράμασιν ἀπογράφεται. Quod autem multarum suarum tragediarum integra argumenta e Cyclo sumpserit, disertim testatur Athenaeus hoc loco. Quamobrem qui laborabit scire qua de re in vetustissimo et celeberrimo illo opere tractaretur, is mihi titulos tragediarum Sophoclis consideret. Ea fine fabularum illius poetae nomina, quae in veterum scriptis legere memineramus, collegimus, πατὰ στοιχεῖον digessimus, et infra subjecimus. Poteramus ab hoc labore supercedere: sed expressit hanc a nobis opellam eximia principis tragicci admiratio. Aequi lectores, spero, istius ἐκβολῆς τοῦ λόγου veniam non gravatim nobis concedent.

**ΑΘΑΜΑΣ.** Hesychius, ἐπιστήγματα. ἐπικελεύσ-

p. 482. **ματα.** Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι. Errant qui emendant ἐπιστήματα. neque observant quod statim sequitur. ἐπιστήξαι, ἐφορμῆσαι. Hic est Athamas prior, cuius et alibi non semel meminit idem. Sed corrige locum hunc: Καταγνῶνται ἐπιγνῶνται μέμψασθαι. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι. Scribe, Ἀθάμαντι α. Fecerunt Athamantes alii multi, ut Aeschylus, Ennius, Accius. etiam comicus Amphion. **ΑΘΑΜΑΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.** Hesychius, ἔρησι, δικτύοις. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι δευτέρῳ. Aristophanis enarrator ad nebulas, ejus tragediae ὑπόθεσιν

paucis exprimit sic. Τοῦτο πρὸς τὸν ἔτερον Ἀθάμαντα Σοφοκλέους λέγει· ὁ γάρ τοι Σοφοκλῆς πεποίηε τὸν Ἀθάμαντα ἐστεΦανωμένον, οὐαὶ παρεστῶται τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς σΦαγιασθησόμενον. μέλλοντα δὲ ἀποσΦάττεσθαι αὐτὸν, παραγενόμενον Ἡρακλέα, οὐαὶ τοῦ θανάτου ρυμυνού, λέγοντα ὡς σώζοιτο ὁ Φρύξος, δι' ὃν ἔμελλεν ἐκεῖνος τεθνήξεσθαι.

## ΑΙΑΣ Ο ΛΟΚΡΟΣ.

Aristides in communi adversus Platonem Apologia: Οὐδέ γε Εύριπίδου Φήσομεν οἵμαι τὸ λαμβεῖον εἶναι, τὸ Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ, οὐδ' εἴτις οὔτω τῶν σοφῶν είρηκεν. ἔστι γὰρ ἐξ Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ. Clarius idem dicit A. Gellius libro decimo tertio, capite decimo septimo. Versus est notae venustatis senarius: Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ. Eum versum Plato in Theaeteto Euripidis esse dicit. quod quidem nos admodum miramur. nam scriptum eum legimus in tragedia Sophoclis, quae inscripta est, Αἴας ὁ Λοκρός. Auctor Graecæ hypotheseos Ajacis Lorarii, ἐν οἷς ἔστι οὐαὶ ιρίος τις ἔξοχος, ὃν ὥετο εἶναι Ὁδυσσέα. ὃν δῆσας ἐμαστίγωσεν. ὅθεν οὐαὶ τῇ ἐπιγραφῇ πρόσκειται Μαστιγοφέρος. ἢ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Λοκροῦ Αἴαντος. id est, ad statuendum discrimen inter Ajacem Lorarium, et Ajacem Locrum geminas Sophoclis fabulas.

## ΑΙΑΣ ΜΑΣΤΙΓΟΦΟΡΟΣ.

extat. ΑΙΓΕΤΥΣ. Pollux libro decimo, capite 36. οὐαὶ κέστρα δὲ σφύρας τινὸς εἶδος σιδηρᾶς, ὡς ἐν Αἰγεῖ Σοφοκλῆς, Κέστρα σιδηρᾶ πλεῦρα οὐαὶ οὐαὶ ράχιν Ἐλαυνε παίων. Vide libro 3. cap. 34. Inscriptur et Αἰγεὺς ἐκλυόμενος in Stephani Ethnica, nisi est diversa ab hac.

## ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Hesychius, ἀρύθμων, ἀσυμφώνων. Σοφοκλῆς Αἰγίσθω. ΑΙΘΙΟΠΕΣ. Hesychius, Ἀναριτον, ἀνυπότακτον, ὃν οὐδεὶς ἥρξε. Σοφοκλῆς Αἰθιοψι. iterum Ἀνθόβοσιον. ἀνθορόφον. Σοφοκλῆς Αἰθιοψι.

## ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΕΣ.

Passim citantur hujus poetae Captivae. Aristoph. enarrator ad Ranas. οἱ ἀρχαῖοι οὐαλάμω ἀντὶ οερατίου ἔχρωντο. Σοφοκλῆς Αιχμαλωτίσιν. ὑΦηρέθη σοῦ οὐαλαμος ὡσπερ λύρας. Vide Stephani Ethnica, in βωμοὶ, Εὐρώπη, Χρύση. Etymologicum in Φαῦλος, et Hesychium in his vocibus, αἰχμόδετος, ἀλιτόναρπον, ἀμφίλινα, ἀνηκὲς, ἄκεστρον. ἀπειθῆς, βαιών, ἐμπλεύρου, ἐνστερνομαντίαις. et ἐπιμάσσεται. Idem sic scribit, "Ιαννα, ἐν μὲν Αιχμαλωτίσι Σοφοκλέους ἀπέδοσαν Ἐλληνική. ἐπεὶ "Ιαννας (scribo Ιαύονας) τοὺς Ἐλληνας λέγουσιν. ἐν δὲ Τριπτολέμῳ ἐπὶ γυναικὸς, ὡς οὐαὶ ἐν Ποιμέσι. τίνες δὲ τὴν

Ἐλένην. ἐπιεικῶς δὲ οἱ Βάρβαροι τοὺς "Ἐλληνας" Ιωνας λέγουσιν· εὐ δὲ Τρωῖλω, βάρβαρον θρήνημα τὸ ιαί· ἦ συμα γυναικός. laudantur ejusdem poetae et

p. 483. ΑΙΧΜΑΛΩΤΟΙ. *Captivi* an eadem sit fabula an diversa non temere affirmaverim. Nominat Pollux libro decimo, cap. 52. item Hesychius in ἀσεπτον, ἄχνην Δύδης, ιερόλας, ἵτερεύσομεν. ΑΚΑΜΑΣ. Harporcation, "Ἐπιπλον, τὴν οἶον ἐπιπόλαιον ιτῆσιν, καὶ μετακοιτεσθαι δυναμένην. Σοφοκλῆς Ἀιάμαντι. Forte, Ἀιάμαντι. ΑΚΡΙΣΙΟΣ. Hesychius, "Ἄδοξα. παράδοξα, καὶ ἂν οὐκ ἄν τις ἐδέξασεν. Σοφοκλῆς Ἀιρισιώ. Lege eundem in ἀντίης, ἀλούσατα, ἀνταλαν, ἀπόδρομον, ἀποΦανθεῖς, ἀρόματα, ἀστομος, βίδην, ίλλαδας. Vide infra in Λαρισσαῖοι. Stobaeus sermone octavo.

ΑΛΕΑΔΕΣ. Apud Stobaeum sermone 33. et 52. atque alibi scriptum in ora libri Σοφοκλῆς Ἀλεάσι. nescio unde nomen. Vide infra in Ἀλεάδαι.

ΑΛΕΙΤΗΣ. Sic nominatur ea fabula unde pulcherrimos versus adducit Stobaeus sermone 104. meminit saepe alibi. Forte ΑΛΗΓΗΣ melius. Hoc nomen fuit Corinthi conditori: unde ipsi dicti Ἀλητίδαι. Strabo et Pindari scholiaestes.

ΑΛΕΤΑΔΑΙ. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 6. Λάβοις δ' ἄν τὸ Σοφοκλέους ἐξ Ἀλευάδων, "Απαν τὸ χρηστὸν τὴν ἴσην ἔχει Φύσιν. Hesychius, ἘΦυμνεῖς, ἐπάρθεις. Σοφοκλῆς Ἀλεάδαις. Scribemam Ἀλευάδαις. ex Clemente. Aleuadae nobiles Thessali fuere: de quibus passim veteres, ut dicebamus ad Theocriti idyllium 17. Sed moveor consensu librorum: nam Sophoclem ἐν Ἀλεάδαις citant plures: ut Aelianus de animal. libr. 7. cap. 39. et saepe Stobaeus.

ΑΛΚΜΑΙΩΝ. Hesychius, Αἰνῶ, παρίημι, παρατοῦμαι καὶ ἐπανῶ. Σοφοκλῆς Ἀλκμαίωνι. Idem, Ἀραλας, βλαβεράς. Σοφοκλῆς Ἀλκμαίω. Scribo, Ἀλκμαίωνι. Stobaei margines ad λόγον 77. in dubio nos relinquunt finē haec fabula Sophoclis an Euripidis.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ ἢ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. Invenio utrumque apud Hesychium. Foeminae nomen in δύσαυλος. Viri in istis: Θηλάστρια, τροφός. ἔστι δὲ Ιακω. Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρω. Legendum, ἔστι δὲ Ἰακέν. Ionica vox est. Sic et Euripidis *Alexandram* atque *Alexandrum* produnt nobis Stobaei margines.

ΑΜΤΚΟΣ σατυρικός. Laudatur Athenaeo libro tertio, et libro nono.

ΑΜΦΙΑΡΑΟΣ σατυρικός. Aristophanes in Ranis. ἀλλ' ὥρακιῶ. Ἄλλ' οἵσε πρὸς τὴν παρδίαν μου σπογγίαν. In-

terpres ibi, Τοῦτο Σοφοκλῆς εἴπεν ἐν ἈμΦιαράω σατυρικῷ. Idem poeta in Vespis, Ὁ πιννοτήρης οὗτός ἐστι τοῦ γένους. alludit ad versum Sophoclis ex hac fabula, Ὁ πιννοτήρης δὲ τοῦδε μαντέως χοροῦ. Strabo libro nono, Erotianus, Hesychius, alii. **ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.**

Sophoclis interpres ad Oedipum Coloneum, εὔσοιαν Φασὶ τὴν εὐσθένειαν. καθάπερ καὶ ἐν ἈμΦιτρύωνι. Ἐπεὶ δὲ βλαστεῖ, τῶν τριῶν μίαν λαβεῖν Εὔσοιαν ἀριεῖ. Hesychius, ἈμΦιτέρμως, ἀποτετερματισμένως. Σοφοκλῆς ἈμΦιτρύωνι. iterum, ἈτμησίΦρων, οὐδεμιᾶς τόλμης ἔννοιαν ἔχων. ἀτραυμάτιτος, Σοφοκλῆς ἈμΦιτρύωνι.

**ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.** Auctor Etymologici, Παρασάγγαι· παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀνδρομάχῃ. ἐπὶ τοῦ ἀγγέλου εἴρηται.

**ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ.** Athenaeus libro 11. [Phryni-  
chus de voce πρόσΦατον disputans. εύρισκετο δὲ ΣοΦο- p. 484.  
κλῆς ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ τιθεὶς οὕτω. Μηδὲν Φοβεῖσθαι  
προσΦάτους ἐπιστολάς.] Pollux libro 10. cap. 26. Σο-  
φοκλῆς ἐν Ἀνδρομέδῃ, αὐτοχείλεσι ληκύθοις ἔΦη, δηλῶν  
ἀλαβάστρους μονολίθους. Hesychius, Ἀμβλύσιει, ἐξα-  
πλοῖ. κυρίως δὲ ἐπὶ ἀμπέλου· καὶ ἐκτιτρώσιει. Σοφοκλῆς  
Ἀνδρομέδῃ. item in ἀμΦίρυμανον πλοῖον. Sunt et alii  
loci tres ex ea fabula in Hesychio omnes corrupti.  
Primus ita habet, Κουρίου Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδα ἡμιουτον  
κούρειον ἥρεθη πόλει, νόμος γάρ ἐστι τοῖς βαρβάροις  
θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γένος τῷ Κρόνῳ. Scribo,  
Κουρεῖου. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ.

Ἔτι τὸ μιαρὸν κουρεῖον ἥρεθη πόλει.  
νόμος γάρ οὗτός ἐστι τοῖς βαρβάροις,  
θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γένος.

τῷ Κρόνῳ, postrema verba non sunt poetae. κουρεῖον  
proprie est tonsoris officina. sed in hac fabula Sophocles  
ita vocaverat locum ubi jugulari solebant κοῦροι καὶ  
κούραι. Alter locus ita editur, Μάσθλη. τὰς τομουτὰς  
ἡνίας. καὶ γάρ η μάσθλη. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ καὶ  
Συνδείπνοις. Corrigo, Μάσθλητας, ιμαυτωτὰς ηνίας.  
καὶ γάρ ιμὰς η μάσθλη. Σοφοκλῆς Ἀνδρ. καὶ Συνδείπνῳ.  
Extat et alius locus ex eadem fabula, ubi iterum poeta  
eo verbo usus. Nam in Etymologico sic scriptum.  
Δίγονος μάσθλης, διπλοῦς ίμάς. η δτι οὐ μόνον κατὰ  
τὴν βροφὴν ἦν τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἐκέ-  
χρωστο. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ, Ιδοὺ δὲ Φοινὸν μάσθλητα  
διγονον. Teritus locus est in σαλητὸν, de quo nos in  
opere De re vestiaria. **ΑΝΤΗΝΟΡΙΔΑΙ.** Athenaeus  
libro 9. Hesychius, ἀΦεψιασάμην, ἀΦωμίλησα. Σοφοκλῆς

Αντηνορίδαις. ΑΝΤΙΓΟΝΗ. extat. ΑΤΡΕΤΣ  
 ἡ ΜΥΚΗΝΑΙ. Hesychius, ἐπισπάσει, ἐπιτεύξεται.  
 Σοφοκλῆς, Ἀτρεῖ ἡ Μυκήναις, ἐπὶ τῶν ταῖς ληνοῖς  
 λαμβανόντων. Malim τοῖς λίνοις. Alii uno solum no-  
 mine hanc fabulam laudant. Scholiares Euripidis ad  
 Hippolytum: Εἰώθασιν οἱ εἰρωνευόμενοι πατὰ τῶν ἔχθρῶν  
 ὀμνύναι. ὡς παὶ Σοφοκλῆς ἐν Μυκήναις.

Μὰ τὴν ἐπείνου δειλίαν ἥ βόσκεται,  
 θῆλυς μὲν αὐτὸς, ἄρρενας δ' ἔχθροὺς ἔχων.

ΑΧΑΙΩΝ ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΣ vel ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΝ.

Athenaeus libro primo. Idem libro octavo extremo, Σύνδειπνον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου Λυσίχ. Μοx, διόπερ τινὲς παὶ τὸ Σοφοκλέους δρᾶμα πατὰ τὸ οὐδέτερον ἐπιγράφειν ἀξιοῦσι ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΝ. Solent auctores vocem alteram praetermittere. Hesychius, Ἀζειῶται, ἔθρος τῆς Τρωάδος, Σοφοκλῆς Συνδείπνω. Sic apud Stobaeum sermone 26. vide supra in ANDROMEDA. [Aliis nominatur haec fabula ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΙ. Marcus Tullius ad Q. Fratrem lib. secundo: Συνδείπνους Σοφοκλέους quanquam actam a te fabellam video esse festine nullo modo probavi.] Diversa ab hac fuit, quae inscribebatur.

ΑΧΑΙΩΝ ΣΥΛΛΟΓΟΣ. Julius

Pollux libro decimo capit. 30. Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ,

‘Ως ναοφύλακες υπιτέρου υαυκληρίας  
 πλήντροις ἀπευθύνουσιν οὐρίαν τρόπιν.

Interpres Lyrici Isthmionicarum oda secunda, τὸ ἀπόνειμον ἀντὶ τοῦ ἀνάγνωθι. Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ, Οὐδ' ἐν Θρήνοισι γραμμάτων πτυχὰς ἔχων, Νέμετις, οὐ πάρεστι τις ξυνώμοσε. Hesychius in ἐπιξενοῦσθαι et in ξυμβόλους.

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΕΡΑΣΤΑΙ.

Athenaeus libro nono. Scholiares Pindari oda tertia Nemeonicarum, περὶ τῆς μεταμορφώσεως αὐτῆς, Thetidis, παὶ Σοφοκλῆς Φησὶν ἐν Τρωΐλῳ,

‘Εγημεν ὡς ἔγημεν ἀφθόγγους γάμους,  
 τῇ παντομόρφῳ Θέτιδι συμπλακεῖς ποτέ.  
 παὶ ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς,

Τίς γάρ με μόχθος οὐκ ἐπεστάτει;  
 λέων, δράκων τε, πῦρ, ὕδωρ.

et ad odam sextam de Achillis hasta loquens, adducit ex eadem fabula haec, ἥ δορὸς διχόστομον πλάντρον. Aristophanis ad Ranas scholia, Σοφοκλῆς ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς Φησὶν, ὑπὸ Πηλέως λοιδορηθεῖσαν τὴν Θέτιν παταλιπτῖν αὐτόν. leges eadem verba in scholiis Apol-

lonii ad librum quartum. Praeterea scriptum est Commentario ad Vespas, quo loco disputatur nomen παιδικὰ ponī ἐπὶ ἀρρένων. Καὶ ἐν τοῖς Ἀχιλλέως δὲ ἔρασταις δῆλον ὡς οὕτως ἔξειληπται. ἐπιδόντων γάρ τοι τῶν Σατύρων εἰς τὴν γυναικαν ἐπιθυμίαν, Φησὶν ὁ Φοῖνιξ, Παπᾶ, τὰ παιδικά ὡς ὄρᾳς ἀπώλεσας. Et si poetae nomen hic praetermissum est: nemo tamen eruditorum dubitabit Sophocleum drama intelligi. Atque ex hoc loco conjecturam facere licet, suisse hoc drama satyricum. Hesychius quoque laudans hanc fabulam poetae nomen omittit. ὅμματειος πόθος, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὄρᾳν ἀλίσκεσθαι ἔρωτι· ἐκ γὰρ τοῦ ἐσορᾷν, γίνεται ἀνθρώποις ἔρᾳν· καὶ ἐν Ἀχιλλέως ἔρασταις ὅμματοπάλογχά Φησιν. Forte, τὰς ὅμματων ἀπὸ λόγχας Φησι. Mentionem faciunt et paroemiographi in proverbio ὁ παῖς τὸν ορύσταλλον. et Stobaeus inde assert pulcherrimos versus sermone 62.

**ΔΑΙΔΑΛΟΣ.** Hesychius, Γοργάδων, ἀλιάδων. Δαιδάλῳ Σοφοκλῆς. Mox sequitur, Γοργίδες, ὀκεανίδες. Alibi. ἐσέφερην, ἐσεβάσθην, ἥσυχασα, ἥσχύνθην. Σοφοκλῆς Δαιδάλῳ. male editur Παιδάλῳ. Pollux, βιαία η σν τῷ Σοφοκλέους Δαιδάλῳ τεκτόναρχος μοῦσα.

**ΔΑΝΑΗ.** Hesychius, Ἀφροδισία ἄγρα. Σοφοκλῆς Δανάῃ. Γόνον τε μήλων καὶ Ἀφροδισίαν ἄγραν. critici quam varie eum versum exposuerint ibi vide. meminit et alibi. Stobaeus sermone 10.

**ΔΙΟΝΥΣΙΑΚΟΣ.** Hesychius, Θωχθεῖς, Θωρηχθεῖς, μεθυσθεῖς. Σοφοκλῆς. Διονυσιακῷ. Non legi alibi: nec satis capio indicem huius fabulae.

**ΔΟΛΟΠΕΣ.** Hesychius, Εὔναῖος λαγώς, Σοφοκλῆς Δόλοψι· παταπτηχής. **ΕΛΕΝΗ.** Aristophanes equitibus, Βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταύρειον πιεῖν· Ο Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἵρετώτερος. Vetus interpres, "Εστιν ἀπὸ Σοφοκλέους, Ἐλένης. Εμοὶ δὲ λῶστον αἷμα ταύρου γ' ἐκπιεῖν [vel potius αἷμα ταύρειον πιεῖν.] Καὶ μήγε πλείω τῶνδ' ἔχειν δυσφημίας. Fortasse duarum quae sequuntur alteram intelligit.

**ΕΛΕΝΗΣ ΑΠΑΙΤΗΣΙΣ.** Strabo libro 14. de morte Calchantis Iouquens, ἀπόθανεῖν δὲ ὑπὸ λύπης, καὶ πατέτι λόγιον. λέγει δ' αὐτὸ Σοφοκλῆς ἐν Ἐλένης ἀπαίτησει· ὡς είμαρμένον εἴγε ἀπόθανεῖν, ὅταν ορείττονι ἔαυτοῦ μάντει περιτύχῃ. Hesychius, Ἀναχαίτιζει, ἀναπείθει, p. 486. ἀναχαλινοῖ, ἀνακρούεται, ἀναποδίζει. ουρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἵππων. Σοφοκλῆς Ἐλένης ἀπαίτησει. Proponam hic doctis emendandum ex ea fabula locum in quo frustra hactenus sui. Erotianus, Θράσσει ἔστιν ὄχλει, ὡς καὶ

ΣοΦοκλῆς ἐν Ἐλένης ἀπαιτήσει Φησί. Γυναῖκα δ' ἔξελόντες ἡ Θράσσει γένουντε. ὡς τοῦ μὲν ἑώλου γραφεῖοις ἐνημένοι.

## ΕΛΕΝΗΣ ΓΑΜΟΣ.

Athenaeus libro tertio.

## ΕΠΙ ΤΑΙΝΑΡΩ, ΣΑΤΥΡΙΚΩ.

Hesychius, Ἀργέων τῶν ἐν τοῖς ὄφελοις λευκωμάτων. οἱ δὲ ὄφελοι. ΣοΦοκλῆς ἐπὶ Ταινάρῳ σατυριώ. Idem, ἀλλαλίᾳ, πονηρίᾳ. ΣοΦοκλῆς ἐπὶ \* παιενάροις. Lego, Ἐπὶ Ταινάρῳ aut Ταιναρίοις. nam etiam in nono Aithenaei citatur ΣοΦοκλῆς ἐπὶ Ταιναρίοις.

## ΕΠΙΓΟΝΟΙ.

Sophoclis interpres ad Oedipum Coloneum, Πολλάκις τὸ Ἀργος νοῖλόν Φησί· παθάπερ ἐν Ἐπιγόνοις, Τὸ νοῖλον Ἀργος οὐ πατοικήσοντ' ἔτι. καὶ ἐν Θαμύρῳ.

\*Ἐκ μὲν Ἐριχθονίου ποτιμάστιον ἔσχεθε πούρον αὐτόλυκου πολέων πτεάνων στινιν Ἀργεῖον νοῖλῳ.

ΕΡΕΧΘΕΤΣ. In Stobaei Collectaneis invenio nominatam ad caput 57. ΕΡΙΣ. Hesychius, Εὔωρος γάμος, ΣοΦοκλῆς Ἐριδι ἥτοι ωρίος ἡ ὄλιγωρος· οὕτω γὰρ λέγουσι πατὰ ἀντιφροσιν· ὡς ὁ αὐτὸς ἐν Σιυρίαις χρῆται τῷ εὐωριάζειν. Nescio an ea sit quae dicitur aliis Ἰρις.

## ΕΡΙΦΥΛΗ.

Clemens observat libro sexto hunc Euripidis versum, Ὡ φίλον ὑπνου θέλγητρον ἐπίκουρον νόσου, esse ex hoc Sophoclis in Eryphyla, Ἀπελθεῖσινης ὑπνου ἱητρὸν νόσου. Stobaeus sermone primo, septimo, et alibi.

## ΕΥΜΗΛΟΣ.

Auctor est Harpocration παθελῶν usurpare veteres pro ἀνελῶν. ut Sophoclem in Eumelo. Meminit et Hesychius explicans verba poetae αἴματος ἀστι Ἀρηα.

## ΕΥΡΥΤΑΛΟΣ.

Parthenius Ἐρωτικῶν capite tertio: Περὶ Εὐππης ἴστορεῖ ΣοΦοκλῆς Εὐρυάλω. deinde subjicit Parthenius fabulae totius argumentum.

## ΕΥΡΥΣΑΚΗΣ.

Hesychius, Ἄδόξαστον, ἀνέλπιστον, ΣοΦοκλῆς Εὐρυσάκει.

ΖΩΣΤΗΡΕΣ. Apud Pollucem libro septimo, cap. 14. ita invenio scriptum, ὁ τε τῆς Ἀμαζόνος ζωστὴρ, παὶ ἡ ἐν ταῖς ΣοΦοκλέους Ζωστῆρσιν ἐπιζώστρα. λέγει γοῦν, Ἐχοντας εὐζώνους ἔστασαν ιματίων ἐπιζώστρας.

ΗΛΕΚΤΡΑ. extat. ΗΡΑΚΛΗΣ. Stephanus in

Χάρῃ. ΣοΦοκλῆς ἐν Ἡρακλεῖ, Στρέφουσι πρήνης Φύλλα χωρίην τ' ὄφιν. Hesychius, Κύλους παὶ τροχοὺς τὰ

τεῖχη. τροχὸν δὲ τὸ τεῖχος, ὡς ΣοΦοκλῆς Ἡρακλεῖ Κυλώποιον τροχόν.

In Etymologico legitur, Βουθοίη πόλις τῆς Ἰλλυρίδες. ΣοΦοκλῆς Ὀιομακλεῖ, Βουθοίη Δρίλωνος

ἐπὶ προχοῆσιν ἐνάσθη. Non est verum editam ullam fabulam a Sophocle quae vocaretur ONOMACLES.

quare scribendum Σ. ἐν Ἡρακλεῖ. Buthœa Stephanus

dicitur Buthoa. epici versus et si rarius, interdum tamē leguntur apud dramaticos poetas. Erit fortasse qui malit sic corrigere. Σ. Οἰνομάω. de qua fabula mox. Ego aliter censeo. [Porro HERCULES Sophoclis drama fuit satyricum. Pollux libro septimo capite 25. οὐαὶ Φίτρους δὲ τούτους λέγει ἡ ποιητικὴ Φωνὴ ἐκλυμάδας Σοφοκλῆς ἐν Ἡρακλεῖ Σατυρικῷ. Συνέλεγον τὰ ἔνδικα ὡς ἐκλυμάδας των, sed haec depravatissima sunt: scribe, λέγει ἡ π. Φ. ἐκκαύματα. et ὡς ἐκκαύματαν. idem lib. 10. προσθετόν δὲ τῷ μαγείρῳ οὐαὶ ἐκκαύματα, εἰπόντος Σοφοκλέους ἐν Ἡρακλεῖ Σατυρικῷ, Συνέλεγον τὰ ἔνδικα ὡς ἐκκαύματαν.]

## ΗΡΙΓΟΝΗ. Etymologi auctor, Τοπάζειν,

στοχάζεσθαι, ὑπονοεῖν. οὐαὶ παρὸς Σοφοκλεῖ ἐν Ἡριγόνῃ, ἀλλὰ δὲ Δόξῃ τοπάζω ταῦτ' ίδεῖν σαφῶς θέλω. Erotianus, "ΤποΦρον. ορυΦαῖον, ὡς Φησιν ὁ Ταραντῖνος. μαρτυρεῖ γὰρ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Συηριγόνῃ, λέγων. † νῦν δ' εἴρη ὑποΦρος ἐξ αὐτῶν "Ἐως ἀπώλεσε καὶ αὐτὸς ἐξαπώλετο. Μέμνηται ὁ αὐτὸς οὐαὶ ἐν ἸΦιγενείᾳ. Lego, ὁ Σοφοκλῆς ἐν τῇ Ἡριγόνῃ. fecerat Latinam ut videtur Accius sive Attius cuius Erigonam citant veteres.

## ΘΑΜΤΡΑΣ.

aliis ΘΑΜΤΡΙΣ. vide libro primo, capite 17. In vita Sophoclis legitur, Φασὶ δὲ ὅτι οὐαὶ κιθάραν ἀναλαβὼν, ἐν μόνῳ τῷ Θαμύριδι ποτὲ ἐκιθάρισεν. Θαμύραν et comicus Antiphanes docuit.

## ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ.

In ora librorum Stobaei serm. 119. leges, *Sophoclis aut Euripidis in Themistocle*. Sed non dubito mendam inesse. Possemus fortasse aliquid certius pronunciare, si Graecas citatorum librorum inscriptiones toto opere non invidissent nobis viri docti.

## ΘΥΕΣΤΗΣ ΣΙΚΥΩΝΙΟΣ.

Hesychius, ἀποπλήγντω ποδὶ, μανιώδει. Σοφοκλῆς, Θυέστη Σικυωνίω. iterum, αὐτόΦορτοι, αὐτοδιάκονοι. ηυρίως δὲ οἱ ἐν τοῖς ιδίοις πλοοίς. Σοφοκλῆς Θυέστη Σικυωνίω. Scribe apud eundem, Αὐτόμοιρος, μονόμοιρος. Σοφ. Θυ. Σικ. Meminit et in voce ἐπαίνους. interdum vocat Θυέστην τὸν ἐν Σικυῶνι, ut in ἀμέρΦωτον. alibi simpliciter Θυεστην, vocat: ut in ἀπειρονας, ἀπόθεα, et ἀτελῆ. Sic etiam Stobaeus sermone 29.

## ΘΥΕΣΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Hesychius, ἈΦωσιωιέναι, ἀνόσιαι, ἀποθεν τοῦ ὄστιου γεγενημέναι. Σοφοκλῆς Θυέστη δευτέρω. In libris Hesychii alieno loco haec sunt posita. Idem, Ἡγόμην, διῆγον. Σοφοκλῆς Θυέστη δευτέρω.

ΙΝΑΧΟΣ. Dionysius Halicarnasseus libro primo. Athenaeus libro ultimo. Comici interpres ad Plutum dici probat πλούτωνα opes ac divitias, testimonio verborum

Sophoclis ex hac fabula, Πλούτωνος δ' ἐπεισόδος: item, τοιόνδ' ἐμὸν πλούτων' ἀμεμφίας χάριν. laudat idem commentario ad Equites et aves. item Hesychius in ἀελλόθριξ, ἀναιδεῖας Φάρος, ἀντίπλαστος, et κυάμω. In voce ἀλωπὸς scribe, Σοφ. Θυέστη ναὶ Ἰνάχω. INΩ. Hesychius, ἄλυτον, ἀνατάλυτον, ἀνατάπαυστον. Σοφοκλῆς Ἰνοῖ. ΙΕΙΩΝ. Interpres Apollonii libri quarto, καὶ παρὰ τὸ ἵψαι Σοφοκλῆς ἐν Ἱξίονι, δίψιον Φησὶ τὸ βεβλαμμένον. ΙΟΒΑΤΗΣ. Hesychius, ἀφύλλωτον πέτραν, ἄπορον, ἄδενδρον. οὗν λεωπετρίχην. Σοφοκλῆς Ἰοβάτη. ΙΟΚΛΗΣ. Julius Pollux libro decimo, capite octavo. ναὶ τυλείᾳ δὲ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ Ἰοκλεῖ λέγοντι, ἀλλὰ καὶ λινογραφῆς τυλείᾳ. ita legē tum illo loco, tum libro septimo, ubi eadem Sophoclis verba.

ΙΟΛΑΟΣ. Aristophanes ad Equites, Ἀλλ' ζῇ χαίρων καὶ πράξειας Κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν. καὶ σε φυλάττοι Ζεὺς ἀγοραῖος, etc. Scholiaestes ibi, ταῦτα δὲ

p. 488. παρὰ τὰ Σοφοκλέους ἐξ Ἰολάου. ΙΠΠΟΔΑΜΕΙΑ. Stobaeus sermone vigesimo septimo. ΙΠΠΟΝΟΟΣ. Clemens Alex. Stromat. libr. 6. λάβοις ἀν Σοφοκλέους ἐξ Ἰππόνου.

Πρὸς ταῦτα ορύπτε μηδὲν, ὡς ὁ πάντ' ὄρῶν καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.  
viri docti testantur legi in quibusdam MSS. Τπόνου. ut hnic tragoediae fuerit nomen *Suspicaci* non *Hipponeoo*. sed neque tragoediae is titulus satis convenit: neque favent testimonia veterum. Hesychius, ἀπαλέξασθαι, ἀπαλύξασθαι. Σοφοκλῆς Ἰππόνω. Mox, Ἀπαρθένευτος, ἀκέραιος, καθαρά. Σοφοκλῆς Ἰππόνω. Viderint eruditiani diversa ab hac fuerit quae inscribitur ΙΠΠΩΝ. Julius Pollux libro 4. capite 16. Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸς ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον (Euripidem) ἀμιλλῆς ποιεῖ σπανιάνις, ὥσπερ ἐν Ἰππῶνι. Stephanus de Oleno scribens urbe Achaiae, Σοφοκλῆς ἐν Ἰππῶνι. Ἐξ Ὁλένου γῆς Φορβάδος ομιλούματι. ΙΠΙΣ. Athenaeus libr. 14. non puto corrigendum ἐν Ἔριδ:, ut in allato supra loco Hesychii. Contrarium putem verius. Etiam Achaeus *Iridem* fabulam e suis unam inscripserat.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ ΕΝ ΑΤΛΙΔΙ. Hesychius, Ἀπαρθένευτα, οὐ πρέποντα παρθένοις. Σοφοκλῆς Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αύλιδι. Alibi simpliciter ἐν Ἰφιγενείᾳ ut in ἀνρουχεῖ et ἀπυνδάκωτος: et in libro 12. Athenaei. Sic Stobaeus in 30.

ΙΧΝΕΥΤΑΙ ΣΑΤΥΡΩΝ. Pollux libr. 10. cap. 7. Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἰχνευταῖς Σατύρων ἔφη, ἐνήλατα ξύλα

τριγονφα διατορῶσαι. Athenaeus libro secundo Ἰχνευτὰς solum. ΙΩΝ. Hesychius, Χερσεύει. ΣοΦοκλῆς Ἰων. οείμενος μὲν βουστάδας αὐλάς ἐπὶ χέρσου, ἢ διὰ χειρῶν ἔχει, ἢ οὕτως ἐμβατεύει. quae verba auxilium a libris melioribus expectant. Stobaeus meminit sermone 52. et 101.

ΚΑΜΙΚΟΙ. Athenaeus libro tertio et nono. ΚΑΣΑΝΔΡΑ. Vetus Scholiastes in Hesiodi Theogoniam: ἡ δάφνη ἐνεργεῖ πρὸς τοὺς ἐνθουσιασμούς. ΣοΦοκλῆς ἐν Κασάνδρᾳ. Δάφνην Φαγὼν ὁδόντι πρίετο στόμα.]

ΚΗΔΑΔΙΩΝ. Athenaeus libro quarto, et pharaoemographi in proverbio λευκὴ στάθμη. Hesychius, Αὔτοιςτοι δόμους, οὐ πατεσκευασμένους, ἀλλ' ἐκ ταυτομάτου γεγενημένους. ἢ τοὺς οἰκουμένους ΣοΦοκλῆς Κηδαλίωνι. idem, δέατος, δέους. ΣοΦοκλῆς Κηδαλίω. lege, Κηδαλίωνι.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Erotianus nominat in Lexico Hippocrateo. Ἀντίον δ' εἴαλουν οἱ παλαιοὶ τὸν σώφρονα, ὡς παὶ ὁ ΣοΦοκλῆς ἐν Κλυταιμνήστρᾳ. quae sequuntur in mendo cubant. quare ibi legantur.

ΚΟΛΧΙΔΕΣ. Athenaeus libro decimo tertio, et libro etiam secundo, ubi male Κοχλίδες. Scholiastes Apollonii libro tertio. ΣοΦοκλῆς ἐν ταῖς Κολχίσιν εἰσάγει τὴν Μήδειαν ὑποτιθεμένην τῷ Ἰάσονι περὶ τοῦ ἄθλου δι' ἀμοιβαίων. et sub. lib. finem, Καὶ ΣοΦοκλῆς δ' ἐν Κολχίσι πεποίηκε τὸν ἄγγελον τοῦ Αἴγατον πυθόμενον περὶ τῶν προειρημένων.

Ἡ βλαστὸς οὐκ ἔβλαστεν οὐπιχώριος,  
καὶ πάρτα φρίξας εὐλόφῳ σφήνωματι,  
χαλιηλάτοις ὅπλοισι μὴ προσεξέδυ.

p. 489.

Hesychius, ἐπαλλαχθεῖσα, ἐπαλλάξασα. ΣοΦοκλῆς Κολχίσι. Reperio et ΚΟΛΧΟΤΣ ejusdem. Etymologicum magnum, ΣοΦοκλῆς Κολχοῖς, Ἡμεῖς μὲν οὐκ ἄρ, ἥστε τὸν Προμηθέα. ἀντὶ τοῦ ἥδειτε. Forte Κολχίσι.

ΚΡΕΟΤΣΑ. Pollux libro 6. cap. 17. τὸ δὲ ισοθάνατον, ΣοΦοκλέους εἰπόντος ἐν Κρεούσῃ, οὐ πάνυ ἀνεκτόν. Hesychius, ἀνέκτημα, ἀνείληφα. ΣοΦοκλῆς Κρεούσῃ. Stobaeus sermone septimo, duodecimo, 38. et alibi.

ΚΡΗΤΕΣ. Athenaeus libro decimo quinto. Hesychius, Βιδοὶ, οἱ μουσικοὶ, ἢ προῦμα τι. ΣοΦοκλῆς Κρητίν.

ΚΩΜΟΣ. Hesychius, "Ανθρωσκε, ἀνω θρῶσκε, ὡρχοῦτο ΣοΦοκλῆς Κώμω. Habes infra Μῶμον, alterius fabulae nomen: si non factae sunt duas culpa libra-

riorum quae una fuit. ΚΩΦΟΙ ΣΑΤΥΡΟΙ. plura de hac fabula libro decimo. Aristides in Apologia communis: αὐτὴν μὲν γὰρ εἰς τὴν Ελένην λέγω,

Θεράπαιναν μὲν οὖν ὄποίαν ἐποίησε Μένανδρος τὴν Φρυγίαν, τῷ ὅντι παιδιὰν ἀποφαίνουσι τοὺς ΣΑΤΥΡΟΥΣ τοῦ Σοφοκλέους.

NIOBH.

Athenaeo nominatur libro quarto. Idem libro 13. καὶ Αἰσχύλος μέγας ὡν ποιητῆς, καὶ Σοφοκλῆς ἥγον εἰς τὰ Θέατρα διὰ τῶν τραγῳδιῶν τοὺς ἔρωτας· ὁ μὲν τὸν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον, ὁ δ' ἐν τῇ Νιόβῃ τὸν τῶν παῖδων. Interpres Apollonii libro primo de infecto loquens quod ἕουλος Graecis, centumpes Latinis dicitur. Θεόφραστος ἐν τῇ πρὸς Φανταν ἐπιστολῇ καὶ ὄνον Φησὶν αὐτὸν καλεῖσθαι· ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κωφοῖς σατύροις. Κυλισθεῖς ὥστις ὄνος ισόπρις. Paulus post, de Dactylis Idaeis, Σοφοκλῆς αὐτοὺς Φρύγας καλεῖ, ἐν Κωφοῖς σατύροις. [Laudantur et ΣΑΤΥΡΟΙ simpliciter: quae fabula diversa fuit fortasse a superiore. Aristides in Apologia communī: αὐτὴν ζὰν ἴδωσι τὴν Ἐλένην; Ἐλένην λέγω Θεράπαιναν, ὄποιαν ἐποίησε Μένανδρος τὴν Φρυγίαν· τῷ ὅντι παιδιὰν ἀποφαίνουσι τοὺς ΣΑΤΥΡΟΥΣ τοῦ Σοφοκλέους. Invenio laudatum et in Σατυρίσιῳ. vide Hesychium in Ἀρράγες ὅμιλον.]

ΛΑΚΑΙΝΑΙ.

Pollux libro nono, ἔστι δὲ ἡ ψαλίς εἶδος οἰκοδομήματος. ἥπου καὶ Σοφοκλῆς ἐν Λακαίναις λέγει, Στενὴν δ' ἔδυμεν [vel ἔδειμεν ut Scaliger placebat:] ψαλίδα κ' οὐκ ἀβάρβαρον. ΛΑΟΚΟΩΝ. Aristophanes in Ranis verba quaedam ex hac fabula more suo usurpat. Notat enim Scholia. Παρὰ τὰ Σοφοκλέους ἐκ Λαοκόωντος, Πόσειδον ὃς Αἴγαλον μέδεις πρῶνας, ἡ γλαύκας μέδεις εὐανέμον λίμνας, ἐφ' ὑψηλαῖς σπιλάδεσσι στομάτων. Dionysius Halicarnassus, libro secundo. Stobaens sermone 29. Harpocratōn, εἶεν ἀν καὶ οἱ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενοι ἀγυιεῖς, οἱ πρὸ τῶν πυλῶν βωμοὶ, ὡς Φασὶ Κρατῖνος καὶ Μένανδρος, καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Λαοκόωντι μετάγων τὰ Ἀθηναῖων ἥθη εἰς Τροίαν, Φησί.

Λάμπει δ' ἀγυιεὺς βωμὸς ἀτμίζων πυρὶ σμύρνης σταλαγμοῖς βαρβάρων εὔσμιας.

Sic legendus hic locus in libris editis depravatus. Hesychius, Καταρράκτης, ὄχετὸς, ρύαξ καὶ ὁ ἀετός. Σοφοκλῆς Λαοκόωντι. καὶ τὰς ἀρπυίας ἐν Φινεῖ.

ΛΑΡΙΣΣΑΙΟΙ. Athenaei verba sunt libro 11. ὁ δὲ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ἐν τοῖς Λαρισσαῖοις Ἀκρίσιος, ex

p. 490. quibus suspicetur aliquis eandem esse hanc cum Acrisio ante dicta. quod tamen nobis non videtur. Larissaeos in extremo opere nominat Hesychius, ubi de vocula ὡς disputat, et Stobaenus quoque sermone centesimo

vigesimo quarto. ΛΗΜΝΙΑΙ. ἡ ΛΗΜΝΙΑΔΕΣ. Stephanus de Chrysa oppido. Σοφοκλῆς Δημνίαις, Ὡ Δῆμος Χρύσης τ' ἀγχιτέρμουνες πάγοι. καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσιν, ταῦτην ἐγὼ Κίλλαν τε καὶ Χρύσην ἔχω. sic hunc versum expleo. Apollonii interpres ad librum primum, Σοφοκλῆς ἐν Δημνίαις καὶ μάχην ἴσχυρὰν αὐτὰς συνάψαι Φησί. Hesychius, ἀξύμβλητον, ὁ μηδενὶ ἀπαντᾷν δυνατὸν ἥ, ἥ ἀσυνάντητον. Σοφοκλῆς Δημνίαις. Iterum, ἀσάλπιγκτον ὄραν, τὸ μεσονύκτιον. ἐσπέρας γὰρ καὶ ὄρθρου ἐσάλπιζον.. Σοφοκλῆς Δημνίαις. Scholiastes Pindari, Oda 4. Pyth. πάντας Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Δημνίασι τῷ δράματι καταλέγει τοὺς εἰς τὸ Ἀργῶν σκάφος εἰσελθόντας. καὶ Αἰσχύλος ἐν Κυβήραις. Scribendum, ἐν Καβείροις.

ΜΑΝΤΕΙΣ. Aristophanis vetus interpres de voce γλάμων agens ad Ranas, Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσιν ἐπὶ τινῶν ὄρνεων, τοὺς γλαμύρους κατὰ Φορβάν. Stobaeus sermone 29.

ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ. Hesychius, Ἀντίβοιον, Ισόβοιον, ἀντὶ βοὸς καθαγιαζόμενον. Σοφοκλῆς Μελεάγρω. idem ιξοφόρους δρύας, τὰς ιξὸν Φερούσας, Σοφοκλῆς Μελεάγρω. Lege eundem in πνάμῳ πατρίῳ.

ΜΕΛΑΝΙΠΠΗ. Aristophanes in Ranis, ridet παρακενινδυνευμένον dictum alicuius poetae Αἰθέρα Διὸς δωμάτιον. eum autem poetam Sophoclem esse indicat Scholiafest: ἐκ Μελανίππης ait Σοφοκλέους, "Ομνυμι δ' ιερὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός. etiam Euripides Melanippam docuerat: ejus meminit Erotianus in ἀλάστορες, Stobaeus et alii. Scribitur et Μεναλίππη.

ΜΙΝΩΣ. Clemens Alexandrinus, libro 6. λάβοις δ' ἀν Σοφοκλέους ἐν Μίνω, Οὐκ ἔστι τοῖς μὴ δρῶσι σύμμαχος τύχη.

ΜΟΥΣΑΙ. Julius Pollux lib. 10. cap. 49. Φαίης δ' ἀν καὶ σισύραν λέγοντος Σοφοκλέους ἐν Μούσαις, Ψαλίδας, τιάρας, καὶ σισυρώδη στόλον. Sed scribendum suspicor, ἐν Μυσοῖς. qua de fabula mox.

ΜΥΚΗΝΑΙ. Vide supra, in Ἀτρεὺς ἥ Μυκῆναι. ΜΥΣΟΙ. Athenaeus libro quarto et libro 14. Strabo libro 8. ubi docet poetas καλεῖν πόλιν τὴν χώραν. Σοφοκλῆς ἐν Μυσοῖς, v.

'Αστα μὲν ἥ σύμπασα κλήζεται ξένες,  
πόλις δὲ Μυσῶν Μυστα προσήγορος.

Hesychius, Ἀπόβαθρα, ἀποβατήρια. ἥ κλίμαξ νεάς. Σοφοκλῆς Μυσοῖς. Lege eundem in ἀποσύρει, ἀστραφῆς, et ἀφθίτους γυνώμας. Stobaeus sermone 96.

ΜΩΜΟΣ. Hesychius, Ἀμφίον, ἔνδυμα. Σοφοκλῆς Μώμῳ. Idem, Ἀναστύψαι, ἐπᾶραι τὸ αἰδοῖον, ἥ στυ-

γνάσαι. ΣοΦοκλῆς Μώμων. Videtur Hesychius confundere diversae significationis voces, ἀναστύψαι, et ἀναστύσαι. Laudat Momum is grammaticus etiam in ἀποσκόλυπτε.

**ΝΑΥΠΑΚΤΟΣ.** Vetus interpres Apollonii ad quartum, Σιοτεινή νὺξ οὐατουλὰς οὐαλεῖται παρὰ τὸ ὄλοόν. ΣοΦοκλῆς ἐν Ναυπάκτῳ, νυκτὶ οὐατουλάδι. **ΝΑΥΠΛΙΟΣ ΚΑΤΑΠΛΕΩΝ.** Hesychius, τρίτος οράτηρ.

p. 491. ΣοΦοκλῆς Ναυπλίῳ οὐαταπλέοντι. Laudatum saepius invenio ἐν Ναυπλίῳ. Pollux lib. 10. cap. 30. Sophocles ait, ὅληί τὰ πηδάλια ἐν Ναυπλίῳ ὠνόμασε. similiter comici interpres ad Pacem, et Hesychius in ἀνόρεος πόλεμος. In Pindari Scholiis e Sophoclea Nauplio habentur ista,

Ζεῦ παυσίλυπε οὐαὶ Διὸς σωτηρίου  
σπουδὴ τρίτου οράτηρος.

Stob. sermone 111. An sit haec alia ab ista et sequente quaerendum. **ΝΑΥΠΛΙΟΣ ΠΤΥΡΚΑΕΥΣ.** Pollux lib. 9. ὁ δὲ ἔμπρήσας τάχ' ἀν πυριαεὺς ὄνομά γοιτο, οὐατὰ Αἰσχύλον οὐαὶ ΣοΦοκλέα, οὕτως ἐπιγράψαντας τὰ δραμάτα, τὸν μὲν τὸν Προμηθέα, τὸν δὲ τὸν Ναύπλιον. Hesych. Πεσσὰ πεντέγραμμα οὐαὶ οὐβῶν βολάς. ΣοΦοκλῆς Ναυπλίῳ πυριαεῖ παρ' ὅσον πέντε γραμμαῖς ἐπαιζον. Alibi poetae nomen reticet. sunt enim haec illius Ναύπληρον πλάτην, οὐατικήν. Ναυπλίῳ πυριαεῖ. Sophoclem enim citat.

**ΝΑΥΣΙΚΑΑ.** Haec fabula tota est Homericā. ac videtur satyrica potius fuisse, - quam vera tragœdia. Eubulus comicus eidem Nausicaæ soccos aptaverat. De Sophoclea [Athenaeus lib. 1. ἄνρως δ' ἐσφαῖριζεν (ὁ ΣοΦοκλῆς) ὅτε τὴν Ναυσικάν ἔθηκε, sive οὐαθῆς.] Pollux libro 10. cap. 12. ἔστι δὲ τοῦνομα ἡ λαμπήνη, ἐν τῇ ΣοΦοκλέους Ναυσικάᾳ. Hesychius, ἀναρροιβδεῖ. ΣοΦοκλῆς ἐν οὐασὶ οὐαὶ ἀντὶ τοῦ ἀναρρίπτει. ΣοΦοκλῆς ἐν οὐασὶ οὐαὶ ἀντὶ τοῦ ἀναρρίπτει. Scribe. Σ. ἐν Ναυσικάᾳ. Mens est, Sophoclem in Nausicaa dixisse ἀναρροιβδεῖν σφαῖραν pro, pilam remittere et repercutere. **ΝΙΟΒΗ.** Athenaeo nominatur lib. 4.

**ΝΙΠΤΡΑ.** De ista solam afferimus conjecturam ex verbis M. Tulli, libro 2. Tusculanarum quæstionum. Non nimis in *NIPTRIS* ille sapientissimus Graeciae sauciū lamentatur, vel modice potius. Pedetentim, inquit, ite, et sedato nisu, ne succussu arripiat major dolor. Pacuvius hoc melius quam Sophocles: apud illum enim perquam flebiliter Ulysses lamentatur in vulnere, An igitur Niptra Sophocles ediderat? puto

verius Pacuvium mutato nomine sic appellasse quam fecerat Latinam de Graeca Sophoclis cui index, *Ulysses Acanthoplex*, (ἀκανθοπλήξ) aut *acanthopleges*. de ea igitur Cicero loquitur. [ΞΟΑΝΗΦΟΡΟΙ. Aeschylus scholia in septem ad Thebas. εἴρηται δὴ ἐν Ξοανηφόροις Σοφοκλέους, ως οἱ θεοὶ ἀπὸ τῆς Ἰλίου Φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὕμων τὰ ἔαυτῶν ξόανα, εἰδότες ὅτι ἀλισκεται.]

**ΟΔΥΣΣΕΥΣ ΑΚΑΝΘΟΠΛΗΓΗΣ.** Hesych. ἀδηρόβρωτον ὄργανον. τὴν τορύνην, ἢ τὴν ἀδάραν ἀνακινοῦσι. Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπληγεῖ. iterum, ἐλαιαδεσσα νηδύς. Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπληγεῖ. ητοι λαιάεσσα ἀντὶ τοῦ σκαια, ἀγρία. ἢ ἀπὸ τοῦ ληζεσθαι, πάντα ληζομένη καὶ κατεσθίουσα. ἢ ἀπὸ τοῦ ἐλαίου, λιπαρά. Apparet non constitisse inter veteres criticos de lectione ejus loci: aliis scribentibus ἐλαιαδεσσα, aliis λαιάεσσα.

**ΟΔΥΣΣΕΥΣ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΣ.**

Pindari vetus interpres extremo opere: Σύντομοι οὐ μόνον Λάκωνες ἀλλὰ καὶ Ἀργεῖοι. Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ.

Πάντ' οἶσθα, πάντ' ἔλεξα τάντεταλμένα.

μῦθος γάρ Ἀργολιστὶ συντέμνειν βραχύς.

Hesychius, ἐμπειρής, ἐμπειρος. Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ. alibi, ἡμαλάψαι, κρύψαι, αὐθανίσαι. Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ. Affert etiam ex eadem, Θρεπτοῖσι νόμοις, quod explicat τραχέσιν. et addit alios legisse eo loco, κρεπτοῖς. meminit et in Θριάζειν. **ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ.** extat.

**ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΕΠΙΚΟΛΩΝΩ.** extat.**ΟΙΝΟΜΑΟΣ.** Athenaeus

extremo lib. 9. Diogenes Laertius in Arcesila. πρὸς δὲ τὸν δανειστικὸν [vox haec suspecta: quidam conjiciebant διανιστικόν; nescio quam recte.] καὶ φιλόλογον, εἰπόντα τί ἀγγοεῖν, ἔφη,

Δήθουσι γάρ τοι καὶ ἀνέμων διέξοδοι

θήλειαν ὄρνιν, πλὴν ὅταν τόνος παρῇ.

ἔστι δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ Οἰνομάου τοῦ Σοφοκλέους. Hesychius, Ἀρουραῖος Οἰνέμαος, Δημοσθένης Αἰσχίνης οἵτως ἔφη, ἐπεὶ κατὰ τὴν χώραν περινοστῶν ὑπεκρίνετο Σοφοκλέους τὸν Οἰνόμαον.

**ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ.** Hesychius,

ἀκεστρον, Φάρμακον. Σοφοκλῆς Παλαμήδη. et alibi, δρυπά, δρεπτά. Σοφοκλῆς Παλαμήδη. [Eustathius e Suetonii Tranquilli libro, Περὶ τῶν παρ "Ελλησι παιδιῶν· παράγει, ait, Σοφοκλέους ἐκ Παλαμήδους ὄμωνύμου τῷ ἥρωι δράματος τὸ ἐκεῖνος ἔφευρε γάρ Πεσσοὺς, πύθους τε, τερπνὸν ἀργίας ἀνος.] Huic quoque, ut aliis multis

Sophocleis cognominem Euripides fecerat.

ΠΑΝ-

ΔΩΡΑ ἡ ΣΦΥΡΟΚΟΠΟΙ. Athenaeus libr. 11. Hesychius, in κεχήλωμαι ναι χήλευμα, τὸ σπαρτίου, Σοφοκλῆς Πανδώρα, ἡ Σφυρούποις.

ΠΕΛΙΑΣ. Ero-

tianus in Hippocratem, παιδικὸν πάθος. παιδίαν γῦν τὴν παιδοτροφίαν. ὅθεν ναὶ Σοφοκλῆς ἐν Πελίᾳ Φησὶ, λευκού αὐτὴν τόδ' ἐπαίδευσε γάλα.

ΠΕΡΙΛΑΟΣ. Hesyc-

chius, Καρπομανῆς, εἰς οἴρον ἔξυβρίζουσα. Σοφοκλῆς Περιλάω. ΠΗΛΕΤΣ. Aristophanes Avibus, Όμορ-ρόθῶ, συνθέλω, Συμπαρανέστας ἔχω. Scholiastes, Σοφοκλέους ἐκ Πηλέως. idem ad Nebulas profert hos elegantes versus e Peleo Sophoclis,

Πηλέα τὸν Αἴανειον οἰκουρὸς μόνη.

γερονταγωγῷ οὖν απαίδευτον πάλιν.

πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ἐγγράσιων ἀνήρ.

Proferuntur et a Clemente Alex. libro sexto. Harpo-eration in ξηραλοιφεῖν. Σοφοκλῆς Πηλεῖ, ναι ξηραλοιφῶν εἰματος διὰ πτυχῶν. ita scribendum eo loco Stephanus in Κυκνῖτις. ubi scribe, Σ. ἐν Πηλεῖ ναὶ ἐν Ποιμέσιν.

ΠΛΥΝΤΡΙΑΙ. Pollux lib. 7. cap. 12. de vo-  
cabulo ἐπενδύτης loquens, ληπτέον αὐτὸν ἐκ τῶν τοῦ Σο-  
φοκλέους Πλυντριῶν, Πέπλους ητενίσαι, λινοπλυνεῖς τ'  
ἐπενδύτας.

ΠΟΙΜΕΝΕΣ. Athenaeus libro se-  
timo et decimo tertio. Stephanus de urbibus in Γραικός.

Erotianus explicans vocem πέλον. Harpoerationis verba  
sunt, ὅτι Θαλλῷ χαιρουσιν αἱ αἶγες ναι Σοφοκλῆς Πύ-  
λεσιν. ἐωθινὸς γὰρ πρὶν τιν' αὐλητῶν ὄραιν Θαλλὸν χιλίαις;  
προσφέρων νεόπαιδα εἶδον στρατὸν στείχοντα παραλίαν.  
Lego, Σοφ. Ποιμέσιν,

Ἐωθινὸς γὰρ πρὶν τιν' αὐλητῶν ὄραιν

Θαλλὸν χιμαίρα προσφέρων νεοσπάδα

εἶδον στρατὸν στείχοντα παρ' ἀλίαν ἄκραν.

[Huc refero Sexti Empirici verba e libro 1. adversus  
p. 493. dogmaticos, οὐκ ἐκ τέχνης τινὸς μεμαθήνασιν οἱ γραμ-  
ματικοὶ, ὅτι οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμένες, Ἰω βαλλήν  
λέγοντες, Ιω βασιλεῦ λέγουσι Φρυγιστί. Sed vera lectio  
sine dubio est, quae alibi habetur, Θαλλὸν χιμαίρα πρ.  
vide libro 13. cap. 6.]

ΠΟΛΥΕΙΔΟΣ. Hesyc-

chius, Ἀνταίας, πολεμίας. ἔχθρᾶς. Σοφοκλῆς Πολυείδω.  
vide et in ἄραιον.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.. Hesychius,

Παράρυμα. Σοφοκλῆς Πολυξένη, παράρυμα ποδός. ὡς  
κρεμαμένων τινῶν ὑφασμάτων ἐκ τοῦ ἄρματος πρὸς κάλ-  
λος. Meminit Harpocration, in ἥκρωτηριασμένοι. Ex-  
ea fabula erat hic versus, Ἀπ' αἰθέρος δὲ οὐπὸ λυγαλου-

νέφους, apud Scholia sten Apollonii, libro secundo. Stobaeus sermone 47. ΠΡΙΑΜΟΣ. Julius Pollux lib. 10. cap. 31. Οἰκοδόμου δὲ σπεύη, λεῖαι, γλαρίδες, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Πριάμῳ.

ΠΡΟΚΡΙΣ. Julius

Pollux, libr. 9. πλὴν τοῦ ἐπιτιμητοῦ, ὡς οὐχ οὐταὶ Σοφοκλῆς ἐν τῇ Προκρίδι, οὐλασταὶ οὐπιτιμηταί.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ. Pindari Scholia sten, ad odam quintam Pythionicarum, de Prometheus, διὸ καὶ τοῦνομα ἀπὸ τοῦ προμαθεῖν ἔσχε· καὶ Σοφοκλῆς δ' ἐν τῷ Προμηθεῖ, τοῦ προμηθέως θέλων λέγειν τῆς Φρονήσεως, ἀντέχεσθαι καὶ μὴ τῆς μεταμελείας.

ΠΙΖΟΤΟΜΟΙ. Macrobius

libro quinto, Sophoclis tragoedia id de quo quaerimus etiam titulo praefert. Inscrribitur enim 'Ριζοτόμοι. in qua Medeam describit maleficas herbas secantem: sed aversam, ne vi noxiis odoris ipsa interficeretur: et succum quidem herbarum in cados aeneos refundentem. Sophoclis versus hi sunt:

'Η δ' ἐξοπίσω χερὸς ὄμμα τρέπουσα  
ὄπὸν ἀργινεΦῆ στάζοντα τομῆς  
χαλιέοισι πάδοις δέχεται. Et paulo post:  
αἵδε παλυπταὶ οἴσται βίζων ιρύπτουσι τομὰς,  
ἀς ἥδε βοῶσα π' ἀλαζομένη γυμνὴ  
χαλιέοισιν ἥμα δρεπάνοις.

Apollonii vetus interpres ad lib. 3. Σοφοκλῆς ἐν 'Ριζοτόμοις τὸν χορὸν πεποίης λέγοντα,

'Ηλιε δέσποτα, καὶ πῦρ ιερὸν  
τῆς εἰνοδίας Ἐκάτης Φέγγος,  
τὸ δι' ὄλύμπου πολλὸν προφέρει  
καὶ γῆς ναίουσ' ιερὰς τριόδους  
στεφανωσαμένη δρυσὶ, καὶ πλείσταις  
ώμῶν σπείραισι δρακόντων,

Hesychius, αἱστώσας, διαχέας καὶ τήξας, Σοφοκλῆς 'Ριζοτόμοις.

ΣΑΛΜΩΝΕΤΣ. Athenaeus libro undecimo.

Hesychius, θῆμα, θῆμη τάφος, ἀνθημα. Σοφοκλῆς Σαλμωνεῖ. Alio loco, Καρινοὶ τράγοι, ᾧς εὐτελῶν θυτων. Σοφοκλῆς Σαλμωνεῖ. εἰ μὴ ἄρα ὑποσυγχέων τοὺς Κιλικίους. [ΣΑΤΥΡΟΙ. vide sup. ΚΩΦΟΙ ΣΑΤΥΡΟΙ.]

ΣΙΝΩΝ. Hesychius, αἰδύσσειν, ἀνασείειν.

Σίνωνι Σοφοκλῆς. iterum, ἄρρητον, ἄφραστον, ἀνιστόητον, ἀπόρρητον, ἄφωνον, αἰσχρόν. Σοφοκλῆς Σίνωνι. alibi, ἐνθρίακτος, ἐνθουσιῶν καὶ ἐνθάκτος. Σοφ. Σιν.

ΣΙΣΥΦΟΣ. Hesychius, Ζεῦγος τριπάρθενον, Σύριπίδης Ἐρεχθεῖ, καὶ Σοφοκλῆς Σισύφω, χαρίτων βιζύγων. Puto fuisse drama satyricum: nam ejus generis

suit Sisyphus Euripideum, teste Aeliano libro secundo, capite octavo. **ΣΚΤΘΑΙ.** Athenaeus libro 5.

Apollonii interpres vetus, ἐν τοῖς Σιύθαις ὁ Σοφοκλῆς ἔτερομήτρα τῆς Μηδελας τὸν "Αψυρτον λέγει. — οὐ γὰρ p. 494. ἐκ μιᾶς Κοίτης ἔβλαστον· ἀλλ' ὁ μὲν Νηρηΐδος τέκνου ἄρτι βλαστάνεσκε· τὴν δ' Εἰδυλλα πρὶν ποτ' Ὡκεανοῦ πόρη τίκτεν. Postea de reditu Argonautarum loquens, οὐ διὰ Τανάϊδος ἔπλευσαν, ἀλλὰ πατὰ τὸν αὐτὸν πλοῦν, παθ' ὃν παὶ πρότερον· ως Σοφοκλῆς ἐν Σιύθαις ιστορεῖ. Hesychius, in 'Αχιλλειον et ἀψάλαντος. **ΣΚΤ-**

**ΠΙΑΙ** ή **ΣΚΤΡΙΟΙ.** Foemineo genere citat Hesychius in εὔωρος. vide in EPIΣ. at in dictione ἀποστιβῆς, perperam Σοφοκλῆς Κυρίαις, pro Συνυρίαις. sic in voce Ζεύγλας male scriptum, Εύριπιδης Κυρίαις pro Συνυρίαις. nam et Scyrias fecerat Euripides. Scyrios nominat alibi Hesychius, ἀχρήματον, ἀδάπανον. Σοφοκλῆς Συνυρίαις. sic lege etiam in verbo αὐτόσιτον. Stobaeus sermone 49. et 57. et 115.

**ΤΑΛΩΣ.** Interpres

vetus Apollonii, lib. quarto, ὅτι δὲ εἶμαρτο αὐτῷ (Τάλω) τελευτῆσαι ῥαγείσης τῆς σύριγγος, λέγει παὶ Σοφοκλῆς ἐν Τάλω.

**ΤΕΤΚΡΟΣ.** Stephanus De urbibus. Ku-

χρεῖα, πάγος περὶ Σαλαμῖνα. Σοφοκλῆς Τεύηρω. Vide Stobaeum in 121.

**ΤΗΛΕΦΟΣ.** Hesychius, 'Αει-

φόρος, ἀειθαλῆς. Σοφοκλέους Τηλέφῳ. **ΤΗΡΕΤΣ.**

Aristoteles in libello De poetica, varios agnitionis modos explicans, παὶ ἐν τῷ Σοφοκλέους Τηρεῖ, ή τῆς περιήδος Φωνῆ. Aristophanes in Avibus,

Ἐύ. Τὸ μάρφος ἡμῖν σοῦ γελοῖον Φαίνεται.

'Επ. Τοιαῦτα μέντοι Σοφοκλέης λυμαίνεται  
ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐμὲ τὸν Τηρέα.

ibi interpres. ἐν γὰρ τῷ Τηρεῖ Σοφοκλῆς ἐποίησεν αὐτὸν ἀπωρνιθωμένον παὶ τὴν Πρόνυην. ἐν ω̄ ἔστιν πολλὰ τὸν Τηρέα. meminit et Hesychius. Sophoclem aemulatus Philocles tragicus, et ipse fabulam fecit, cui nomen indidit Τηρεὺς ή ἔποψ. de qua in comici scholiis. Stobaeus sermone 10. 39. et alibi.

**ΤΡΙΠΤΟΛΕΜΟΣ.**

Dionysius Halicarnasseus, libro primo. Athenaeus libro tertio et libro decimo. Plinius lib. 18. cap. 6. Ante mortem Alexandri annis fere 145. Sophocles poeta in fabula Triptolemo frumentum Italicum ante cuncta laudavit, ad verbum translata sententia,

Et fortunatam Italicam frumento canere candido.  
In Etymologico ita nuper editum, 'Απυνδάνωτος, τοῦ τραπέζης πύλαιξ ἀπύθμενος. Versus est ex ista fabula,

sed depravatissimus. Lege, Ἀπυνδάνωτος οὐ τραπεζοῦται οὐλιξ. Pollux lib. 10. cap. 22. Τὴν ἀπύθμενον οὐλικα ἐν Τριπτολέμῳ Σοφοκλῆς ἀπυνδάνωτον ὠνόμασεν. deinde hunc versum describit: quem et Hesychius attingit in ea voce. Comici interpres, commentario in Acharn. πλιξ τὸ βῆμα, οὐ πλίγματα. τὰ πηδήματα. ἐνθεν οὐ τὸ περιβάδην ἀμφιπλιξ, παρὰ Σοφοκλεῖ τὸν Τριπτολέμῳ. Meminit et Harpocration in μελινῃ. et saepe Hesychius.

### ΤΡΑΞΙΝΙΑΙ. extat. ΤΡΩΙΛΟΣ. Pollux

libro decimo cap. 38. Ξιφους δὲ ὄνομα ἔοικεν εἶναι βαρβαρικὸν ή σιαλμή Σοφοκλέους εἰπόντος ἐν Τρωίλῳ, Σιαλμή γὰρ ὄρχεις βασιλὶς ἐκτέμνουσ' ἐμούς. Hesychius, hujus fabulae voces profert, ἀμάσεται, ἀσας, ἀσόλοικον, ἔρη, λήιος, Ἰαννα, οὐταρβύλοις, et ἀνδρόπαις. Sed versum in quo usus poeta illa voce reperimus in scholiis Pindari, Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ Τρωίλου, Τὸν ἀνδρόπαιδα δεσπότην ἀπώλεσα. vide in Achillis amatoribus supra. p. 495.

ΤΥΜΠΑΝΙΣΤΑΙ. Athenaeus libro quarto. Stephanus de urbibus, Κόλχος τε, Χαλδαιός τε οὐταρβύλοις. Meminerunt amplius, vetus enarrator Sophoclis commentariis in Antigonon: Etymologici auctor in Δράναυλος, et Hesychius in ἀδημον. Hesychius, ἀντιστρέψω, ἀνταξιῶ, Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς. vide eundem in Δράναυλος. Stobaeus sermone 57. ΤΥΝΔΑΡΟΣ.

Stobaeus sermone 103. versus affert ex Sophoclis Tyn-daro: quorum sententiam in iis quae extant non semel legas, diversis verbis expressam. ΤΥΠΑΝΝΟΙ.

Hesychius, ἔχθιμα, μισήματα. Σοφοκλῆς Τυράννοις. alibi legere non recordor.

ΤΥΡΩ. Athenaeus libro tertio et undecimo, et Stobaeus non semel. Macrobius libro 5. cap. 21. Sophocles in fabula, quae inscribitur *Tyro*,

Πρὸς τὴν τράπεζαν Φάσιων  
προσεληλυθέναι τοὺς δράνοντας  
οὐταρχήσια περὶ τὰ σιταὶ οὐταὶ τὰ παρχήσια.

Vide Aelianum De animalibus libro 11. cap. 18. Laudatur etiam Euripidea Tyro. Aristoteles in libro de poetica de utrius poetae fabula senserit incertum, cum scribit, οὐταὶ τῶν σημείων τὰ μὲν ἐν τῷ σώματι, οἷον οὐλαὶ· τὰ δὲ ἐκτὸς τὰ περιδέραια οὐταὶ οἷον ἐν τῇ Τυροῖ διὰ τῆς σιαφῆς. Stobaeus sermone 20. et 44. et saepius.

ΤΥΡΩ ΔΕΥΤΕΡΑ. Aristophanis versus est in Avibus, Νὴ Δι! ἔτερος δὴ τάχ' οὗτος ἔξεδρον χώραν ἔχων. Interpres, ἐκ τῆς Σοφοκλέους δευτέρας Τυροῦ,

ἥς ή ἀρχή. Τίς ὄρνις οὗτος ἔξεδρον χώραν ἔχων; Auctor Etymologici, Ἐρηνοβοσιός, ὁ προβατοβοσιός. ἐν Τυροῖ β Σοφοκλῆς. Stobaeus laudat capite 108. ΤΒΡΙΣ. Athenaeus libro decimo quarto. Stobaei margines capite De oblivione: haec verba nobis exhibent, Sophoclis in contumelia Satyri. Vellel ipsa Graeca verba antiquissimarum editionum docti viri in nuperis editionibus retinuerint. Melius longe de nostris studiis essent meriti. Conjicio ex istis Sophoclis "Τύριον" fabulam satyricam fuisse. ΦΑΙΔΡΑ. Hesychius, "Αγκυραι μεταφοριῶς αἱ ἀσφάλειαι. Σοφοκλῆς Φαιδραις. melius Φαιδρα. idem, ἀνλεπτοι, οὐ παραλογιζόμενοι, ἀληθεῖς. Σοφοκλῆς Φαιδρα. vide in ἀψεφές. et paroemiographos in proverbio χαλάσω τὴν ιερὰν ἀγυνυραν. Stobaeus sermone 41. et alibi. ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ. extat. Sed non dubito plures eo nomine fabulas Sophocli editas. Nam in ea tragoeadia quae edita est, arcessitur ad Trojam Philoctetes. Reperio autem docuisse eundem tragicum fabulam aliam, cuius argumentum erant casus Philoctetae ad Trojam. Quare illius fuit index ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ EN TPOIA. Auctor Hesych. in Ζηλῷ. ΦΙΝΕΤΣ. Aristophanes in Pluto.

— ἀντὶ γὰρ τυφλοῦ

Ἐξωματωται καὶ λελάμπρυνται κόρας.

Interpres, ἐκ Φινέως Σοφοκλέους ὁ στίχος. Athenaeus libro tertio. Apud Pollucem libro septimo extremo sic p. 496. editum. καὶ τὸ ιωμαδούμενον ἐν Σοφοκλέους Φινεῖ βλέφαρον. οὐκέληται δ' ᾧς ιαπηλσίου πύλαι. quis haec intellegit? nec mirum: sunt enim depravatissima. Emendo vere, καὶ τὸ ιω. ἐν Σο. Φινεῖ, Βλέφαρον οὐκέλεισται γ' ᾧς ιαπήλειοι πύλαι. Ait Pollux, comparasse Sophoclem clusuram oculorum caeci hominis, occlusis cauponis foribus, quod simile, sane quam frigidum et longe repetitum, exagitatum fuerit a comicis, sicut alia multa ejus poetae. De hac fabula accipio verba interpretis Apollonii libro secundo, Πηρωθῆναι Φινέα λέγει Σοφοκλῆς, ὅτι τοὺς ἐκ Κλεοπάτρας νιοὺς ἐτύφλωσεν, "Ωρυιδον καὶ Κράμβιν. πεισθεὶς διαβολαῖς Δίας [vel Ἰδαῖας emendante Jos. Scaligero] τῆς αὐτῶν μητρός. Hesychius in ἀπενώτισαν et ἀρτύμασι. ΦΙΝΕΤΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ. Hesychius, Ἀχάλικευτα τρύπανα, τὰ Φρύγια πυρεῖα. Σοφοκλῆς, Φινεῖ δευτέρῳ.

ΦΟΙΝΙΞ. Athenaeus libro secundo.

ΦΡΙΞΟΣ. Epitoma Stephani, εὑρίσκεται προαστίᾳ γῇ ἐν Φρίξῳ Σοφοκλέους.

*Ορια κελεύθου τῆσδε γῆς προαστίας.*

*Etiam Euripides Phrixum ediderat. alii Φρύξος.*

**ΦΡΥΓΕΣ.** Aeschylus interpres ad Prometheus vincetum, Σιωπῶσι παρὰ ποιηταῖς τὰ πρόσωπα, ἢ δι' αὐθαδίαν, ὡς Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυξὶ Σοφοκλέους. **ΦΥΛΟΤΙΔΕΣ.**

Aulus Gellius libro decimo tertio. *Etiam ille versus non minus notus, Γέρων γέρουτα παιδαγωγήσω σ' ἔγώ, et in tragoeadia Sophocli scriptus est, cui titulus.*

*Φυλότιδες, et in Bacchis Euripidi. Non est dictio Graeca Φυλότιδες.*

Graeca erit si τ in π mutetur, Φυλόπιδες. verum nihil ad rem. esset aliquid Πυλάτιδες. sed malo,

atque adeo verum censeo, **ΦΘΙΩΤΙΔΕΣ.** Ac videor in Graecorum commentariis reperisse alicubi Sophoclis *Phthiotas* aut *Phthiotidas*, et si indicare locum nunc non possum. Nam neque memini, neque ad manum

sunt omnes Graeci scriptores, quos aliquando lectitavimus. Studiosi adolescentes quibus adminiculatio memoria est, quaerant, et laterculum superius diligentia sua amplifcent. Quamquam si quae fuerint aliae Sophoclis fabulae, praeter quarum titulos hic exhibemus,

oppido paucae illae sunt. In vita ipsius de numero fabularum quas docuit aut fecit, ita legitur: ἔγραψε δὲ ὁ Φησιν Ἀριστοφάνης δράματα ἵνατὸν τριάνοντα· τούτων δὲ νοθεύεται δεκαεπτά. *Scripsit auctore Aristophane fabulas 130. quarum 17. censentur adulterinae.*

Non longe abest ab hoc numero hic noster. plures enim 125. fabularum indices in superiore albo invenies. Sed non

sunt omnes opinor, Sophoclis ejus quem inter veteres tragicos regum obtinere omnes consentiunt. Fuit enim

junior Sophocles tragicus et ipse poeta. cuius Clemens Alexandrinus meminit, et alii. Fortasse hujus fuerunt

ex iis quarum titulos adscripsimus, nonnullae. Sane scribunt alii non 130. sed 123. solum tragedias sub nomine prisci Sophoclis jam olim in manibus eruditorum esse versatas. Itaque ut dixi, e vere Sophocleis paucae omnino sunt, quarum titulos desideres. Verum de his aliquando fortasse curatius, et diligentius. Nunc ad p. 497.

opus institutum revertamur.

## CAPUT QUINTUM.

*Athenaei error ex depravata lectione librorum Aristotelis. πάρα, ἥς. παρετυμολογία. amiae piscis*

*elytum. Archestrateae Gastronomiae principium. οἱ περὶ μετεώρων Φόβοι apud Epicurum. ἐπίκουρος. Vetus proverbium apud Aristotelem emendatum. ὁ Φρόνιμος prudentia. De veterum eranis. multa observata et emendata.*

AMIAM pisces verbis Aristotelis describens Athenaeus, inter caetera haec ait, *χολὴν τε ἔχειν ισομήνη τῷ ἐντέρῳ, καὶ σπλῆνα ὄμοιως. fellis vesicam habere intestino longitudine parem, et similiter splenem.* Neque de felle quod dicitur satis explicate dicitur: et de splene quod scribit, falsum est. Fellis vesica in hoc pisce non solum parilis cum intestino est longitudinis: verum etiam illi adhaeret, atque ut loquitur philosophus. *πάρολον τὸ ἐντερον ἐννοούμενον ἔστιν.* Sed Athenaeus brevitatis studio cum summa capita ex Aristotele excerpteret, multa saepe etiam necessaria verba praetermisit: saepe etiam male quaedam legit, et pro vera lectione falsam est amplexus. Factum est utrumque isto loco. Nam de sellis vesica Aristotelis verba sunt, Histor. lib. 2. cap. 15. unde haec desumpta esse constat: *ἡ μὲν οὖν ἀμύλα πάρολα τὸ ἐντερον παρατεταμένην, (τὴν χολὴν) ισομήνη ἔχει· πολλάκις δὲ καὶ ἐπαναδίπλωμα.* *Habet amia fellis vesicam secundum ipsum intestinum porrectam, longitudine illi parem: saepe etiam aliquid est ejus quod reduplicetur.* De splene vero amiae nihil philosophus. Unde igitur illa noster? nempe ex depravata sui exemplaris lectione. Nam pro καὶ ἐπαναδίπλωμα legit καὶ σπλῆνα ὄμοιως. Atqui falsissimum est amiae splenem ejusdem esse cum sellis vesica et intestino longitudinis. En quid eveniat etiam doctissimis viris, cum de librariorum temeritate ac perfidia non cogitant. Nam Athenaeum aliter non scripsisse, persuasum mihi non solum, quia ita membranae omnes habent, et illa optima Hoeschelii Epitoma: sed etiam quia vetustissimus Etymologici magni auctor non aliter hunc locum describit. quamquam ille Athenaeum ibi non nominat: sed hoc saepius ab eo fieri observavimus, ut auctoris hujus verbis utatur pro suis tacito illius nomine. In verbis Epicharmi scribo, *πρῶτη μέν γ' ἀτενὲς ἀπ' αὐσὶς ἀφύας ἀποπυρίζουμες στρογγύλας, καὶ δελφάκινά γ' ὠπτάομεν κρέα, καὶ πολύπους, καὶ γλυκύν γ' ἐπὶ τῷ ἐπίομες οἶνον.* Sequentia non possum assequi, οἷμοι μοι τάλας

περὶ σάμα μὲς παλοῦσα. Videntur esse alicujus verba qui doleat se asuisse a memoratis epulis. Etiam sequentia sunt corruptissima, πατίσια λέγει Φοῦ, τῶν πακῶν. Forte, καὶ τις κ' ἀλέγοι, Φεῦ τῶν πακῶν! ecquis, ait, opem ferat? o sortem duram! Postea δὲ καὶ πάρα τρίγλας τε καὶ . . . πάχηα πάμιαι. nec melius membranae. Possimus scribere, ὅππα πάρα τρίγλας p. 498. τε καὶ πάχεῖαι γ' ἀμιαι δύο. nec multo aliter interpres. πάρα tam pro *adsunt* quam pro *adest* posuerunt. Eupolis hoc libro, οὐα πάρα μὲν πάραβοι. Sic παρῆν pro παρῆσαν. ut statim Φάσσαι τε παρῆν. et ἦν pro ἦσαν. Idem poeta, ἦν δὲ νάριαι, ἦν δὲ ζύγαιναι. nisi scribendum ἦς et παρῆς. ut infra ἐνῆς pro ἐνῆσαν. Non legitur hodie in iis quae habentur Aristotelis, quod ex eo refertur de etymo vocis ἀμια. Ἀριστοτέλης, ait, παρετυμολογῶν αὐτῆς τοῦνομα Φησὶν ὀνομάσθαι παρὰ τὸ ἄμια ιέναι ταῖς παραπλησίαις. ἔστι γὰρ συναγελαστική. Putavit Athenaeus non esse verum etymum hoc: sed potius παρονομασίαν quandam: claudicat enim διὰ τὸ πανὸν τοῦ πνευματισμοῦ, ut loquitur Eustathius. ideo ait παρετυμολογῶν. similes paretymologiae apud philosophos, et alios sapientes. Eustathius aliud veriloquium affert haud scio an ex Athenaeo, libris usus integroribus: a privativa particula α, et μια: nullae enim solae amiae conspiciuntur. [Plutarchus sic in libro, Utra prudentiora sunt animalia terraene an maris. ἀμιαι δὲ καὶ τοῦνομα παρέσχηνεν δὲ συναγελασμός. οἷμαι δὲ καὶ ταῖς πηλαμύσι.] In versu altero Archestrati scribe, τί σοι τάδε μυθολογεύω; quid verbis opus? Paulo post recte Dalec. καὶ ἐγγὺς ἀλός που. De principio operis Archestratei scribitur μοχ, μετ' ἀπριβείας ἐθέλει πάντα εκτίθεσθαι, ὅπου ἔστιν ἕκαστον πάλλιστον βρωτόν τε. Lego adjecta voce quam deesse arguit vocula τε, hoc modo, βρωτόν τε ποτόν τε. ex Athenaeo satis constat non minus vivorum genera exposuisse Archestratum, quam eduliorum. Sed videntur Archestratei operis duo primi versus ita concinnandi ex hoc loco, et alio libri primi,

'Ιστορίης ἐπίδειγμα ποιεύμενος 'Ελλάδι πάσῃ,

λέξω ὅπου πάλλιστον ἄπαν βρωτόν τε ποτόν τε.

Sequitur de Epicuro, οἴεται γὰρ οὗτος ὁ σοφὸς, καὶ τὸν τῶν ἀσώτων βίον ἀνεπίληπτον εἶναι. εἴπερ αὐτῷ προσγένηται τὸ ἀδεὲς καὶ ἴλεων. Inter hujus sophi κυρίας δόξας haec fuit, auctore et interprete Cicerone. Si ea quae sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent

eos deorum et mortis et doloris metu, docerentque, qui essent fines cupiditatum, nihil haberem quod reprehenderem. Ipsa Epicuri verba sunt, εἰ τὰ ποιητικὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν ἔλυτο τοὺς Φόβους τῆς διανοίας, τούς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων· ἔτι τὸ πέρας τῶν ἐπιθυμιῶν ἐδίδασκεν· οὐκ ἄν ποτε εἴχομεν, ὅ τι μεμψαίμεθα αὐτοῖς. Vertit Cic. τοὺς περὶ μετεώρων Φόβους, deorum metus. ita loquebatur Epicurus, sic alibi, τὰς ὑπὲρ τῶν μετεώρων ὑποψίας. Mendosum est quod statim sequitur, διὸ καὶ οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ πατατρέχοντες που τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς ἀκρασίας, Ἐπικούρους καὶ βοηθοὺς βοῶσιν. Interpretes ut aliquam sententiam elicerent sustulerunt illa καὶ βοηθούς. longe alia nobis ineunda videtur ratio loci emendandi. non enim ἐξ ἀφαιρέσεως, sed ἐκ προσθέσεως sanare eum debemus. Lego sic, διὸ καὶ οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ πρὸς τοὺς πατατρέχοντάς που τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς ἀκρασίας Ἐπίκουρον καὶ Ἐπίκουρολους ἐπικούρους καὶ βοηθοὺς βοῶσιν. id est, Ideo comicī poetae adversus eos qui voluptatem et incontinentiam vituperant, Epicurum et Epicureos advocant ἐπικούρους, et in auxilium sibi. In edita lectione praeter manifestum hiatum, hoc etiam est incommodum, quod facit ipsos qui voluptatem incusarent, in subsidium suum appellare Epicurum et Epicureos: quod est absurdum. Poetica vox est ἐπίκουρος, in qua ludit auctor venuste. utuntur et historici, ut Thucydides saepe. Extat etiam ea vox in proverbiali versu, cuius mihi commodum venit nunc in mentem, ut veram illius lectionem hoc loco indicem. In septima Eudemiorum ubi agitur de amicitia quae ex utilitate constat, philosophi sunt verba plane aurea: διὰ τὸ χρήσιμόν ἔστιν ἡ τῶν πλείστων Φιλία. διὰ γὰρ τὸ χρήσιμοι εἶναι Φιλοῦσιν ἀλλήλους, καὶ μέχρι τούτου, ὥσπερ ἡ παροιμία, Γλαῦκ' ἐπίκουρος ἀνὴρ τὸν σὸν Φίλον ἔσκε μάχηται. nullum ex hac scriptura sensum elicias. Scribendum, Γλαῦκ' ἐπίκουρος ἀνὴρ τόσσον Φίλος ἔσκε μάχηται. planissima et optima sententia. [et ita postea edidit Josepus Scaliger, in aureoli Sironiatei proverbialis novissima editione.] De Platonis subjecto loco quaedam notamus libro tertio. In primo versu ex *Androphono* ejusdem comicī, Ἐξὸν γυναικί ἔχοντα πατακεῖσθαι καλὴν, loquitur poeta de accubitu ad mensam: neque aliter verbum πατακεῖσθαι est exponendum. declarat proximus, καὶ Λεσβίου χυτρῖδε λαμβάνειν δύο.

Tertium ita scribe. 'Ο Φρόνιμος ἐστι τοῦτο, τοῦτο τὸν ἀγαθόν. more Thucydidis eleganter positum ὁ Φρόνιμος pro ἡ Φρόνησις. alioquin poterat, τὸ Φρόνιμον. In penultimo deest syllaba, Εἰ τοῦτον ἔχων πάντες ὅν εγώ βίον. restitue, ὅν εγώ ζῶ βίον. Est vero acute et invideose in Epicurum dictum: si omnes ejus legibus vivarent et obtineret vulgo ejus doctrina, Οὐτ' ἄτοπος ἦν αὐτόν, οὐτε μοιχὸς οὐδὲ εἰς: nemo reperiretur in honestus, nemo adulter. Vult dicere fore omnia jura promiscua, et discrimen recti atque honesti sublatum iri. Tolle enim honesti atque dishonesti fines: eadem omnia peccata sustuleris. Speusippo philosopho avaritiam objiciens Dionysius tyrannus, scribit ad ipsum in haec verba, Σὺ τισὶν φιλαργυρίαν ὄνειδίζεις; αὐτὸς μηδὲν ἐκλελοιπὼς αἰσχρονερδεῖας. τί γὰρ οὐ πεποίηκας, οὐχ ὑπὲρ ᾧν Ἐρμείας ὥφειλεν αὐτὸς ἐκτετικώς, ἔρανον συνάγειν ἐπιχειρεῖς; e veterum Graecorum moribus pendet hujus loci interpretatio. Institutum illorum fuit, sicut ad Theophrastum dicebamus, ut si quis in paupertatem delaberetur, ἔρανον ab amicis posset suo jure exigere, sublevandae inopiae sua. Hoc more pulcherrimo absolutebant saepe homines μικρολόγοι et turpiculi lucelli avidi. Saepe enim cum damnum nullum accepissent, singebant accepisse, ut ditescendi ex alieno occasionem nanciserentur. Similis fuit illius versutia, quem ait Martialis saepius in anno nasci, ut natalitia dona saepius item exigeret. Non defuerunt qui jus exigendi erani ab afflito redimerent ceu frumentariam aliquam tesseram, et sua pecunia creditoribus satisfacerent, spe colligendae mox summae majoris. In quo turpissimam fuisse nundinationem omnes fateantur. Utrumque genus sordium in Speusippo notat Dionysius. ad prius spectant p. 500. verba Athenaei ex ipso Dionysio: ἔρανιζεσθαι αὐτὸν παρὰ πολλῶν διελέγχων. posterius illis indicatur quae supra adscripsimus, si modo illa capimus recte. Ait, nullam infamis lucri ansam eum non captasse: qui cum pecunia sua solvisset quae debebantur ab Hermia, postea eranum eo nomine exigeret. nisi ita accipias ut sumus interpretati, friget intentia aut potius nulla est. Scripsimus aliquanto post, ἀΦαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἤδονάς, ubi priores editiones, et cum iis interpretes, διὰ χειλῶν, inepte. Cicero, quem adversus se laudat vir doctus, voluptates quae sapore percipiuntur. Deinde ex melioribus membranis adjecimus ista, ἀΦαιρῶν δὲ τὰς δι-

ἀπροματίτων. Tullius, detrahens eas etiam quae auditu et cantibus percipiuntur. Pro ταῖς προελθών Φησὶ λέγειν. Scribendum λέγων: aut sic, Φύσει λέγει τιμητέου τὸ παλόν. Vide librum 12. unde supplevimus quae hic deerant.

## CAPUT SEXTUM.

*Philetaeri drama Κυνηγίς. γαμήλιος. Apollodori fabula Γραμματιδιοποίος. γραμματίδιον. Apollodorus Carystius, aut Atheniensis comicus. Apollodorus Gelous item comicus. πίνειν ἔξιένται. ἈΦάνης scriptor. ἀνθιά. Apollodori Atheniensis libri Περὶ Σώφρονος, id est, commentatorum in Sophronem. προθεῖς. κηροειδῆς et κιρροειδῆς: alphesticus piscis. item alia.*

*Φιλέταιρος Κυναγίδι. auctore Suida inter Philetaeri fabulas fuit Κυνηγιάς. Subjecti versus hanc continent sententiam: optimum esse si quis in diem vivat, et fruatur bonis quae aderunt. nam cum adeo sint caduca omnia mortalium, frustra aliquis se torqueat de crastino semper sollicitus, ut magnas opes congerat et in thesauros abdat sibi inutiles. Interpretes contrarium sensum elicunt: sedulo providendum esse ne quid in crastinum desit: quod est plane contrarium ei quod dicitur primis versibus, vivendum esse in diem. Quare integrum locum ita corrige:*

Τ! δεῖ γὰρ ὅντα θυητὸν, ἴκετεύω, ποιεῖν;  
πλὴν ἥδεως ζῆν τὸν βίον παθ' ἡμέραν,  
ἕάν γ' ἔχῃ τὶς ὄπόθεν. ἀλλὰ δεῖ σκοπεῖν  
τοῦτ', αὐτὰ τ' ἀνθρώπει ὄρῶντα πράγματα.  
εἰς αὔριον δὲ οὐχὶ Φροντίζειν ὁ τι  
ἔσται· περίεργόν ἔστιν ἀποκεῖσθαι πάνυ  
ἔωλον ἔνδον ἀργύριον.

elegantissimi sane verficuli, et jam planissimi, abstensis mendis, et punctis in suum locum restitutis. Verbum ἴκετεύω ita insertum orationi elegantiae caussa, ut apud Latinos quaeſo. cuius loco legas apud B. Chrysostomum *sīπε μοι* singulis paginis saepissime.

Oὐδὲν νεκροῖσι πέττεται γαμήλιος

*in Orco non coquitur placenta nuptialis.* deest enim ex usu loquendi nomen πλακοῦς. Placentae et opera dulciaria, vel præcipua pars olim apud Athenienses p. 501. apparatus nuptialis: ideo mulieres δημιουργοὶ in eam rem adhibitae: de quibus satis ante dictum est. Hesychius γαμήλιος ὁ εἰς τοὺς γάμους πεσσόμενος πλακοῦς.

'Απολλόδωρος ὁ Καρύστιος ἐν Γραμματιδοποιῷ. melius Γραμματιδοποιῷ. neque aliter vetus Messaei liber. recoctum aliquem formularium aut litium procuratorem traduxisse ēā fabulā videtur poeta. γραμματίδια vocabant litium instrumenta. ut in descriptione ἀπονοίας Theophrastus, ἔχων ἔχηνον ἐν τῷ προηλπίῳ, καὶ ὅρμα-θοὺς γραμματίδιαν ἐν ταῖς χερσὶ. vulgata lectio apud Pollucem, libro 7. cap. ult. ἐκπαμματοποιὸς, inquit, δρᾶμα Ἀλέξιδος, καὶ γραμματιδοποιὸς Ἀπολλοδώρου. Sed notanda ejusdem Pollucis verba lib. 10. cap. 23. ἐν δὲ τῷ τοῦ Γελῶν Ἀπολλοδώρου Γραμματοποιῷ. κυμινοθήμη μεταξὺ τῶν λόγων τούτων εἶναι μοι δοκεῖ. non puto aliam fabulam intelligi. quanquam hujus auctorem Apollodorum Athenaeus Carystium nominat, Pollux Geloum. Erravit fortasse hujus aut illius mens alibi occupata. nisi hoc verius: variaſſe jam olim ſuper auctore ejus fabulae criticorum ſententias: nam et Apollodorus quidam ſuit Gelous coīoediarum factor. Meminit Pollux coniunctim utriusque, Geloī inquam et Caryſtii lib. 10. cap. 31. et Caryſtii ſeparatim cap. 32. et 33. Suidas comicos duos prodit nobis ejusdem nominis, neutrum Caryſtium: ſed Geloum alterum, alterum Atheniensem. idem fabulam unam Geloī Apollodori inſcribit Ἀριστόδειπνον hanc ipſam de qua agimus intelligens, niſi fal-llimur. Itaque locus corrigendus.

Oὐ τοῦτο τὸ

ζῆν ἐστι τὸ καλούμενον Θεῶν ἀληθῶς βίον. Malim βίος, hoc ſenſu. iſtud quod vivere nunc vocant: ſive haec communis hominum vita, non eſt illa vera vita, quae dicitur vita Deum. Sic in ultimis verſibus, τοῦτ' οὐ τρυφὴ Καὶ βίος ἀληθῶς. Cum ait poeta, Πίνειν Ἀθηναῖοὺς ἀπαντας τοὺς μέχρι Ἔτῶν τριάνοντ' ἐξιέναι. cave ſequaris interpretes: ſed primum atque ultimum verbum conjunge. πίνειν ἐξιέναι eſt ire comeſſatum. Comeſſatio tam bibendi quam amoris cauſa luſcipiebat, atque ea petulantia utebantur adolescentes donec alia aetas alios mores poſtularet. Poeta juſ hoc adolescentiae producens ait, beatam fore hominum vitam, ſi

comessari ad tricesimum usque annum liceret. Pone  
deinde τελείαν στιγμὴν post ἔχοντας, et sequentia verba  
sic accipe quasi esset scriptum, καὶ μύρον ἐψειν προ-  
ημέρας τοὺς τὴν Μεγαρέων ῥάφανου πωλοῦντας. Vita  
beatae hanc tertiam conditionem statuit: ut omnes iii  
qui Athenis vendebant ῥαφάνους Megaricas fierent μυρεῖ.  
Ψοὶ hoc est unguentarii. Quis est autem scriptor ille  
obscurus et vere ῥαφανῆς, de quo mox sequitur, ἘΑΦΑ-  
ΝΗΣ δὲ, γνώριμος δὲ ἦν καὶ οὗτος τοῦ Ἀρίστωνος, ἐν τῷ  
Ἀρίστωνι, καὶ αὐτὸς οὗτος ἐπιγράψας τὸ σύγγραμμα:  
Aphanem ex omnibus antiquis nullum ego novi. Aph-  
reum scio suisse nomen olim usitatum. sed videtur ἘΑΦΑ-  
ΝΗΣ per compendium scriptum pro Ἀπολλοφάνης, aut  
p. 502. Ἀριστοφάνης, aut Ἀντιφάνης. De Dionyllo Metathe-  
meno Diogenes Laërtius lib. 7. ἀνθινὰ μετημφιάσατο  
probe et vere scriptum, neque audiendi qui censem  
mutandum. ἀνθινὰ sunt vestes versicolores, luxuriosissimae  
olim propriae et parum pudicis. Ideo cautum Romae  
veteri lege Oppia, ne qua mulier vestimento versicolorii  
uteretur. auctore Livio, lib. 39. et apud Atheniensess  
ἀνθινὰ gestare meretricum fuit. Suidas, Νόμος Ἀθήνησι  
τὰς ἑταῖρας ἀνθινὰ Φορεῖν. Similis lex etiam apud  
Locros, cuius auctor Zaleucus, teste Suida eodem.  
Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Σώφρονος;  
τῷ εἰς τοὺς ἄνδρείους μίμους. Hic est Apollodorus anti-  
quus grammaticus, qui et Sophronem et Epicharmum,  
ut auctor est Porphyrius in vita Plotini, poetas obscuros  
radiis ingenii sui illustraverat. Commentariorum illius  
in Sophronem saepe Athenaeus meminit, et in univer-  
sum eos appellat τὰ περὶ Σώφρονος, ut hic, et iterum  
paulo post, atque in simillimo libri tertii loco. Et ta-  
men viro docto fraudi fuit hoc loquendi genus: qui  
vertit hic, *Apollodorus libro De temperante*. errore  
vaegrandi. Sic autem soliti poetarum antiqui interpre-  
tes suos commentarios inscribere. lib. 12. Χαμαιλέων ἐν  
τῷ περὶ Ἀνακρέοντος. id est, *Chamaeleon libro Commen-*  
*tario in Anacreonem*. alibi, Διφιλος περὶ τῶν Νικάν-  
δρου Θηριακῶν. pro, in Nicandi Theriacorum enarra-  
tione. Aristophanis scholia stes ad Vespas quartum librum  
Commentariorum Apollodori in Sophronem laudat, ne-  
que aliter inscribit. ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος καὶ ὅτι τὸ πότη-  
ριον τοῦ ἀγαθοῦ δαιμονος μεστὸν πάλιν ἀπεπλήρουν δε-  
δῆλωκεν ἐν τῇ δ' περὶ Σώφρονος. Notum autem est  
Sophronem et Muliebres et Viriles mimos separatim

edidisse: quorum et in Athenaeo, et apud alios passim mentio. Ita igitur verte, *Apollodorus Atheniensis lib. tertio Commentariorum in Viriles mimos Sophronis.* deinde quae sequuntur verba, προθεὶς τὸ οὐαπυγοτέραν τ' ἀλφηστᾶν, Φησὶν, ita accipe: cum praeposuisse ista Sophronis, οὐαπυγοτέραν δ' ἀλφηστᾶν, impudiciorem alphestis, haec dicit. videlicet, quae addit Athenaeus. προθεὶς familiare huic scriptori verbum hoc sensu. Qui scribunt commentarios praeponunt quod explicandum est sua interpretationi. Sic libro 12. Χαμαιλέων ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ Ἀνακρέοντος, προθεὶς τὸ ξ. Libro 11. Φιλήμων δ' ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ὄνόμασιν ἡ Γλώσσαις προθεὶς Κάλπις. In eodem, Σωσίβιος ὁ λυτικὸς προθεὶς τὰ ἔπη. libro tertio, Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ Σώφρονος. προθεὶς τὸ λιχνότερα τὰν πορφυρᾶν. In omnibus his locis caecutiunt docti interpretes: in quibusdam vacillat librorum fides. De errore Breviarioris quem hic admisit, et post illum Eustathius, initio operis diximus.

ΑΛΦΗΣΤΑΙ τὸ μὲν ὅλον οὐροεῖς, πορφυρίζοντες δὲ οὐαπά τινα μέρη. Potest legi κιρδοιδεῖς, qua voce Dioscorides utitur. Ita fere scriptum in Excerptis: neque aliter Eustathius. et sequitur ex Aristotele, μονάπανθον εἶναι καὶ κιρρὸν τὸν ἀλφηστικόν. ectionem tamen editam antepono. ea mox Epicharmus citatur. Plinius vertit, lutei coloris. In verbis Aristoteleis suspecta viti erat vox ἀλφηστικόν. donec comperior solum alphestam, sed et alphesticum pisces hunc uisse nominatum. Sic autem appellat etiam Diocles in primo Τγιεινῶν.

### CAPUT SEPTIMUM.

Ananias poëta. Φθιγοπαρισμός. τραπεῖν, trapetes. *Esus catulinae et caninae. Βαβράζειν. ἐμπρέπειν τισί.* liber Aristotelis περὶ γέων ἡθῶν. callionymi varia nomina. λύκος pisces. Aelianus locus emendatus. Alexandri Aetoli Αλιεῖς. Veteres abstinuisse ab esu delphinariorum. Timachidas grammaticus. Chefias virgo. πατρὸς συμφρεάδιμονα θυμὸν αἴξων. leucus pisces.

[AI σκιφίας χρόμιός τ' ἐν τῷ ἥρι οαπτὸν ἀνεμον λιχθύων ἀντων ἀριστος, ἀνθίας δὲ χειματι. Corruptissima haec

sunt, ut fere omnia. Dalecampius *κάπτων* scribit, eorum piscium ventosam quandam conceptionem prodidit cui *τερατολογία* non est quod vereamur anteponere veritatem. Membranae sic praeferunt *κατ* . . . *τὸν ἀναμιον*. Spondeo legendum, *καττὸν Ἀνάνιου*. Dicitur est, *καττὸν* pro *κατὰ τὸν*, ut *ποττὸν* apud Theocritum et infra ex eodem Epicharmo, *ποττούτοισι* nec multo secus scribuntur haec Epicharmi sub libri hujus finem quamquam male etiam ibi ab interpretibus accipiuntur fane quidem in amplissimi Messaei codice *καττὸν* liquidum praescriptum est. Ananius poeta sive Ananias, ut eum vocat Aristophanis enarrator, Epicharmum aetate praecessit. Ait igitur Epicharmus, *Chromius νερις temporis auctore Ananio, piscium omnium est optimus.* ipsi deinde Ananii verba subjicit Athenaeus, seu Epicharmus agens interpretem.

*Ὥψων ἄριστον καρίς ἐν συκέᾳ Φύλλον.* Scribe, ἐν συκέᾳ Φύλλων. vel, ἐν συκέᾳ Φύλλοις. Sic paulo ante praecipiebat helluonum magister amiam parare. *Ἐν συκέᾳ Φύλλοις, καὶ ὄριγάνῳ μάλᾳ πολλῇ.* Proxima verba, ἡδύ γ' ἐσθίειν χειμάρις *Φθινοπωρισμῷ κρέας*, corrigo in hunc modum, ἡδύ γ' ἐσθίειν χιμάρω *Φθινοπωρισμῷ κρέας*. Theocritus χιμάρω δὲ καλὸν *κρῆς ἔστε κ' ἀμέλειης.* Sicula vox εἰς *Φθινοπωρισμὸς* pro *Φθινόπωρον.* *σπωρίζειν, fructus autumnales colligere.* vel scribendum, *Φθινοπωρινῷ.* videlicet *καιρῷ.* [Scaliger ὁ μακαρίτης ita concipiebat ἡδύγε ἐσθίειν χιμαρην *Φθινοπωρινῷ κρέας.*] δέλφακος δὲ ὅταν τραπῶσι καὶ πατέωσιν ἐσθίειν. Docti corrigit δέλφακος δὲ τρυγῶσι. editam scripturam tuentur omnes membranae. ἐν παραλλήλον igitur dixerit poeta τραπῶσι καὶ πατῶσι. idem namque significant. Ac fortasse posterius interpretamentum est prioris, quod poeticum vocabulum esse observat Eustathius. Homerus, "Αλλας δὲ τραπέουσι hinc dicti *trapetes* qui apud Catonem inter vasa torcularia, capite decimo octavo, et alibi inter olearia. καὶ οὐνῶν αὕτη τόδ' ὥρη καὶ λαγῶν. Egitavisse veteres Romanos catulinam carnem ex Feste scimus et Plinius.

p. 504. Graeci et catulinam edebant hoc est, τὴν τῶν συνλάκων nam in Hippocratis Περὶ παθῶν libro, *κρέα σκύλακος ἐΦθάλλας* legas: et canum etiam grandioris aetatis. Ai enim Hippocrates eodem libro, *Ὥψον δὲ λαγων κρέα καὶ οὐνὸς τελείου.* οἵος αὐτὸς ἐδὲ ὅταν θέρος τῇ, καὶ ηχέται βαθράζωσι. prima verba quae depravissima sunt, sic recte emendamus dubio proculi Olo-

αὐτὸν ὅταν θέρος τε ἦ. dixit de carnibus hoedorum, porcorum, canum, leporum et vulpium: nunc loquitur de ovium. Βαβράζειν est συντόνως πράζειν, contente clamare, quod valde convenit stridentibus per Solis aestum mensibus Junio et Julio cicadis. vulgo ἄδειν eas dicebant, ut ait Philosophus. ἀλλὰ πᾶσιν ιχθύ-  
εσσιν ἐμπρεπής ἐν μυττωτῷ. Dalecampius emendavit,  
ἐμπρεπής ὁ μυττωτός. non dicam si ita sit, potius fore  
scribendum ἐμπρεπὲς τὸ μυττωτόν. at in universum sententia  
est falsa. nihil enim est mutandum. Sic οὐτα-  
νυησθῆναι ἐν μυττωτῷ apud Aristophanem in Equitibus.  
Sed non observaverat vir eruditus, ἐμπρέπειν τισὶν  
eleganter dici Graecis pro excellere inter aliquos.  
Verte, *thynnus maris piscis*, cibus est non malus: sed  
contra pisces excellit cum alliato, vel moreto.

Αριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ τῶν ζώων ἡθῶν. hoc est,  
*Aristoteles in eo loco ubi animalium mores explicat.*  
Falluntur qui colligunt ex istis, peculiari opere quod  
hodie non extet, de moribus animalium tractasse Ari-  
stotelem. Nonus Historiarum in ea re totus fere occu-  
patur. ac sunt libri prima verba, Τὰ δ' ἡθη τῶν ζώων  
ἐστιν, etc. Sic accipe in sermone de mugilibus, ubi  
laudatur philosophus ἐν τῷ περὶ ζώων ἡθῶν ναὶ βίων.  
nam is locus desumitur ex capite secundo libri noni  
Historiarum. Variis nominibus callionymi pisces quae  
subjiciuntur, unum adde auctore praetermissum. ημερο-  
νοίτης enim ex quibusdam est dictus. Hesychius: ἀμε-  
ρονοίτης ὁ ναλλιώνυμος ιχθύς. extat apud Oppianum.  
Quod autem ex Icelio scribitur, eundem pisces. ὑπὸ  
μέν τινων λύνον, ὑπὸ δ' ἄλλων ναλλιώνυμον appellari,  
mendae suspicione apud me quidem caret. ναλλιώνυμος  
nomen est εὐφημίας, ut *Euxinus pontus*. λύνος a vi-  
olentia dictus qua uititur adversus alios pisces. est enim  
σαρποφάγος ut ex Aristotele refertur. Scio doctissimum  
virum et naturae pisium callentissimum Rondeletium  
emendasse olim hunc locum, et scripsisse λευκόν. de  
quo statuat quisque ut erit libitum. mihi quidem aliter  
videtur. nam quod ille affirmat, pisces nullum *lupi*  
nomine fuisse Graecis notum, perspicue falsum est, cum  
diserte scribat Hesychius, ιχθῦν ποιὸν dici λύνον. Tue-  
amur igitur lectionem omnium codicium: quemadmodum  
etiam in eo quod sequitur, εἴναι δὲ χονδρώδη ναὶ εὔχυ-  
λον. nam vocem χονδρώδη quae in omnibus membranis  
habent praestat cum Gesnero interpretari, quam mutare

cum Rondeletio. Observat mox Athenaeus Epicharmum in Musis cum plerosque omnes pisces recenseret, calp. 505. lichthyn tamen sive callionymum silentio praeteriisse. hujus silentii caussam ille putat esse, quod ellopem, et callichthyn sive callionymum non diversos, sed unum atque eundem piscem crediderit Epicharmus: itaque facta ellopis mentione, reliquas appellationes filuisse. Aelianus aliter longe sentit. ideo enim et Epicharmo et aliis poëtis in descriptione epularum ex piscibus omne genus, praetermissum callionymum, quia inter edules vulgo non haberetur. Sed juvat ipsa disertissimi scriptoris verba recitare: sunt enim valde corrupta. Sic ille lib. 13. cap. 4. Εἰσὶ μὲν οὖν οἵ ναὶ Φασιν αὐτὸν ἐδώδιμον· οἱ δὲ πλείους ἀντιλέγουσιν αὐτοῖς. οὐ δραδίως δὲ αὐτοῦ μυημονεύουσιν ἐν ταῖς ὑπὲρ τῶν ἵχθύων πανθοινίαις ὃν τι ναὶ ὄφελός ἐστι ποιητῶν θεμένων σπουδὴν εἰς μυήμην τὸν θεσμον. Ἐπίχαρμος ἐν Ἡρας γάμῳ ναὶ γὰρ ναὶ θάλασσαι ναὶ προσέτι Μούσαις. Μνησίμαχος δὲ ἐν τῷ Ἰσθμιονίῳ. Et desunt manifesto quaedam verba, et scripta multa perperam. Priorem periodum ita concinno ut sit aliquis sensus. οὐ δραδίως δὲ αὐτοῦ μυημονεύουσι ἐν ταῖς ἀπὸ τῶν ἵχθύων πανθοινίαις, πάντας ὃν τι ναὶ ὄφελός ἐστι, ποιητῶν θεμένων σπουδὴν εἰς μηνήμην ἀγαγεῖν. *callionymi* non fit mentio in ulla descriptione epularum ex omnibus piscium generibus: cum studuerint poëtae, omnes pisces qui in aliquo pretio sunt, memoriae prodere. Sententia quidem Aeliani haec, sed verba fortasse non ista. At sequentia ita sine dubio scripserat Aelianus. εἰσὶ δὲ οἵδε. Ἐπίχαρμος μὲν ἐν Ἡβας γάμῳ, ναὶ Γᾶ ναὶ θάλασσᾳ, ναὶ προσέτι Μούσαις. Μνησίμαχος δὲ ἐν τῷ Ἰσθμιονίῳ. Poëtae qui epulas e piscibus descripsere, sunt isti Epicharmus quidem in *Hebes nuptiis*, et in *Terra ac mari*, nec non in *Musis*. *Mnesimachus* vero in *Isthmionica*. Notae sunt nobis ex Athenaeo tres Epicharmi fabulae, quarum titulos ponit Aelianus. at *Mnesimachi Isthmionica*, ea fabula est quam Athenaeus in eam rem saepius laudat, et *Hippotrophum* appellat. ex quo discimus, poetam ei dramati nomen indidisse Ἰπποτρόφος ἢ Ἰσθμιονίης. Comoediam Epicharmi cuius hic et saepe alibi fit mentio, inscribunt antiquae fidei libri ubique Ἡβας γάμος. alii tamen scribunt Ἡρας, ut in superiore Aeliani loco legitur. et firmat non nihil eam γραφῆν, locus hic descriptus. quem quidem in omnibus exem-

plaribus qua scriptis qua editis pessime acceptum, ita concinnamus, ut saltet obligetur vulnus. τὸν τε πολυτίματον ἔλλοπα (ό δὲ αὐτὸς χαλικὸς ὄνιος) ἐνα μόνου. καὶ τὴν οὐρανὸν ἔλαβεν, καὶ οὐλεύσατο κατθέμεν αὐτῷ τέ οἱ καὶ τῷ δάμαρτι τῷ γ' Ἡρακλεῖ aliter emendare non possumus vulgatam scripturam, τὸν τε πολυτίματον ἔλλοπα. οὐδὲ αὐτὸς, χαλικὸς ὄνιος ἐνα μόνου + καίκηνον οὐρανὸν ἔλαβεν + οὐλεύσατο κατθέμεν. initio deest aliquid, ex praecedentibus apud poetam verbis repetendum.

'Αλέξανδρος δ' οὐρανὸς ἐν Κριταιεῖ.

Suspicor corruptam esse postremam vocem: fortasse pro Τριταιεῖ. Urbs in Achaia fuit nomine Tritaea. Sed non dubito scripsisse Athenaeum, ἐν τῷ Ἀλιεῖ. ut alibi in hoc libro saepius. Delphinus, inquit auctor, si pom-pilum degustaverit, non fert impune, sed ἀχρεῖος γίγε- p. 506. ται, id est, inutilis sibi ipso: ita ut defendere se non queat: sed mergis et laris expositus in littore jaceat. Graecis ἀχρεῖοι vel ἀδύνατοι appellantur, qui in idiotismo nostro impotentes. Addit, ἐνίοτε δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ταῖς οὐτείαις παρεδρευόντων ἀνδρῶν παρανομεῖται, hoc est, interdum etiam ab hominibus iis qui in cetariis degunt violatur. Dalecampius postremum verbum emendabat scribens παρανομεῖται. non facturus profecto, si animadvertisset, auctorem consulto consilio usum verbo παρανομεῖσθαι, tanquam abominans eorum audaciam qui delphinos capere atque iis vesci sustinerent. Veteres non multo religiosius ab humana carne abstinebant, quam ab esu delphinorum: propterea Oppianus veteres Byzantii incolas qui diversa hac in re consuetudine a caeteris Graecis utebantur, gravissimis versibus detestatur: quos non gravabor ascribere, interpretationi huic firmandae:

'Αλλ' ἔπης καὶ τόσον ἐνηείη προφέροντας  
Θρήικες υβρισταὶ, καὶ ὅσοι Βύζαντος ἔχουσιν  
ἄστυ, σιδηρείοισι νοήμασιν ἀγρώσσουσιν.  
ἢ μέγ' ἀταρτηροὶ καὶ ἀτάσθαλοι! οὐδέ κε παίδων  
οὐ πατέρων Φεισαιντο, κασιγνήτους δ' ὄλσκοιεν  
ρηϊδίως.

Vides in eadem poni esum delphinorum et parricidium. quoniam, ut dixi, inter ea quibus vesci fas non censebatur fuit delphinus. Hieronymus, Adversus Jovinianum libro secundo, Si enim omne quod moveatur et vivit ad vescendum factum est, et praeparatum

*gulae, respondeant mihi, cur elephanti, leones, ursi, leopardi, lupi: cur viperae, scorpii, cimices, culices, pulicesque: cur vultur, aquila, corvus, accipiter: cur ceti, delphines, phocae, minutaeque cochleae conditae sint.* Libro 13. narratur Coeranum quendam Milesium, cum forte in pescatores publici ritus degeneres incidisset, qui captum delphinem erant in frusta dissecturi, pecunia sua vitam illius et libertatem redemisse. Scendum tamen mutatis moribus paulatim hanc superstitionem mutasse. Quare jam inde a Galeni temporibus repertos esse qui delphini carnibus vescerentur nullum dubium est: non enim caussam aliam invenias, cur de qualitate ejus cibi princeps ille medicus differat lib. 3. De facultat. alim. non uno loco.

καὶ Τιμαχίδας ὁ

'Ρόδιος ἐν τετάρτῳ τοῦ Δείπνου. Timachidam grammaticum laudant aliquoties Harpocration, comici scholastes, Hesychius, et ipse Athenaeus libro ultimo. at hic poeta fuit. est enim versus heroicus qui ex illo affertur. Sed videtur Eustathius longe aliam lectionem invenisse. Scribit enim ex hoc loco: quidam τὸν ἴερὸν ἵχθυν εἶσεν volunt τὸν πομπίλον· ὡς Τιμαχίδας Φάμενος, πομπίλος ἵχθυς ἴεροι ὡς οἷα σωτῆρες τῶν ναυτιλλομένων. In Corinnae versu, Πομπεύσας πρύμναθεν ἐμὰν ἀδεῖαν ἔταιραν: scribe, πομπεύσας: est enim precantis oratio.

Χησιὰς εὐπατέρεια τέκεν Φιλότητι μιγεῖσα. Haec est Chesiæ nympha, unde aliquot loca in insula Samo sunt

p. 507. Sami incolas Chesienses aliquando suille dictos memoriae proditum est ab interprete veteri Nicandri. Χησιεῖς, inquit, πρῶτον ᾄησαν ἐν Σάμῳ. εἶτα Ἀστυπαλαιεῖς. Mox scribe, λέγουσαν τάδε, sublata distinctione majore. et, Πατρὸς ἔμοιο Φίλου συμφράδμονα θυμὸν ἀέξων Πομπίλε. sic melius quam Φίλον. perpetuum est, ut loquuntur, patris epithetum Φίλος. elegans periphrasis est amici, in illis συμφράδμονα θυμὸν ἀέξων. Porro Athenaeus occasione anthiae sive callichthios, quem nonnulli pisces sacrum vocabant, etiam alios recenset, qui similiter a poetis ἴεροι ἵχθυς sunt appellati. In his *leucum* ponit ex Theocrito. Naturae interpretes hunc *leucum* non agnoscunt: nam eruditissimum Rondeletium, qui λεῦκος superiore quodam loco pro λύκος scribebat, errare ostendimus. Cum igitur leucus hic nusquam inveniatur, suspicati sunt veteres critici γλαῦκος scribendum esse in istis Theocriti versibus, quos ascribit auctor. Colligo

ex istis Eustathii verbis: Θεόκριτος δ' ἐν Βερούσῃ ἄλλο τι βούλεται, εἰπὼν, ιερὸν Ιχθὺν, ὃν λεῦκον, (ἢ γλαυκὸν) παλέουσιν· ὁ γάρ θ' ιερώτατος ἄλλων. Multum autem lucis Theocriti versibus attuleris, si eos cum Josepho Scaligero scripseris et distinxeris hoc modo,

ΑἽ τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπαγροσύνην τε καὶ ὅλβον  
ἔξι ἄλλος ὡς ζώει· (τὰ δὲ δίπτυχα κείτω ἀροτρα·)  
σΦάζων ἀκρόνυχος ταύτη θεῷ ιερὸν Ιχθύν  
ὅν λεῦκον παλέουσιν· ὁ γάρ θ' ιερώτατος ἄλλων.  
καὶ κε λίνα στήσαιτο, καὶ ἐξερύσαιτο θαλάττης  
ἔμπλεα.

Mirabar cum haec legerem, Διονύσιος δ' ὁ παλούμενος "Ιαμβος: et suspicabar scribendum 'Ιαμβοποιὸς, ut alibi scriptum in his libris. sed alterum tuetur, supra membranarum auctoritatem, Clemens Alexandrinus libro quinto. Lego deinde, 'Ακηπόαμεν γοῦν ἀλιέως Ερετρίου καὶ ἄλλων πολλῶν ἀλιέων παλούντων τὸν πομπίλον ιερὸν Ιχθύν. hanc sententia lectionem postulat. Fuere qui dicerent, pisces ιερὸν non quasi sacrum dici, sed quasi λέμενον πρὸς τὸν ροῦν, sive πατὰ ροῦν, ut apud Eustathium: quorum neutrum est Graecum, si ut interpretes ἑμενον aspirans, vertas ανιδον. ιέσθαι est ὀρμᾶν, ferri. et sensus est, ita dictum pisces hunc quod aquae fluxum sequatur. Notum ροῦς quid sit in aquis: unde Graecorum proverbia duo πατὰ ροῦν Φέρεσθαι, de eo cui fortuna aspirat: ἀνὰ ροῦν χωρεῖν, de eo cui adversatur. Post longum sermonem de sacro pisce, prius quam ad Apuas transeat dipnosophista, Ulpiano quaestione unam proponit ex Archestrati Opsologio. Facit enim ille poeta mentionem cuiusdam piscis qui in Ponto et Maeotide reperitur: quem tamen non nominat, quia illum ἐν μέτρῳ οὐ θέμις εἰπεῖν. repugnante modulo syllabarum ejus nominis legi heroici carminis. Non solvitur proposita quaestio ab Ulpiano: nisi defunt hodie illius verba, quod non puto. Doctissimo autem Gesnero assentior existimanti antacaeum pisces intelligi. Ea vox non magis epicum versum potest ingredi, quam elegiacum nomen *Tuticanus*, de quo Ovidius conqueritur. p. 508. secunda utrobique est brevis. Unum video posse objici huic sententiae. nam antacaeum describunt veteres sine ossibus, spinis, squamis. quare illum non videtur habuisse notum Archestratus, qui solam ex omnibus piscibus talem faciat anguillam. ἢ Φίσει ἐστὶν ἀπύρηνος μόνος Ιχθύς. sed de his verbis plura cap. 13. Pro ζητείτω,

*quaerat*, male quidam, ἐξήτησε *quaesivit*. Adverte autem loquendi genus κατά τι εἰπών Ἀρχέστρατος προσίποντος Ἀρχεστράτου.

## CAPUT OCTAVUM.

'Αφύη et ἀφύαι. nota veterum criticorum τὸ χ. apua ἐνπαρετέρᾳ. μινθοῦ. ἀφροὶ apuae. Clearchus Περὶ παροιμιῶν. Hermippi Δημόται. Calliae Cyclopes. Lyncei Samii locus. apuae Aeneatides Rhodiorum.

ΑΦΤΑΙ. καὶ ἐνικῶς δὲ ἀφύην λέγουσι. Graeci fere ἀφύαι dicunt numero multitudinis. Attici quidem ἀφύην nunquam, si credimus antiquis grammaticis. Hesychius, λέγουσι δὲ Ἀττικοὶ ἀφύαι πληθυντικῶς. ἐνικῶς δὲ οὐδέποτε. Sed hujus contrarium probat comici interpres prolati verbis ex ejusdem Tagenistis, ἄλις ἀφύης μοι. qua de re plura mox noster. Judicium Aristarchi subit mirari, qui πληθυντικῶς usurpari hoc verbum noluerit: aususque sit culpae notam affigere locis illis comicorum quos recensuit, ubi vox ἀφύαι habebatur. Scholiares Aristophanis ad illa, Φαληριὰς ἀφύαι ex Avibus, Ἀρισταρχος δὲ οὐκ ἀποδέχεται πληθυντικῶς. διὸ τὸ χ. Olim eruditissimum Gesnerum torserunt postrema verba. Nos ad libros Diogenis pridem docuimus τὸ χ. esse culpae notam: quare in antiquorum poetarum scholiis saepe legas διὸ τὸ χ. hoc est, propterea critici huic versui praefixerunt τὸ χ. ut vocis κατάχρησιν, aut insolentiam indicarent. Aristonymi locus paulo post sic scribit melius, ὡς τοῦτ', ἀφύη μέν ἐσθ' ἀπλῶς. De apua cobitide narrat auctor, γίνεται δ' αὕτη ἐκ τῶν μικρῶν καὶ Φαύλων τῶν ἐν τῇ ἄμμῳ διαγενομένων καβιδίων. Interpretatur Athenaeus ista Aristotelis, γόνος ἐστὶν ὁ καβίτης καβιῶν τινῶν μικρῶν καὶ Φαύλων οἵ καταδύνουσιν εἰς τὴν γῆν. propius ad philosophi verbum καταδύνουσιν, accedit lectio librorum Snidae, τῶν ἐν τῇ ἄμμῳ Φερομένων. Ait auctor Epicharmum in Hebae nuptiis, ἐν μεμβράσι καὶ καμμάροις τὰς ἀφύαι καταριθμεῖσθαι: *inter membradas et cammaros recensere apuas.* poetae verba habes inferius in sermone de bocibus: sed ibi

scribitur σμαρίδες, ἀΦύαι, πάσιμαροι. non ut hic μιμ-  
 βράδες. Apuarum genera duo facit Hicesius antiquus  
 medicus: τῆς ἀΦύης, ait, η μὲν λευκὴ, η δὲ ρυπαρωτέρα  
 ταύτης. emendant docti η δὲ λιπαρωτέρα, non animad-  
 vertentes opponi ratione coloris τὴν ρυπαρὰν τῇ λευκῇ.  
 Alibi docemus, voces ρυπαρὸς et πιναρὸς, non sordes  
 significare interdum, sed colorem, qualis est vestis albae,  
 quae habendo facta est sordida. Nihil igitur mutemus:  
 sed libros sequamur: cum praesertim sequatur, διαΦέρει p. 509.  
 δὲ η παθαρά. quod plane est contrarium vocis ρυπαρά.  
 Scribe Archestrati versum, Τὴν δ' ἀΦύην μινθού πᾶσαν  
 πλὴν τὴν ἐν Ἀθήναις. omnem apuam Attica excepta  
 asperge stercore. id est, aspernare et loco stercoris habe.  
 μινθοῦ comicis, idem ac ποπροῦ, προστιλᾶν. vulgo  
 μινθον. sed μινθον Epitoma. Quod autem apuae quae-  
 dam ἀΦρός appellarentur, et indicat Archestratus, cum  
 ait, τὸν γόνον ἔξανδῶ, τὸν ἀΦρὸν παλέουσιν Ἰωνες: et  
 confirmat Hesychius, λέγουσι δὲ παὶ αὐτὰς (apuas) ἀΦρὸν  
 διὰ λευκότητα. Sequitur, Κλέαρχος ὁ περιπατητικὸς ἐν  
 τοῖς περὶ παροιμιῶν τῆς ἀΦύης Φησί. Clearcho librum  
 sive editum *De proverbiis*, constat. an de proverbiis  
 apuae singularem aliquem librum edidit? suadet haec  
 lectio, et assentiuntur interpretes: sed hoc falsum est.  
 nam scribendum ut in Excerptis, ἐν τοῖς Περὶ παροι-  
 μιῶν, περὶ τῆς ἀΦύης Φησί. in libro *De proverbiis*,  
 scribit de apua. Deinde sic lege, περὶ τῆς ἀΦύης Φη-  
 σίν, διὰ τὸ μικροῦ δεῖσθαι πυρὸς ἐν τοῖς τηγάνοις, οἱ  
 περὶ Ἀρχέστρατον ἐπιβάλλοντας κελεύουσιν, ἐπὶ θερμὸν  
 τῆγχον σίζουσαν ἀφαιρεῖν. de apua scribit, quia non  
 multo igne opus habeat in sartagine, jubet Arche-  
 stratus, in calentem sartaginem eam injicere, et ubi  
 stridere incipit, auferre. Transpositio locum subob-  
 scurat. et male vulgo ἐπιβάλλοντες. Hermippi comicis  
 Δημότας, quae mox laudatur fabula, Pollux citat lib. 7.  
 9. et 10. cap. 37. at Calliae Cyclopum meminit Pollux  
 idem lib. 7. cap. 24. et 26. Lyncei Samii qui sequitur  
 locus ex ejus epistola ad Diagoram, comparari debet  
 cum similibus aliis qui in libris hisce habentur. cuius-  
 modi ille est, quem libr. 3. cap. 25. exposuimus. Con-  
 stat ea epistola contendisse Lynceum edulia Rhodiorum  
 cum Atticis, et Rhodiacis palmam adjudicasse. Ejus  
 verba quae hic habentur et distinguuntur non bene, et  
 non sine vitio scribuntur: vertuntur autem pessime. Le-  
 gendum, ταῖς μὲν Φαληρικαῖς ἀΦύαις τὰς Αἰγαίατιδας

καλουμένας ἀρχύας· τῷ δὲ γλαυκίσκῳ τὸν Ἑλλοπά καὶ τὸν ὄρφον ἀντιπαρατιθεῖσα. πρὸς δὲ τὰς Ε. hoc est, opposuit natura Rhodiis cupiens apuis Phalericis eas quae dicuntur *Aeniatides*: glaucisco, ellopem et orphum: Eleusiniacis passeribus et scombris, et si quis alias apud Athenienses piscis est ipso Cecrope nobilior, opponendum genuit eum quem alopecem vocant. In priore parte hujus sententiae scripsimus ἀντιπαρατιθεῖσα. sic legendum esse evincit vox ἀντιγεννήσασα. quam tamen vocem interpres censuerunt mutandum in ἀντεγγυήσας. absurde plane, et ἀπροσδιογύσως. Vera lectio quam asserimus: vera sententia quam expressimus. ut plena sit Lyncei oratio, ἔξωθεν aliquid subandiendum, hoc modo, ἀντιπαρατιθεῖσα ἡ 'Ρόδος: vel ἡ Φύσις εὔνοοῦσα τοὺς 'Ροδίοις. Simillimus locus est qui recitur lib. 11. τὰς ἥδυποτίδας τοὺς 'Ροδίους ἀντιδημιουργήσασθαι πρὸς τὰς 'Αθήνησι θηρικλείους. Item aliis libr. 14. ubi eodem genere et casu scriptum, εἰσάγοντα ἀνταγωνιστὴν, pro eo quod hic ἀντιπαρατιθεῖσα. Caeterum apuae quas Rhodii *Aeneatidas* vocabant nomen habuerunt ab Aeno, qui locus fuit in continente, Rhodo oppositus. inde p. 510. dictae *Aeniatides* apuae, ut Pelorides conchae, et similia. Cum ait, ἐπάνω τῇ δόξῃ τοῦ Κέκροπος γέγονεν, alludit ad proverbium, Κέκροπος εὐγενέστερος. unde est apud Synesium, ὑπὲρ τῆς εὐγενείας ἀμφισβητεῖν τῷ Κέκροπι. Ista, ὁ δὲ τὴν 'Ηδυπάθειαν γράψας, etc. verba sunt Lyncei auctoritate Archestrati commendantis Rhodiorum alopecem. non nominaverat Lynceus Archestratum, contentus hac periphrasi eum indicasse, ὁ τὴν 'Ηδυπάθειαν γράψας. poterat tamen non injuria dubitari de quo sentiret Lynceus: nam opus Archestrati solus hic ut libro primo observatum est, 'Ηδυπάθειαν appellavit: alii vel 'Οψολογίαν vel Γαστρονομίαν, vel alio quo nomine. propterea subdit Athenaeus, 'Αρχέστρατον λέγει τὸν τένθην ὁ Λυγκεύς. quae erant vertenda, *Archestratum* intelligit Lynceus, nobilem catillonem. Elegantissime autem scriptor Samius versuum Archestrati sententiam paucis verbis est complexus. Calliae locum super acharno pisce laudatum, scribo sic, οἴδαρος ὅπτος καὶ βατίς θύνου τε ιεφάλαιον τοδὶ, ἐγχέλυα, κάραβοι, Αιγιεύς τε ἄχαρος οὗτος. BATΙΣ. vide in Κιθαρος.

## CAPUT NONUM.

*Epicharmi Megaris Sannyrionis Γέλως, et aliae fabulae. Error Athenaei perpetuus in citando libro quinto Historiarum Aristotelis. Temerariae quorundam emendationes contra librorum veterum consensum. piscium Φωνή. Bocis piscis etymum. κορακῖνος unde. Βαβραδόνες. Aristomenis Γόητες. Antiphanis Cnoethis. tetradistae.*

**ΒΑΤΙΣ ΒΑΤΡΑΧΟΣ ΒΑΤΟΣ.** τῆς μὲν οὖν βατίδος καὶ τοῦ βατράχου μυημονεύει Ἀριστοτέλης. Fortasse scripsferat, καὶ τοῦ βάτου καὶ τοῦ βατράχου. non enim video caussam hujus praetermissionis. nam philosophus inter cartilagineos et batidem et batum recenset: atque adeo hunc saepius quam illam. Sic tamen omnia antiqua exemplaria, et Epitoma. πάρα scribe non παρὰ, in istis, ἵνα πάρα μὲν πάραβοι καὶ βατίδες pro παρῆσται, ut ante monebamus. In Epicharmi ecloga non intelligo ista, ἵν δὲ γύγαιναι, πρήστιες, καμεῖται. postrema vox mendae suspecta, vel eo nomine, quia in Excerptis praetermissa est cum praecedente. Dalecamp. emendat χαμεννῖται. de quo pronuntient eruditii. Probabilius sit multo κατη ἔτερα. et si ne id quidem placet. *Megaris* Epicharmi laudatur et noni initio. quae inde afferuntur hic, non carent suspicione mendi. Non memini laudari alibi in his libris vetustissimum poëtam Sannyrionem, nisi hic, ubi scribitur, Σαννυρίων δ' ἐν Γέλωτι, ὡς βατίδες, ὡς γλαύκων πάρα. antiquae comoediae poëta hic fuit antiquissimus. de quo et ista ejus comoedia legitur in Aristophanis scholiis: καὶ αὐτὴ δὲ η παλαιὰ ἐκυτῆς διαφέρει· καὶ γὰρ οἱ ἐν Ἀττικῇ πρῶτον συστησάμενοι τὸ ἐπιτήδευμα τῆς κωμῳδίας, (ἥσαν δὲ οἱ περὶ Σαννυρίωνα) καὶ τὰ πρόσωπα εἰσῆγον ἀτάκτως, καὶ μένος ἥν γέλως τὸ κατασκευαζόμενον. Suidas auctor est, plures poëtae p. 511. hujus fabulas reperiri in Athenaei Dipnosophistis laudatas. et nomina illarum resert, Γέλως, Δανάη, Ἰω, Ψυχαστατ. Si igitur non fallit nos Suidas, aestimari hinc potest, quantum hoc opus damni sit passum, in quo, ut dixi, semel tantum in Risu laudatum Sannyr-

rionem invenias. Hujus fabulae meminere multi: ut Pollux lib. 9. et lib. 10. cap. 48. Harpocration in *ναύ-ηληρος*. etiam in *πέλανος*: sed olim: nam hodie locus est mutilatus et turpiter deformatus. Sic enim editum: λέγεται δὲ πέμπατά τινα τοῖς Θεοῖς γινόμενα ἐκ τοῦ ἀΦαιρεθέντος σίτου ἐκ τῆς ἄλω . . . . δ' ἐν γέλωτι Φησὶ πέλανον . . . . ἀπαλεῖτε σεμνῶς ἀλφιδ' υμεῖς οἱ βρωτοί. Legendum, Σαννυρίων δ' ἐν γέλωτι,

— πέλανα παλοῦμεν ἡμεῖς οἱ Θεοί

“Απαλεῖτε σεμνῶς ἀλφιδ' υμεῖς οἱ βρωτοί.

Quod ad reliquas fabulas attinet, quae Suidae *Danaen* reperio quidem: sed apud comici interpretem in commentario ad *Ranam*, non in *Athenaeo*. *Psychastas* vero et *Ionem* invenias in his libris: sed hanc Platonis comici, illam Strattidis: neutram Sannyrionis, nisi est mendum in nostris codicibus. Sequitur, 'Αριστοτέλης δ' ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων, σελάχη Φησίν εἶναι, τὸν τρυγόνα, βοῦν, ἀμίαν, ἀετὸν, νάρην, βάτραχον, καὶ πάντα τὰ γαλεοειδῆ. Legebatur ante, 'Αρ. ἐν πέμπτῳ ζώων ιστορίᾳ. recte, si rei veritatem spectemus. nam constat sumpta haec esse e capite quinto libri quinti Historiarum. Sed jam ante monuimus factum esse casu quoddam, ut quae proferuntur cunque ab *Athenaeo* e libro quinto Historiarum, operi De partibus ab ipso ascribantur. Judicium nostrum est, evenisse hoc, quia codex Aristotelis ad manum *Athenaeo* non erat referenti in literas hos dipnosophistarum sermones. Excerpta sua vir diligentissimus et eruditissimus solum habuit: atque ea, ut videtur, confusa et perturbata, titulis perverbis. Hinc illius manavit error. mira enim est optimarum membranarum constantia in hoc et aliis similibus locis: ubi tamen scioli homines et curvorum correctores Historiarum nomen antiquae lectionis loco substituerant. Enimvero quisquis ille erat qui spreta auctoritate veterum exemplarium, tot praesertim locis consentientium, facinus hoc perpetrare in animum induxit, fidei sublestae homo is suit, et criticus pessimus. Nam si peccata veterum scriptorum emendare licet nobis, et ipsorum scripta pro nostra libidine fas corrigere, mutare, atque interpolare: prorsus et de antiquis scriptoribus, et de literis ipsis conclamatum est. Apage hanc a nobis temeritatem, andaciam et vaecordiam. Ut in Rep. non semper optimum est, quod prudentissimus senatorum censuerit: sic in recensendis antiquis

auctoribus, non semper amplectendum pro vero et recto, quod vel opinio, vel etiam ratio suaserit esse optimum. Atque ut in publicis consiliis suprema semper lex est, populi salus, et ut ille ait, εἰς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρας: ita in isto negotio, illud semper anteponendum est, quod ab auctore esse profectum, p. 512. liquido constiterit. Nemo igitur miretur restitutam a nobis cum isto loco tum aliis quam plurimis antiquam lectionem: quam, sicut jam diximus, constantissime tueruntur omnia exarata manu exemplaria. Caeterum philosophi verba in quinto Historiarum sunt haec, σελάχη δέ ἔστι τὰ τε εἰρημένα, καὶ βοῦς, καὶ λαμία, καὶ αἰετός, καὶ βάτραχος, καὶ πάντα τὰ γαλεώδη. inde est emendandum scriptura nostrorum librorum. nam male ἀμιλαν pro λαμίᾳ etiam membranae praefuerunt. at pro τὸν τρυγόνα, melius alii, βάτου, τρυγόνα. Mox in ΒΩΚΕΣ, recitatur versus Numenii, Ἡ λευκὸν συνόδουτα, βόημας τε, τριγκούς τε. ubi recte emendant docti βρίγκους τε. Hesychius, βρίγκος, ἵχθὺς ιητώδης. Scribe, Ἀριστοφάνης Συγνάς καταλαμβανούσαις, ex iis quae disputamus lib. 4. cap. 20. Docet philosophus quarto Historiarum nullum esse piscem qui habeat Φωνήν: sed tantum ψόφον quosdam aut τρισμόν. Sic accipiendum quod hic scribitur de boce sive boace, ὠνομάσθη δὲ παρὰ τὴν βοῆν. Veteres tamen grammatici de appellatione piscis hujus differentes, proferunt tanquam Aristotelis verba haec, ὅτι Φωνήν προΐεται, καὶ οὗτως ὠνόμασται. ubi est κατάχρησις vocis Φωνή. Apud eosdem extat integrior qui sequitur locus Pherecratis. Sic illi, Φερεκράτης εἰπὼν, — τι ληρεῖς; ἀλλὰ Φωνήν οὐκ ἔχειν Ἰχθῦν γε Φασὶ τὸ παράπαν. ἐπιΦέρει; Νη τ. etc. Sed de appellatione piscis hujus diversum sensit ab aliis Aristophanes grammaticus: de quo scribit Athenaeus, κακῶς Φησὶν ἡμᾶς λέγειν τὸν ίχθῦν βῶνα, δέον βόωπα. ἐπεὶ μικρὸς ὑπάρχων μεγάλους ὥπας ἔχει. ait Aristophanes, male appellari βῶνα piscem quem melius appellaverimus βόωπα, quoniam parvus cum sit, magnos habet ὥπας, id est, oculos. Non probatur haec Athenaeo sententia, quemadmodum sequentia indicant. Ait enim, πρὸς ὃν λειτέον, εἰ τοῦτο κακῶς ὀνομάζομεν, διὰ τὸ κορακῖνον Φαμὲν, οὐ κοροκῖνον; ὠνομάσθη γὰρ ἀπὸ τοῦ τὰς οὔρας οινεῖν. τι δ' οὐχὶ καὶ σείουρον λέγομεν, ἀλλὰ σίλουρον; ὠνόμασται γὰρ καὶ οὗτος ἀπὸ τοῦ σείειν συνεχῶς τὴν οὐράν. Hoc vult:

compositas voces originem suam saepe dissimulare, mutatis, adjectis, detractis literis aliquot. Velle autem publico consensu receptas et probatas: dictiones reformare, inanis sit ac vanus labor. quare frustra fuit Aristophanes cum sua hac observatione. Subtilius est quod ait auctor, *κορακῖνον* usū vulgi comprobatum esse cum dicendum esset *κοροκῖνον*: quia sit facta vox ἀπὸ τοῦ τὰς κόρας κινεῖν. Plane ita est: nam ita fieri amat, in hujusmodi compositione nominam. sic ἡμεροδρόμος dicimus non ἡμεραδρόμος: sic ἡμερόποιτος, non ἡμεράποιτος: sic ἡμερόβιος, ἡμεροσηόπος, δοξόνοπος, θαλασσόνοπος et similia multa. ergo contra hanc analogiam usū receptum est, ut dicebamus, *κορακῖνος* non *κοροκῖνος*: ut et ἄγγελοφόρος, non ἄγγελιοφόρος. Scribunt membranae ΒΕΜΒΡΑΔΕΣ. neque aliter in sequente Phrynichi versu, sed rectum esse utrumque ipse auctor nos docet. At p. 513. pro βεβραδόνας et βεβραδόνες Etymologici auctor describens Athenaei hunc locum βραδόνας semper. E contrario scripta lectio, βαμβραδόνας. alibi in his libris βαβραδόνας. atque istud placet. Lege, καὶ Σώφρων ἐν Ἀνδρείοις, βεβραδόνι, ραφίδι. Non video quo pertineat allatum in sermone de membradibus Numenii testimonium: nam in illius verbis quidem ea nobis exhibent omnes libri, de membradibus altum silentium. desit fortasse aliquid huic testimonio. Βεβραφύη quae dicitur in vulgatis libris, in MSS. est βεμβραφύη. in Etymologico bis, μεμβραφύη, ut in Aristonymi subjecto loco. Γόητας Aristomenis citat Pollux lib 8. βιβλιοπάλην, inquit, παρὰ Ἀριστομένει εὑρήσεις ἐν Γόηται. et Harporation de dictione Φορίνη disputans. Mendose scribitur statim, Ἀντιφάνης δ' ἐν Κυοισθιδείᾳ. Τόπου τε οὐρύτουσιν ἐν τοῖσιν ιχθύσι Κήρυγμα, οὐ καὶ τὸν τὸς ἐκβεβράγει μέγα, etc. Primum illud certum, fabulae titulum corruptum esse. Libro decimo Ἀντιφάνης ἐν Κυοισθίδι, ἢ Γάστρων. Videtur proprium nomen esse Cnoethis. Haereo tamen adhuc, et dubito num sit scribendum, Σκοιθίδι: Atticis dicebatur σκοιθης calumniator, et locutulejus. [Idem fere et σοιθης.] auctor Hesychius. Quid si legas ἐν Κυαθίδι. nam eo potissimum deducunt nos corruptae lectionis vestigia. ν et ν in antiquis membranis exiguo, ac pene nullo discrimine separantur: eoque saepissime confunduntur. etiam ex α facere οι, error est facilis nimis. Equidem libro octavo, κυαθίς aut κυοιθίς offendisse memini, ubi absque omni dubio

auctor scripserat *κναθίς*. Omnino autem fugitivum & retrahit, et ἀτοπον cum Dalec. scribe pro τόπον. Licentiae comicae vox est διβεβράγει, facta ut ad bebradas alluderetur. alioquin διβαβράζει minus insolens fuerit: cum hoc ipso libro extet in Ananii verbis simplex βαβράζειν. *Tetradistae* juvenes qui in Alexidis versu nominantur, inde nomen invenerunt, quod quarta cù jusque mensis convenirent, et convivia agitarent: alii quod die vicesima idem facerent, *icadistae* dicti: at qui die tricesima solebant una esse, τριάναστοι nuncupati: unde ἀτριάναστοι, ad quos sodalitas illa nihil attinebat. In versu ex ejusdem poetae Protochoro, ἐπιπονώτερον μὰ τὸν Διόνυσον οὐκ εἴληφ' ἔγω. malim εἴληχ' ἔγω. et altero abhinc versu, ἔσθειν με, potius quam ἔχειν.

## CAPUT DECIMUM.

*Βλέννος* et *Βέλεννος*. *Glossae Nicandri* ἐποποιοῦ. γρύλλοι *piscē* et γύλλοι. *piscis* ἐξηνθισμένος. color καρυκοειδής. διωκάθειν. ὄλολύζειν. *Menecrates* Ζεύς. ιεραὶ νόσοι. *Herculanus* morbus. *Epistola Philippi regis ad Menecratem*. alia nonnulla.

**ΒΕΛΕΝΝΟΣ.** Excerptorum auctor semper *Βλέννος*. utrumque dici invenias. Sophronis quae sequuntur imperfectam sententiam habent, τὸν ἀγριώταν βελέννῳ θηλαμόνι. vel ut scribunt interpres θηλαμόνα. Scripsimus, ἔστι δὲ κωβιῶ τὴν Ιδέαν παραπλήσιος, non ut p. 514. sicut prius, κωθιῶ: quia doctissimi Hermolai conjecturam optimi codices confirmabant. Scribe mox, μή μοι βαιών. κανὸς ιχθύς. alque ita editum volui. Qui hic est ΒΟΥΓΛΩΣΣΟΣ, sub finem libri dicitur βούγλωττα. Inde etiam lege in versu Archestrati ταύτην θήρα περὶ Χαλκίδα κεδνήν. nam et si chalcis piscis nomen est, hic tamen locum non piscem significat. Verba Epicharmi, βούγλωσσοι τε οἱ κιθαρις ἐνης. melius κιθαρος. infra suo loco. Deinde, διῆν δὲ οἱ σκιαθίδες. quem piscem alii scienam vocant, Numenius σκιαδέα, Epicharmus σκιαθίδα. aut certe σκιανίδα. nam quo loco de sciaena disputatur infra, quidam codd. atque etiam Epit. scribunt σκιανίδες.

ΓΟΓΓΡΟΙ. Νίκανδρος ὁ ἐποποιὸς ἐν τρίτῳ Γλωσσῶν παλαισθαὶ Φησὶν αὐτοὺς καὶ γρύλλους. Glossae Nicandri, quod ex illarum reliquiis constat, heroīco versu erant scriptae. ideo ἐποποιὸς hic nominatur. congos esse appellatos et γρύλλους alibi temere non legas. porcellos ita proprie dixerunt, et γρυλλισμὸν editum ab illis sonum. concris, credo, propter pascendi aviditatem nomen idem communicatum. unde etiam γόγγρους dictos tradunt veteres a γρᾶν, quod est edere. Sed et γύλλους dixerent veteres quosdam pisces et γυλλισκους, teste Hesychio. Secundum Philemonis versum Λέξαι μολόντι τ' οὖψον ᾧς ἐσκεύασα. verte, narrate quomodo illi reverso piscem paraverim. μολὼν non est viator, sed is qui venit, aut rediit. Tertio, Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, ἥδυ γ' ἔστ' εὐημερεῖν Ἐν ἄπασιν. simile est apud Plautum. Quid est suavius quam bene rem gerere bono publico. Quintum sic scribe, Οἶον παρατέθεικ' οὐ πεφαρμακευμένον. In sexto placet quod Dalecampius haec οὐδὲ ἀνωθεν δέξηνθισμένον ad colorem refert. nam vulgo coqui gratiam condimentis ex colore captabant. Inde illud coqui apud Sotadem τριμάτιον ὠκείωσα τούτοις ἀνθινόν. et paulo post, πατέπνιξ' ἐν ἄλιῃ τοῦτον εὔανθεστέρᾳ. apud Hippocratem coloris genus est ὁ παρυκοειδῆς, ut alibi docuimus. Nonus, τὸν ὄπτὸν ιχθὺν οὐδὲ πιστευθήσομαι. Scribe ex libro vetere, ὄπτῶν τὸν ιχθὺν οὐδὲ πιστ. prior pars ad superiorem versum pertinet. Decimus, "Ομοιον ἐγένετ' ὅρνις ὅταν ἀρπάσῃ. Sustine labantem versiculum, et scribe, "Ομοιον ἐγένετ", ὅρνις; ᾧς ὅταν ἀρπάσῃ. Τοῦ παταπιεῖν μεῖζον περιτρέχει κύκλῳ, Τηροῦσα τοῦτο παταπιεῖν. Ubi scribo θηρῶσα: quaerens: tentans. nam τηροῦσα est cavens. at θηρᾶν est ζητεῖν, μηχανᾶσθαι et rationem quaerere perficiendi quod velis. 13. ἐτέρᾳ διώκουσα ταύτην. Ipsa lex metri suggestit nobis Atticam vocem isto loco reponendam. Scribe ἐτέρᾳ διώκαθουσα ταύ. In 15. Τῆς λοπάδος ἀνεπήδησε. Emendant μετὰ τῆς λοπάδος αὐτε. Nihil nisi distinctio mutari debet. Τὴν ἥδουην ὁ πρῶτος αὐτῶν παταμαθὼν Τῆς λοπάδος, ἀνεπήδησε. 17. ἐξῆν ὀλολύζειν. quid hoc verbum proprie significet, suse exponimus alibi. Est enim sacrorum vox, et clamorem mulierum sacrificantium indicat: qualis est ille apud Tibullum,

*Agna cunctet vobis: quam circum rustica pubes  
Clamet, io messes et bona vina date.*

cepit. hic non male interpreteris *cachinnari* et *ridere*. Deinde scribendum,

— οἱ μὲν ἥρπασάν τι γὰρ,  
Οἱ δ' οὐδὲν, οἱ δὲ πάντα. καίτοι παρέλαβον  
ἰχθὺς ποταμίους ἐσθίοντας βόρβορον.

Industriam suam mirum in modum exaggerat coquus. Atqui, ait, *pisces ego acceperam*, ab eo videlicet qui illum conduxerat, *fluviales qui limo pascuntur*. Qualis ergo artifex iste, qui in mala adeo materia tale suae artis specimen ediderit? Porro hunc locum ita jusserram edi ex MS. codice illustrissimi Principis Palatini emendatum. Nam posterior versus pessime scribitur in omnibus aliis quos videre contigit libris. Utinam ita res nostrae tulissent, ut beneficio magni Principis diutius frui fas fuisset. Non dubito futuram fuisse et aliis multis locis ejus libri collationem perutilem. Sed erit, spero, aliquis ex eo numero doctissimorum virorum quos inclyta Heidelberga fovet, qui ope illius librariae merito περιβοήτου caetera perpoliat in hoc auctore, quae nostra diligentia in splendorem dare non potuimus nos. Ita autem scriptum etiam in Italicis codicibus, unde excerptas διαφόρους γραφὰς misit ad nos Andreas Schottus vir doctissimus. Verbum παρέλαβον accipiendum ut statim, εἰ δ' ἔλαβον ἄρτι συνερόν: si traditus mihi fuisse parandus. et ita saepe in sequentibus, quando inducitur coquus aliquis loquens. Postremus versus, "Οταν ὁσφρανθῶσι ποιῶ ζῆν πάλιν. palam mūtilus sic integrari potest, οταν μόνον ὁσφρ. vel ἐπειδὴν ὁσφρ. sic tamen iterum paulo post. Sequitur vara vibiam. Coqui gloriantur versibus Philemonis modo recitatis contenta, revocavit in mentem Athenaeo Menecratis medici furorem. Nam hunc JOVIS nomen palam sibi arrogasse, quia ut ajebat Philemonis cocus τοὺς ἥδη νεκροὺς ἐποίει ζῆν πάλιν, etiam alii testantur: ut non uno loco Plutarchus, et Clemens Alexandrinus in *Προτρεπτικῷ*. Quid appellat auctor τὰς ιερὰς νόσους, cum scribit, τοὺς οὖν θεραπευομένους ὑπ' αὐτοῦ τὰς ιερὰς καλουμένας νόσους, συγγράφεσθαι ἡνάγναζεν, ὅτι ὑπακούσονται αὐτῷ δοῦλοι περισωθέντες. Medici *sacrum morbum* norunt unicum, epilepsiam. Sed noster non ut medici locutus est, verum ut elegantiores Graecorum: quibus magna res omnis et vehemens ιερὰ dicitur: sicut etiam Plutarchus scribit, et medici ipsi. Igitur ιερὰ νόσοι Athenaeo quae Plutarchο ἀπεγνωσμέναι, nam ait duobus locis de eodem Mene-

crate, ἐπεὶ κατατυχὼν ἐν τισιν ἀπεγνωσμέναις Θερα-  
πεῖαις. cum ei res successisset in curatione quorundam  
desperatorum morborum. in vita Agesilai et Apoph-  
thegmatis. Mox referente Athenaeo Nicostratum Herculis  
ornamenta et σκευὴν omnem assumpsisse, τὴν ἱερὰν νόσου  
Θεραπευθέντα a Menecrate: sic accipe ut in libris me-  
diorum. Nam quod Herculem se Nicostratus finxerit,  
causae fuit hoc: quod comitali morbo laboraverat:  
quem Graeci vocarunt Ἡρακλεῖαν νόσον. et si ejus nominis  
p. 516. aliam caussam affert Galenus. In extrema epistola Me-  
necratis scribunt omnia exemplaria, Τοιγαροῦν σὲ μὲν  
Μακεδόνες δορυφοροῦσι. ἐμὲ δὲ ναὶ οἱ μέλλοντες ἔσεσθαι.  
Videtur isto loco vox una excidisse, et scripsisse Me-  
necratem, ναὶ οἱ θεοὶ μέλλοντες ἔσεσθαι. Parum erat  
furioso isti quod Jovem se dicebat: nisi instar Jovis  
minores deos in comitatu haberet. Sequitur mox, οὐ-  
λέσας αὐτὸν ὁ Φίλιππος μετὰ τῶν Ιδίων Θεῶν. et paulo  
ante περιήει μετὰ τοῦ θείου χοροῦ: regiones lustrabat,  
comitante deorum choro. Etiani in ipsis vox delideratur  
una, πρὸς δὲν μελαγχολῶντα ἐπέστειλεν ὁ Φίλιππος,  
Μενεκράτει ύγιανειν. nam geminata voce Φίλιππος scri-  
bendum, ἐπέστειλεν ὁ Φίλιππος, Φίλιππος Με. similiter  
Agesilaus, Βασιλεὺς Ἀγησίλαος Μενεκράτει ύγιανειν.  
Exemplum epistolae Philippi est hujusmodi. Φίλιππος  
Μενεκράτει ύγιανειν. Συμβουλεύω σοι προσάγειν σεαυτὸν  
ἐπὶ τοῖς κατὰ Ἀντικυραν τόποις. Hunc igitur novum  
coelitem et ipsius deos Philippus συγκατέκλινε πάντας  
ἐπὶ τῆς μέσης κλίνης ύψηλότατα καὶ μεγαλοπρεπέστατα  
ἢ ἱεροπρεπέστατα πενοσμημένης, ait Athenaeus: hoc  
significans: Menecrati et ejus choro paratum fuisse lectum  
prorsus ad instar pulvinarium quae diis exstruntur: de  
quibus fuse nos alibi. exemplum habes apud Hesychium  
in πλανῖς, et similibus veterum locis. De eo convivio  
plura Aelianus.

## CAPUT UNDECIMUM.

*Hegesippi Adelphi. Locus tractatus a plerisque  
comicis Graecis, de arrogantia cocorum. οἱ  
τὰ βάπτ' ἔχοντες. atrati. Usitati cibi conviviis  
funestis. κηληδόνες apud Pindarum. Aeliani  
locus emendatur. ἐρυγγάνειν δάνεια. κόλλοπες*

*exoleti, et lenones. ὑπομύττειν. συνάγειν ἀπὸ συμβολῶν. ἀποσάττειν ἐαυτόν. χύδην. γρυμαῖα, quisquiliae. alia non pauca.*

REDIT auctor ad cocorum arrogantiam: cuius testimonia aliquot ex antiquis comicis recitat hoc loco. Incipit ab eo quod petitum ait e *Delphis* Hegesandri. Mihī vero et auctoris nomen suspectum est, et fabulae. Quis legit apud veteres Hegeſandrum inter comicos? quis *Delphos* comoediam usquam invenit nominatam? Cenſeo legendum ex lib. 9. ‘*Ὑγῆσιππος ἐν Ἀδελφοῖς*: licet reclamantibus et MSS. et Epitoma etiam. *Hegesippus* comicī Suidas aliique meminerunt. *Adelphos* autem multi docuerant: ut Menander, *Hegesippus*, Diphilus, et apud Latinos Terentius, ac L. Pomponius Atellana-rum poeta. Primis ῥήσεως hujus verbis occurrit poeta auditorum fastidio. quia enim a multis poetis tractatum fuerat hoc argumentum, ut sibi audientiam faciat *Hegesippus*, (ita enim posthac appelletur) initio pollicetur dicturum se aliquid novi. Plurimos comicorum locum hunc attigisse, et in Attico theatro coquorum arrogantiam exagitasse, docet clare Athenaeus: qui tot locis tam multa ejusdem sententiae, mira patientia, descripsit. Quam multa jam hujus argumenti lib. 3. recitata sunt? Ecce iterum paginas aliquot in ea re occupatas. Lib. 9. invenies nihil pauciora, aut plura fortasse. etiam libro p. 517. decimoquarto extremo eadem oberratur chorda. Ex his omnibus intelligere est cur poeta sermonem hunc ita ordiatur,

Βέλτιστε πολλοῖς πολλὰ περὶ μαγειρικῆς  
εἰρημέν’ ἔστιν· ή λέγων Φαίνουσί μοι  
παινὸν παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν, ή μὴ ιόπτε με.

Quartus versus et quintus corrupti sunt: Οὐκ, ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς . . . εὗρε Εὔρημα μόνον εἰδέναι τῶν νομιζομένων ἐμέ. Lego,

Οὐκ, ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς τέχνης  
εύρηκέναι τὰ νῦν νόμιζε μόνον ἐμέ.

Propius accedere ad editae lectionis vestigia non possumus. 9. Εἴδη λαχάνων ὅσ’ ἔστι, βεμβράδων τρόπος. Malim τρόποι. vel sic, βεμβράδων οὐ ὅσα. In 13. τὰ βάπτ’ ἔχοντες, recte vertit Dal. *atratii*. propius tamen ad Graecam vocem accessisset, si dixisset *colorati*. Ita Graeci et Latini ambitum earum dictionum circumscri-

bunt. Verum haec observatio alius est loci. 17. male capiunt, qui putant esse coqui: pronuntiatur enim ab eo quicum ipse loquitur. In silicerniis et circumpositionibus, quas mortui caussa agitabant, non exquisiti cibi apponebantur: sed e vilioribus, cujusmodi sunt lens et membrades. Ideo miratur iste qui potuerit fieri, ut in tali convivio praestaret quod modo dicebat. Quaerit igitur mirabundus, an ex ritu lentem et membradas ferali coenae illi adlibuerit. Scribe in 22. οὐδὲ εἰς δυνήσεται. Absurde vero docti in penultimo corrigunt κατακειμένων, et pessime vertunt, *ex accumbentibus*. non animadvertebant licentia comica perstringi a poeta spectatorum nonnullos qui bona sua liguriendo in ventrem condiderant omnia. Poetae verba sunt,

Πολλοὺς ἐγὼ σΦόδρ' οἶδα τῶν καθημένων  
οἵ καταβεβρώναστ', ἔνεκ' ἐμοῦ τὰς οὐσίας.

multos novi ex iis qui sedent spectantes, qui ut opera mea possent uti, facultates omnes suas absumperunt. Non facile est divinare quid Pindarus nomine κηληδόνων intellexerit eo loco quem tangit hic Athenaeus. Interpretes quidem pronuntiare non verentur quas vocavit Homerus Sirenas, dictas suisse Pindaro κηληδένας. Athenaeus tamen hoc non dicit: nisi placeat eadem esse quae dicuntur similia efficere. quod ineptum nimis et αἰσυλλόγιστον. Quare Athenaei verba non aliter accepit Eustathius, cum Ὁδυσσ. λ. exponens illa, οἱ δ' ἄρα πάντες ἀηγην ἐγένουντο σιωπῇ Κηληδύμῳ δ' ἐσχοντο. tum ad sequentem ράψῳδίαν, ubi scribit, Ἰστέον ὅτι Πινδαρος κηληδόνας λέγει ποιούσας τοὺς αὔροωμένους ἐπιλαθέσθαι τῶν τροφῶν ὑφ' ἥδουνῆς. καὶ οὕτως ἀφαναίνεσθαι, οὐ πάνυ δὲ δῆλον εἴτε κηληδόνας ἐκεῖνος ἐπιθετιῶς τὰς Σειρῆνας λέγει, διὰ τὸν πατ' αὐτὰς, "Ομηρος ἀν εἴποι,  
κηληδύμον. εἴτε καὶ ἄλλα τινα ωδικὰ δαιμόνια. Fatetur Eustathius nescire se plane, quomodo accepi debeat apud Pindarum vox κηληδόνες: posse enim vel Epithetum esse Sirenum vel alia quaedam suavis cantus numina. In Nicomachi versibus subjectis, melius quaedam distincta sunt in Latino textu quam in Graeco, quem inde licet

p. 518. corrigas. In nono item melius Dalecamp. πρότερον quam ut est editum πότερον. Versum 17. plane non intelligo. Etiam 19. versu quid appellat τῶν ιχθύων τὰς τέχνας parum assequor: nam interpretatio quae in promptu est, sententiam frigidinsculam videtur continere. Scribe, 25. Τούπτανιον ἡμεῖς σΦαῖραν εἶναι τιθέμεθα.

Non hoc autem dicit coquus, e culinae totius ambitu locum deligi, ubi omnia artis totius officia exerceantur: sed hoc potius, culinam sic dividi a coquis solitam, ut singulis artis suae partibus proprium locum assignent. In 36. scribe ἔμοι, non ἔμόν. Est autem obscurior sententia propter aliquot verborum trajectionem andaciorem. Tyrones ordinent sic, "Ηδη τὸ ποῦ ἔκαστα τεθῆσεται μοι μετὰ νοῦ, καὶ τὸ συμμέτρως, μεταφορά ἐστι παρὰ τακτικῆς τέχνης. Praeterea ubi quaeque mihi sint collocanda, ex arte et convenienter, id translatum est de disciplina tactica. Vide quām alienam sententiam poetae affinxerint qui sunt aliter interpretati. Tactica ars docet Imperatores quomodo instrui acies debeat. Ex ea didicisse ait coquus, rectam et artificiosam paropidum ac lancium super mensa collocationem: et in quo positam esse artis suae perfectionem, disputat aliis coquus lib. nono. Ideo Archesistratum vocat auctor hoc libro, τὸν τῶν δειπνων λοχαγόν. Epitomator distinguit post συμμέτρως ἔμὸν, et cum superioribns illa connectit. Quare ex ejus lectione hoc dicet coquus. Quod sciat in conditura ciborum uti judicio, et servare modum, id ex medicinae notitia se habere. 38. Ἀριθμῷ τὸ πλῆθος εἰδέναι μαγειρικῆς. Coquinae artis est, numero cognoscere multitudinem. docet quomodo arithmeticæ cognitio necessaria sit coquu. locatur deinde qui coquum conduxerat, et ait, Οὐδεὶς ἔτερος πρὸς ἔμὲ καὶ γραφήσεται. Lego, πρὸς ἔμέγ γγραφήσεται. nemo alias praeter me huic albo inscribetur. Dixit coquus sibi necessariam esse arithmeticæ cognitionem, ut conviviarum numerum inire possit. Nunc iste ait, nihil ei jam numerorum scientia fore opus: quia uni solique sibi parari velit a coquo coenam. Distinguere in 40. Μηνῷ διάκονος ἐν μέρει πάμοι. λέγε. Nunc tu νικισσίμ pauca ex me audi. haec dominus. postremum verbum est coci. ἐν μέρει dicunt Graeci et ἐν τῷ μέρει. res nota: sed hoc eo dico, ut maculam abflergeam quae Aeliani codices dehonestat. Variae hist. lib. 9. cap. 1. de Hieronis erga fratres amore loquens, τοῖς ἀδελφοῖς συνεβίωσε, τρισὶν οὖσι, πάνυ σφόδρα ἀγαπήσας αὐτοὺς, καὶ ὑπ' αὐτῶν Φιληθεὶς. ἐν τῷ μέρει τούτῳ Φασὶ καὶ Σιμωνίδης συνεβίωσε καὶ τὸ Πίνδαρος. Lege, καὶ ὑπ' αὐτῶν Φιληθεὶς ἐν τῷ μέρει. Τούτῳ Φασὶ καὶ Σιμωνίδης συνεβίωσε καὶ Πίνδαρος. Claudicat pede uno versus primus e Philemonis ecloga, Ἐάσαθ' οὔτως τοῦτ' ἔχειν.

Sequentis e Diphilo ρήσεως primi versus corruptissimi sunt: ideo praetermissi a Breviatore. Ita libri omnes, Oὐ μὴ παραλάβω του θάμ' οὐ δράνων ἐγώ. Ἐπ' ἔργον οὐ μὴ διατελῆς τὴν ἡμέραν, Τραπεζοποιῶν ἐν αγαθοῖς πολλοῖς χύδην. Dalecamp. quam lectionem sibi fabricaverit, non divino. Nos ita concinnamus, Oὐ μὴ παραλάβω τοῦψον, οὐδ' ἦνω γ' ἐγὼ Ἐπ' ἔργον, οὐ μὴ διατελῶ τὴν ἡμέραν Τραπεζ. quando cocos conducebant, hoc primum siebat, ut omnia iis traderent opsonia. Hoc sensu λαβεῖν et παραλαβεῖν toties jam polita in superioribus: neque aliter hic accipiendum. Nam (quod ex praecedentibus Athenaei verbis constat), negat cocus se opsonium ullum tangere velle, aut ad opus accedere, ut iis operam navet, qui non totum diem sint ipsum occupaturi, et quidem in lautissimis lautitiis. Commune hoc omnibus melioribus, ut ad levia, et quae facile aut brevi persificantur, aegre trahi se finant. 10. versus, Ναύκληρος ἀποθύει τις εὑθὺς ἀποβαλών Τὸν ιστόν. si quis nauclerus sacra facit ex voto cuius est reus salutem nactus ex naufragio. Ita interpretor ἀποθύειν hoc loco. Sed inveni postquam haec scripsi aliam lectionem in Epit. quae ad hanc sententiam praeit nobis. habet enim συχῆν pro εὐθύς. vere omnino. Nausicles Naucleris, de mullis loquens, αἰς καὶ θεὰν τιμῶσι Φωσφόρον Κόρην Δείπνων ὅταν πέμπωσι δῶρα ναυτίλοι. Euphron libro nono istorum. πέμπτην ἔθνουν ἡμέραν οἱ Τήνιοι Πολιοὶ γέρουτες, πλοῦν πολὺν πεπλευκότες. 17. Τιθεῖς τὰ θ' αὐτοῦ σπλάγχν' ἔκαστος ἐσθίει. Nimis cernunt acutum qui hic proverbium aliquod deprehendunt. Contra affirmamus nos, simplicem et ἀσχημάτιστον esse orationem. Verte, et quisque sua viscera, (non corporis sui: apage, sed victimae quam adolevit.) sibi apponens ea comedit. σπλάγχνα accipe, ut in illo Homeri, Ἐνθ' οἱ σπλάγχν' ἐπάσσαντο, θεοῖσι δὲ μηρίᾳ παῖον. vide ad librum tertium. 19. Τριταιὸς ἀπαθῆς εὔπορηκώς, περιχαρής. Calamo scripti multi, εὔπορινώς: ceu esset ab εὐπορίᾳ: quo parum aut nunquam utuntur Graeci. 20. εἰς δέκα ἐπὶ τῇ μνᾷ γεγονέναι καὶ δώδεκα. Pono ὑποστιγμῆν in fine hujus versus: et separo haec a sequentibus. Naucleri unus hic quaestus est, quando merces quas advexit sic vendidit, ut in singulas minas lucri facheret drachmas decem aut duodecim. In proximo versu δάγει ἔρυγγάνειν foenora eructare, positum pro jactare se de magno lucro: vel, quaerere ubi pecuniam foenori col-

loces. 22. ἈΦροδίσι· ὑπὸ κάλλοψι μαστροποῖς ποιῶν. quis formam in lenonibus commendavit? aut quis dictionem κάλλοψι alibi legit? Illa vero etiam hinc extrudenda, ut verae lectioni κόλλοψι locus fiat. Sic recte in Excerptis. Ita vocabant exoletos: quasi duros, ut a Latinis poëtis appellantur. Lenones vocat Diphilus κόλλοπας, vel propter vultus truculentiam: vel ob morum perversitatem. Voluit enim ea appellatione significare, id genus homines non alienae tantum, sed et suae pudicitiae esse prodigos. 23. Τπὸ τοῦτον ὑπέμυξεν διθὺς εὐβεβηνότα. Docti scribunt, πρὸς τοῦτον ὑπένυξα. sed non est ὑπονύττειν, quod illi putant, oculis nictando signum alicui dare. νύττειν, pungere. ὑπονύττειν, clam pungere. nisi alia proferatur ex libris lectio, vertam, leniter hominem mungo. Adulationis genus hoc est: cui similia in Theophrastea ejus vitii descriptione, floccos vestimentorum eximere, et e barba paleas detrahere, p. 520. ac similia. 24. ἐμνήσθην Διὸς Σωτῆρος. formula gratulandi ei qui ex periculo evasisset. 25. ἀπὸ συμβολῶν συνάγοντα ῥῆ Δὲ ἔτερά που. Hic liceat nobis illud usurpare, ex aliqua prodire tenus, si non datur ultra. nam mentem quidem hujus loci interpretibus οὐδ' ὄνται visam, facile nobis aperire: verba in integrum restituere, hoc vero non possumus. Prior sententia definit in praecedentis versus fine. Quare ponenda στιγμὴ τελεία post verbum πορεύομαι. Nunc ait, si qui adolescentes cupientes ex symbolis una esse, coeant et pecunia vel anulo, vel alia qua re loco pignoris in vas aliquod conjecta, eant deinde per forum et clamenter: Quis est qui tenuem coenam parare velit: ego istos clamare sino, neque iis operam meam loco. συνάγοντα exponendum ita ut docet ipse auctor diserte libro 8. in extremo. Repetendum autem ex superioribus μειράκια. Sequentे versu ἀνευρημένα habent libri. neque hoc rectum est, neque id quod editum est. In 36. οἰμώξεις μακρά. Melius omnino antiqui libri, οἰμώξει. Flebit multum primus cocorum: nempe, qui pecuniam a me flagitabit. 39. πολυτελῶς Ἀδώνια Ἀγουστός ἔταιρα μεθ' ἔταιρῶν πορνῶν χύδην. Scribendum μεθ' ἔτερῶν πορνῶν. Ultimus versus est, Σαυτὸν ἀποτάξεις τόν τε κόλπον ἀποτρέχων. Aquam ex silice facilius expresserim, quam ex lectione ullum sensum. Lego ἀποσάξεις. Versaberis, ait, in tanta rerum copia, ut liceat tibi suffarinato et praeda onusto domum tuam excurrere, atque

ibi fuita deponere. Quam fuerint olim cocorum conductitiorum tagaces manus, ex Aulularia, et Graecorum comicorum sexcentis locis compertum est eruditis. χύδην in superiore versu non est *sparsim*: sed δαψιλῶς, copiose adeo ut omnia circum fluant. Diphilus modo, Τραπεζοποιῶν ἐν ἀγαθοῖς πολλοῖς χύδην. Jam ἀποσάττειν est *exonerare*, sive *onus excutere*. Figura est ἐν διὰ δυοῖν, exonerabis σαυτὸν τόν τε πόλπον, τε et *sinum*, pro, *sinum tuum*. In Archedici pericopa non planissima sunt omnia: quod satetur Breviatur, qui paucula tantum verba inde excerptis. Deinceps videtur auctor cum ait, Φιλοστέφανος δ' ἐν Δηλίῳ καὶ ὄνόματα ἔνδοξων μάγειρων ἐν τοῖσθις οὐταλέγει, catalogum nobilium cocorum polliceri: in subjectis tamen Philostephani versiculis duo solum nominantur, Daedalus et Thimbron. Unde non injuria suspicio doctis est oborta plures ejus comici versus suis descriptos. quod non putamus nos. nam in Excerptis ita scriptum ex hoc loco, "Οτι Θύμβρων ἔνδοξος μάγειρος παρὰ Φιλοστέφανῳ. historiam autem samorum cocorum habes libro nono, et 34. Postremus versus Philostephani vulnus accepit, Δοὺς μισθὸν ὃν ἥτησας ἡκώ τὸ δεῦρο, ἀγαγόν σε. Scribo, Δοὺς μισθὸν ὃν μὲν ἥτησας ἀδέστησας σ' ἥγχην. Obscura dictio est γρυμέα, ut quidem a Sotade usurpatur in istis: — γαλεὸς εἰληπται μέγας, "Ωπτησα τὰ μέσα τὴν δὲ λοιπὴν γρυμέαν "Εψω ποιήσας τρίμια συκάμινον. vel potius, συκαμίνιον. Viri docti qui didicerant ex Polluce γρυμαίαν idem significare ac πήραν, *peram*: vertere hic, *advectos in pera reliquos pisces*. Verius est, ea voce designari res viles ac pretii minimi, ut si latine dicam *quisquillas*. Hesychius Glossographorum longe princeps id nos docet: qui postquam nomen γρυμαία (sive γρυμέα: nam utroque modo scribitur) interpretatus est his verbis, ita scribendis, ἐσθῆς σκευοθήκη, ἀγγεῖον ἐν ᾧ γρύτη. addit, ἥδη δὲ καὶ τὰ λεπτὰ σκευάρια, ἀ καὶ γρύτην καλοῦμεν. significans ita appellari quae Jurisconsulti et Seneca vocant in supellectile, *frixtola*. Apud Themistium Suaviloquum γρυμαία inter inutilia arma ponitur. οὐταλιπεῖν μὲν τὰ λατογήια. καὶ τὰς ιητιδέας (ita legendum) καὶ τὴν γρυμαίαν, λαβεῖν δὲ ασπίδα ἀληθινήν. generaliter omnia minuta et parvi momenti ita dixerunt. Ergo τὴν λοιπὴν γρυμέαν coquus hic appellat pisciculos minutos et non magnae rei. aut galei piscis extremas partes: quae dempto medio corpore, suo quo-

dam ac peculiari condimento parabantur intritis moris et aliis nonnullis ex quibus conficiebatur quem vocabant ὄξυλιπάρον χυμόν. Vocem γρυπαίας etiam Epicharmus ita usurpavit, ut docebimus [infra capite hujus libri 19. libro autem 8. leges] in Eubuli versu ἐσθίειν Φλυαρίας eodem sensu. Posterior haec interpretatio poetae menti convenientior est, ac verior. Timocles in Annulo, γαλεοὺς καὶ βατίδας, ὅσα τε τῶν γενῶν εὐ ὄξυλιπάρῳ τριματι σκευάζεται. vide etiam cap. sequenti. Septimo versu scribe metri causa, Χλόην, πύμινον, ἄλας, ὕδωρ, ἐλάδιον. In 14. προσέβαλον malim quam προσέλαβον. et si ferri potest, ut in tricesimo παρέλαβον. 24. Ἐμόλυν' ἀλεύρῳ τοιούτῳ τινὶ. una dictione est immunitus. Scrib. Ἐμ. ἀλ. ταῦτα τοιούτῳ τινὶ. vel πάντα. In 24. non εἴλησα, probat lex metrica: sed εἴλυσα, quod idem est. Ille opsonator qui ait in Archedici versibus, emisse se δραχμῆς τραχήλους, cervices congorum intelligit, vel aliorum piscium, aut conchyliorum, de quibus libro 3. Sequitur deinde jocus ejusdem in voce τράχηλος, non nihil obscurus.

— ἀλλὰ νὴ τὸν Ἡλιον

Κάμοι τράχηλον ἔτερον εἴποτε λαβεῖν  
ἥν, καὶ πρίασθαι δυνατὸν, ὃν ἔχω τοῦτον ἀν  
πρὶν εἰσενεγμεῖν ταῦτα δεῦρ' ἀπηγξάμην.

Malim καὶ πρίασθαι δυνατὸν ὃν ἔχω τοῦτον ἥν. Si posset, inquit, fieri, ut aliud collum alicunde mihi pararem, et istud meum emptorem reperiret, priusquam istos quos emi τραχήλους introferrem, unam de me literam longam facerem. Paratus erat videlicet, vitam ponere, modo trachelos quos emerat posset edere, aut luculentioribus mutare (non enim satis hic aperit animi sui mentem) et postea vitam recipere.

## CAPUT DUODECIMUM.

Γαλεός catella. δίνη, squalus. νωτιδανός. Cibi mensis illati strepente symphonia. De Theseo et Tlepolemo obscura historia. ἀδικία pro im pudicitia. glauci caput. προβατεὺς pastor. Antiphanis Pastor, Antiphanis Cyclops. Theo- p. 522. elytus et Theocles poeta. Jalyfus. Posis. Glau-

*cus marinus Deus. Nicandri Ἐτεροιούμενα.  
Hedylus poeta.*

**ΓΑΛΕΟΣ.** Glossarium vetus, Γαλεὸς ἰχθὺς, *catella*, non probo rescribi *mustela* nam etiam in altero Glossario ita scriptum. Ut a γαλῆ suum γαλεὸς fecere Graeci: sic Latini a *catus catella*. In eodem libro *squallus* est ψύνη. Scribe statim τὸν ἀλωπεκίαν, non τὴν. Etsi autem non nesciebamus quae recitantur mox ex Aristotele, neque in libris de partibus (qui non plures sunt quatuor) extare hodie, neque in Historiis, restituimus tamen etiam hic omnium veterum exemplariorum scripturam et secimus, Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ ζώων μορίῳ: qua de re capite 9. diximus. Νωτιδανὸς vocabulum eadem forma factum est, qua ἡπεδανὸς, πευκεδανὸς, βρυκεδανὸς, et alia in quibus omnibus τὸ δανὸς, formationi tantum serviens nihil significat. Quod sequitur de accipensere notum ex Macrobio omnibus. Etiam in Arbitri Satyrico cibi mensis inferuntur strepente symphonia. Ait dipnosophista Lyncei Samii verbis, Καὶ γὰρ τὸν Θησέα γεγονότα παλὸν ὑπολαμβάνω τοῦ Τληπολέμου τὸν ἰχθὺν τοῦτον αὐτῷ παρασχόντος παρεσχηνέναι. Auctoritate Thesei viri magni probare instituit Lynceus rectum Archestrati consilium esse, qui amico suadet ut Galeum Rhodium iniqua vi rapiat, si alia ratione parare eum sibi non potest. Id consilii placere sibi indicavit jam Lynceus, cum diceret. δικαίως παρακελεύεται. nunc ait etiam Theseum fecisse idem, cum Tlepolemo pisces eripuit, quem precibus ab eo extorquere non poterat. Historia quam respicit Lynceus, neque Plutarcho in vita Thesei, neque veterum cuiquam eorum qui ad nos pervenerunt, narrata est, quod equidem meminerim. Quare certi aliquid de hujus loci emendatione velle pronuntiare, hominis sit, qui non meminerit se hominem. Ἀμουσίᾳ τὸ πλέον μέρος ἐν βροτοῖσιν, ajebat olim sapiens: quod cum alias verum experimur, tum vel maxime, quoties veteranum scriptorum monumenta serio tractamus. Utrumque vulnus obligaveris si scribas, ὃς τοῦ Τληπολέμου τὸν ἰχθὺν τοῦτον αὐτῷ οὐ παρασχόντος, παρασχεῖν, (vel παραχωρεῖν) ἥγαγκατε. id est, nam et Theseum, inquit Lynceus, puto fuisse virum probum, qui Tlepolemum, cum dare sibi hunc pisces recusaret, vi compulit ut faceret. Sunt qui putent, innui his verbis, Theseum emissi galeum a Tlepolemo pudicitiae

sua jactura. non male eo traxeris superiora illa Lyncei,  
 τὴν ἀδικίαν πτήσασθαι τὴν ὄψοφαγλαν. nam et flagitium  
 ἀδικία est, ut virtus omnis justitia. Ita legendum fuerit,  
 ξεντὸν παρεσχημέναι. GLAUCI piscis maxime expeti  
 caput, probat dipnosophista aliquot veterum comicorum  
 testimonio. Id ipsum confirmant. παροιαιῶδες illud apud  
 Antiphanem, *dificilius cepta deferam, quam Calli-*  
*medon glauci caput.* Ἡπτόν τ' ait ἀποσταίην ἀν ὅν  
 προειλόμην. Ἡ Καλλιμέδων γλαύκου πρόοιτ' ἀν πράνιον.  
 Corrupta est postrema vox in hoc Archestrati hemistichio,  
 σεμνοῖς γὰρ ἀλισπεται ἐν τεναγισταῖς. Lege, *τενάγεσσι.* p. 523.  
 et σεμνὸς praestat quam σεμνοῖς. item, Ἀντιφάνης δ'  
 ἐν Προβατεῖ, in *Pastore ovium.* προβατεὺς, idem ac  
 ποιμῆν. Tertio versu ex ejusdem Philotide, scribunt  
 omnes veteres, atque etiam Epit. — τὸν γαλεὸν  
 ἐνυποτριμματί· ζεσθαι. τὸ δ' ἐγχέλιον, etc. ut vox  
 unica sit ἐνυποτριμματίζεσθαι, metri solum caussa dia-  
 lysim passa. galeum pisces, aut illius partes extremas,  
 intrito quarundam herbarum solitas condiri, dicebamus  
 capite superiore. Scribebamus ex conjectura: σὲν ὑπο-  
 τρίμματι Ζέσαι. In his libris et ζέειν et ἀποζέειν non  
 solum pro servere et coquere, sed etiam pro facere  
 coquere. Antiphonis *Cyclopem* laudat et Julius Pollux  
 libro septimo et nono. in ejus verbis scribunt docti,  
 pro ψῆττας κισχος, quod interpretari non est, ψῆττα,  
 κιχλη. nec video quicquam melius. Nausieratis de glauco  
 pisce versus integri non sunt: sententiam certe non  
 continent integrum. More suo Athenaeus de glauco  
 pisce agens, occasione nominis, de Glauco marino deo  
 quaedam affert. Principio ejus sermonis laudatur Θεό-  
 λυτος ὁ Μηθυμναῖος ἐν τοῖς Βαυχικοῖς ἔπεσι. alibi cita-  
 tur Theoclytus poeta antiquissimus: quem ab isto alium  
 esse non autumo. Itaque mallem hic quoque Θεόκλυτος  
 scribi ut lib. undecimo, ubi laudatur et Theocles poeta  
 vetustissimus, qui Ithyphallicos fecerat. Ea sunt judicio  
 meo, quae vocantur hic Βαυχικὰ ἔπη. ex quo illud  
 sequitur Theoclem et Theoclytum ejusdem poetae levi-  
 ter immutata nomina esse. Glaucon hunc Anthedonium  
 suisse etiam Strabo memoriae prodidit. De Promathi-  
 dae, *Hemiambis*, quaerebamus libro primo, capite 18.  
 hujus non semel vetus Apollonii interpres meminit: et si  
 aliquando Προμαχίδας in ejus libris invenies scriptum.  
 Non potest menda carere vox "Ικλημος in istis, ἀρπά-  
 σαντα δὲ Σύμην τὴν "Ικλημος οὐχὶ Δωτίδος θυγατέρα

**αποπλεῦσαι** εἰς τὴν Ἀσίαν. Hellenismi ratio vocem illam non admittit. Epitome et Eustath. recitantes hanc historiam, omittunt ista verba. interpretes Ἰαλέμου. ego Ἰαλύσου. nisus Hermolai Byzantii auctoritate: qui Symen insulam de qua Athenaeus loquitur ita nominatam scribit **a** Syme Jalysi filia, quae haec est ipsa. Nihil magis obnoxium errori quam propria nomina. velut quod sequitur, Πόσσις δ' ὁ Μάγνης. nam melius lib. 12. πόσις. *Posis* ὑπονοριστικὸν nomen est pro Posidonius, ut *Amphis*, pro Amphiaraus, *Iphis*, pro Iphigenia. Quod autem mirabilis illa navis Argonautarum etiam in Etruscum mare e Ponto devenerit, non solus Posis credidit. Lege Apollonii Argonauticorum lib. 4. sed Glaucum in Argonautarum albo neque Orpheus recensuit, neque Apollonius, Valerius Flaccus. Herba illa cuius esu dicitur Glaucus mortalitatem mutasse immortalitatem, hic non nominatur, sedum autem fuisse sive ἀειζων, veteres prodiderunt, ut legimus libro ultimo, et apud Isacium Tzetzem. Conatum doctorum virorum in emendandis p. 524. proximis verbis, Νίναινδρος δ' ἐν τρίτῳ . . . Εὐρωπίας Νιρέως ἔρωμενον τὸν Γλαῦκον ιστορεῖ γενέσθαι, non respondisse voluntati, arguunt Excerpta: in quibus observatur hinc, Glaucum fuisse amatum a Nero, non ab Europa Nereide, ut illi corrigunt. Quare verius est quod de voce Εὐρωπίας semper existimavimus, latere sub illa titulum unius librorum Nicandi. Possis legere, ἐν τρίτῳ Εὐρωπικῶν Νηρέως ἐρ. Sic statim *Aetolica* ejus poetae laudantur: alibi *Oetaica*. *Colophonica* et *Boeotica*. Quia tamen *Europiaca* Nicandi nusquam nominantur, et turpe est sine lege loqui, scribo, ἐν τρίτῳ Ἐτεροιουμένων. cum enim de Glauci mutatione sit sermo: optime argumento convenit libri index, *De iis qui mutari sunt*. Poema erat simile Ovidiana Metamorphosi. Ejus iterum meminit Athenaeus hoc libro et multos hodieque versus inde sumptos legere est apud Antoninum Liberalem et alios. Scribe paulo post, ὑπαγαγεῖν ὑπὸ ορήν τινι, non ἀπαγεῖν. *Hedylogus* Samius sive Atheniensis semper alibi in his libris, apud auctores alios *Hedylus* nominatur: neque dubium etiam hic scribi debere Ἡδύλος, ut in Epitoma. In tertio Hedyli versu, Τῇ νύμφῃ δύσπιστος ἀθύρματα: lego, δυσπίστω· inexorabili. aut δύσπιστον, cuius oratio parum efficax fuerit ad persuadendum. quarto casu, ut ἔχοντα in primo versu.

## CAPUT TERTIUM DECIMUM.

*Anguillae marinae. πατάνεψις vox Sicula. De generatione anguillarum expensis Athenaei locus, ex Aristotele. quomodo in generatione et πέψις et σῆψις locum habeant. Anguilla ἀπύρηνος μόνος ἵχθυς. pisces ἀνάκανθοι, antacaeus. et ἥυσο. ἔγχελις et ἔγχελυς. Anguillas ἐντευτλανοῦν.*

**ΓΝΑΦΕΤΣ.** Hujus piscis et Hesychius meminit: alius veterum, opinor, nemo. **ΕΓΧΕΛΤΣ.** τῶν θαλασσῶν ἔγχέλεων, μυημονεύει Ἐπίχαρμος. Anguilla marinus piscis non est, sed fluviorum aut lacuum: unde saepe in mare descendit, ait philosophus libro sexto Historiarum, cap. 13. Hae sunt quas marinas vocabat Epicharmus. quem poetam, piscem hunc appellasse πατάνεψιν, observat Julius Pollux: nimirum quod in patella coqueretur, quae πατάνη Siculis. Ait, προσθέντος γὰρ αὐτῷ τοῦ Δαιτού λαβεῖν τοῦ χωρίου ἦ ἄλφιτα ἦ ἄλιτα. Prima et ultima vox sunt depravatae. Scribe, προθέντος et ἄλατα· vel ἄλευρα. Ait ex Aristo. verba illius referens super generatione anguillarum, nasci eas ἐν τῷ βορβόρῳ οὐαὶ τῇ ίλύῃ σήψεως γενομένης, οὐαδάπερ οὐαὶ ἐπὶ τῶν οὐαλονμένων τῆς γῆς ἐντέρων λέγεται. Multa hoc loco, ut saepe alibi, ex membranis adjecimus. Sunt autem omnia quae de anguillarum ortu ex Aristotele referuntur sumpta de libro Historiarum sexto, capite 16. Sed minus recte expressa est Athenaeo mens philosophi. qui nunquam dixit generari anguillas ut generantur quae vocant terrae intestina: sed ex illis ipsis. Verba ejus sunt, αἱ ἔγχέλυες γίνονται ἐν τῶν οὐαλονμένων γῆς ἐντέρων· ἀ αὐτόματα συνίσταται ἐν τῷ πηλῷ, οὐαὶ ἐν τῇ p. 525. γῇ τῇ ἐνίκμῳ· οὐαὶ ἥδη εἰσὶν ὡμμέναι αἱ μὲν ἐκδύνουσαι ἐκ τούτων, αἱ δὲ ἐν διανιζομένοις οὐαὶ διαιρουμένοις γίνονται Φανεραί, id est, nascuntur anguillae ex lumbricis qui terrae intestina dicuntur. *Ii sponte sua generantur in luto, et madente solo. Jamque visae sunt anguillae, aliae e lumbricis exeuntes: aliae iis scissis ae divisis sunt factae conspicuae.* constat ex his quo

jure, quave injuria sit positum hic, τὸ καθάπερ ab Athenaeo. At quod in praecedentibus censuerunt doctissimi viri, pro σῆψεως γενομένης, legendum esse πέψεως, falsi sunt iudicii: eo decepti, quod in prioribus editionibus, perturbata et mutilata verba philosophi recitarentur. Athenaens ista illius respicit, καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ δὲ καὶ ἐν τοῖς ποταμοῖς γίνονται τὰ τοιαῦτα, ὅταν ἡ μάλιστα σῆψις. Caeterum quomodo in generatione anguillarum et aliorum quae non sunt e seminibus et πέψις necessaria sit, et σῆψις quoque reperiatur, declarat aureus locus divini philosophi, in libris de prima philosophia: quem non possum quin adscribam. τῶν αὐτομάτως γενομένων, ait, γίνεται οὐδὲν σηπόμενον, ἀλλὰ πεπτόμενον. ἡ δὲ σῆψις, καὶ τὸ σηπτόν, περίττωμα τοῦ πεφθέντος ἔστι· οὐδὲν γὰρ ἐκ παντὸς γίνεται, καθάπερ οὐδὲν ἐν τοῖς ὑπὸ τέχνης δημιουργουμένοις· οὐδὲν γὰρ ἀν ἔδει ποιεῖν. γῦν δὲ τὸ μὲν ἡ τέχνη τῶν ἀχρήστων ἀφαιρεῖ, τὸ δὲ ἡ Φύσις. Subdit Sophista coenarum, διὸ καὶ "Ουηρον τῆς τῶν Ιχθύων Φύσεως χωρίζοντα τάδε εἰπεῖν. Sic loquitur quali ex Aristotele haec quoque describeret non minus quam praecedentia. hodie in illius libris haec non legas. sed extabant adhuc seculo Athenaei scripta alia Aristotelis eodem argumento: unde potuit ea esse mutnatus. De loco ubi optimae capiuntur anguillae extant hi versus Archestrati:

"Ἐγχελυν αἰνῶ μὲν πᾶσαν, πολὺ δ' ἔστι κρατίστη  
"Ρηγίου ἀντίπερας πορθμοῦ ληφθεῖσα θαλάσσης.  
"ἔνθα σὺ τῶν ἄλλων πάντων μέσοην † ἐθνητῶν  
βρῶμα τιθεὶς τοιόνδε διὰ στόματος πλεονεκτεῖς.

Tertius versus nullo negotio emendari poterat ab interpretibus: πάντων Μεσσήνιες θυητῶν. Per apostrophen alloquitur Messanios Mamertinos, eosque ait πάντων ἄλλων βροτῶν πλεονεκτεῖν, id est, felicitate superare caeteros omnes mortales, ob copiam fretenium anguillarum, quae omnium optimae. Messanam in Sicilia Rheygium e regione spectare, ne tyrones quidem sunt monendi. Illud potius videamus quod de natura anguillarum scribit Archestratus. "Ἐγχελυς, ἡ Φύσει ἔστιν ἀπύρηνος μόνος ιχθύς. Eustathius prolato isto versu notat, ἐνθα ὅρα ὅτι πυρῆνα ἐκεῖνος ἔφη τὴν ὀστώδη ιχθυηρὰν ἄκανθαν. Observa, inquit, poētam appellasse eleganter πυρῆνα, id est, nucleus, osseam piscium spinam. Recte Eustathius, neque aliter interpretari eam vocem. Atqui falsum hoc, anguillam esse penitus ex-

ossem: nisi de aliqua peculiari ejus specie hodie incognita loquebatur poeta. habere enim spinam hunc quoque pisces et αὐτοψία arguit, et testimonia scriptorum: ut paulo ante Athenaeus, de Epicureo icadista, ἔγχελυος παρατεθείσης, ἐπιβαλὼν ἐψήλωσε τὸ πλευρὸν, ἕγχελῳ εἰς ἄναυδαν. Sed ut hoc Archestrato concedatur, falsum est rursus, solam anguillam ex omnip. 526. piscium natura carere spina: nam et antacaeus est ἄναυδανός, et huso Danubii, qui est aliis ab antacaeo Pontico. Verum de husone Germanico facilis responsio: cum enim Archestratus notum non habebat. antacaeum non fuisse illi incognitum, dicebamus capite septimo, neque mutamus sententiam. sed levis erat illa notitia, t ut videtur nominis potius quam rei vel naturae antacaeorum. Cum autem ἔγχελος dicatur et ἔγχελυς ecce, non tamen promiscua fuit Atticis harum vocum surpatio, ut hoc loco observatur. Enarrator autem Aristophanis hanc litem ita dirimit, ut dicat per iota scribere Boeotos: per v Athenienses. melius noster et accuratius. Aristophanis *Lemniae* saepius citantur Polaci 7. Harpocrati in ἀριτεῦσαι, et aliis. Eodem tulo plures tragici fabulas ediderunt, ut ante diximus. estificor autem fidei meae caussa, isto loco, 'Αριστοέλης δ' ἐν τοῖς Περὶ ζώων διὰ τοῦτο ἔγχελος εἴρηκεν: scribere Huraldinum codicem, ἐν τοῖς Περὶ ζώων μορίων: cut alibi tot numero locis, de quibus ante diximus saepius. Quin etiam auctore eodem libro scribi oportuit aliquanto post ΙΠΠΙΟΥΡΟΙ. 'Αριστοέλης ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων. Lepidissimi sunt versus Antiphanis quibus aducuntur Aegyptii quod anguillam pro deo colerent. ed in quo praecipue sita elegantia parum vulgo attinent: nam cum ait, πολὺ τῶν θεῶν γάρ ἐστι τιμιωτέρα: dit in ancipiū vocis τιμιωτέρα, quae et carior et honoratior potest significare. Timoclis versiculos de idem ita emendare debes,

Πῶς ἀν μὲν οὖν σώσειεν ίθυς ἢ μύων;  
ὅπου γὰρ εἰς τοὺς ὁμολογουμένους θεοὺς  
ἀσεβοῦντες οὐ διδόσσιν εὐθέως δίκην,  
τίν' αἰλούροιο βωμὸς ἐπιτρίψειεν ἀν;

quis metri caussa putet, in secunda vocis αἴλουρος phthongi loco alteram tantum vocalem a poeta usurpatam non repugnabo. Multa in hoc genere sibi licere volunt poetae contra communem loquendi usum, ut in ἔλοψ dicitur Archestrato, qui vulgo aliis ἔλλοψ.

ita fortasse Timocles αἴλυρον vel αἴλορον appellavit metro serviens, quem vulgus αἴλουρον. Anguillas veteres esitabant bestiae solis involutas, ut observat dipnophista. Hoc dicebant Athenis ἐγχέλεις ἐντευτλανοῦν. Aristophanes Acharnensisibus, — μηδὲ γὰρ θανών πότε Σοχωρίς εἴην ἐντευτλανωμένης. Lego non dubitanter ναὶ εὖ Μηδείᾳ.

Τεῦτλ' ἀμπεχομένης παρθένου Βοιωτίας.

Κωπαΐδος, ὄνομάζειν γὰρ αἰδοῦμας θεόν.

librarios poenituit operae, et priorem versum duabus vocibus mutilarunt, quia praecedebat similis aliis. atque ea causa fuit cur junctim hos duos locos auctor assertet: quia erant simillimi. Ut vulgo scribitur, nescias quo pertineat istud testimonium. Saepe diximus, nussquam non isto modo peccatum esse. nec moveor quo idem vitium in membranis et Excerptis.

p. 527.

## CAPUT QUARTUMDECIMUM.

*Ellopes optimi. erythinus et erythrinus. encrasichol. hepseti. διὰ δωδεκάτης ἡμέρας. Aristophani Dramata. deque iis fabulis multa. Ionis μέγ. δρᾶμα. Ἡπατος piscis. λεβίας. elacatena. Theopompi Callaeschrus. Hippónium Brutiorum πλευρὰ γεννική. claves καλυπταὶ et ὅπται.*

**ΕΛΛΟΨ.** προείρηται μὲν τινα περὶ αὐτοῦ. Respic disputationem de sacro pisce. Ab Archestrati iudici qui pronunciat: Τὸν δ' ἔλοπ' ἔσθε μάλιστα Συρακούσαις εὐὶ κλειναῖς, Τόν γε κρατιστεύοντα: dissentit Varro in libris De re rustica: ubi ellopem ad Rhodum omnibus anteponit. Sententia autem fuit Archestrati, omnes ellopes in Syracusano mari nasci: inde vagari per al maria. sed quo longius abeant, eo fieri graciliores magisque indurari et nativi saporis gratiam amittere. H est sensus istorum versuum: — οὗτος γὰρ αὖ ἔστι εἶδεν.

Τὴν ἀρχὴν γεγονώς, καὶν ἢ περὶ υῆσους + ἢ περὶ τὴν ἄλλην που ἄλω γῆν, ἢ περὶ Κρήτην λεπτὸς καὶ στερεὸς, καὶ κυματοπλὴξ αὐτικνεῖται. in quacumque tandem ora capiatur ellops, ait poet

scito natum esse in eo mari quod Syracusas alluit. Versum qui imperfectus est, exple ac scribe: *καὶ νὴ Δία περὶ γῆσους.* ΕΡΥΘΡΙΝΟΣ. Semper Eustathius ἐρυθρίνος: et ita Hesychius in ea voce. Κυρηναῖοι δὲ δύκην τὸν ἐρυθρίον παλοῦσι. certissimum est ex libri huius fine scribi debere K. δὲ ὑκκην. paulo tamen aliter Hesychius, ὕκκος, ἐρυθρῖνος. in Excerptis depravatissime λικην.

ΕΓΚΡΑΣΙΧΟΛΟΙ. apuarum genus, et ut placet doctis, anchoiae Insubrium ac Massiliensium. caput suis ingratum et subamarum: ideoque praecidi solitum. ex eo nomen ὅτι ἐν τῇ πεφαλῇ ἔχουσι τὴν χολὴν, inuit Etymologus. Lege Aelianum libro 8. cap. 18.

Αριστοτέλης ἐν τῷ Περὶ ζωϊών. Videlur esse is com-

mentarius quem alibi vocat Ζωϊόν. ΕΨΗΤΟΣ.

τῇ τῶν λεπτῶν ιχθυδίων. Excerpta, ἐπὶ τῶν λεπτῶν ιχθυδίων. diverso sensu. nostra enim lectio hepsetorum acit peculiare quoddam genus, altera, nomen hoc surpari de minutis pisciculis, nullo generis discrimine: que hoc verius.

ῳ Χάριτες αἰς μέλλουσιν ἐψητοι. ententia claudit: sed lego αἰς μέλλουσιν ἐψητοι. o gra-

iae quibus curae sunt hepseti! hoc est, o hepsetos ratissimos. Sic apud Pindarum Εὐθυμίᾳ μέλλων εἶην.

ro utinam sim σὺ θυμός. vide libro quinto, cap. quarto. οὐβούλος ἐν Προσοντιᾳ ἡ Κύνω. Mendam video, emen-

ationem non video: nisi est, ἐν Προσοντιᾳ, ἡ K. quod

viler tamen placet. Διὰ δωδεκάτης ἐψόμενον γῆμέ-

τος Ἡδη. Ultima vox separari non debuit: sed debuit nendari. Nam scribendum διὰ δωδεκάτης ἐψόμενον

ιέρας Ἡδη. et ita MSS. Verte, contentus si vel hepse- unum coqui videat betis involutum, post 12. die- im abstinentiam. Voculam διὰ accipe ut exposuimus

simili loco lib. 2. cap. 15.

τὰ γὰρ παλὰ πάντα

αιδάλου παλοῦσιν ἔργα. Habeo incertum sintne haec p. 528.

rba Athenaei an Alexidis. Tum ita fuerint versus

ncipiendi,

— οἱ γὰρ ἐψητᾶν τινὲς

Παρῆσαν γῆν δαιδάλοι πως. τὰ παλὰ γὰρ

ἄπαντα Δαιδάλου παλοῦσιν ἔργα νῦν.

ριστοφάνης Δράμασιν ἡ Νιόβη. Non injuria suspicetur quis scribendum Ἀρ. ἐν δράματι Νιόβη. Sic enim

quuntur auctores saepe. nihil tamen hic mutandum:

illud potius etiam et etiam observandum, olim fas- las quasdam Aristophaneas aut quae Aristophani tri- ebantur a multis, praeter proprium sibi titulum, com-

muni nomine Δράματα fuisse a criticis inscriptas. Eistis est *Niobe*, quam non hoc solum titulo veteres laudant, sed ut hic, Δράματα ἢ Νιόβη. Praeter Athenaeum scribit Pollux lib. 10. cap. 48. οὐ μέν τοι τὰς πλινθους ἐπλαττον, πλινθεῖον καλεῖ ἐν Δράμασιν ἢ Νιόβη Ἀριστοφάνης. et cap. 26. σαφέστερον δ' ἐν τοῖς Ἀριστοφίνους Δράμασιν ἢ Νιόβη, ἀλλ' ὥσπερ λύχνος, ὅμοιότατη καθευδεῖ ἐπὶ τοῦ λυχνιδίου. Sic libro decimo capitulo trigesimo octavo. καὶ ἔστι τούνομα ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Δράμασιν Ἡνιόχῳ. nam scribendum hic quoque Δράμασιν ἢ Νιόβη. *Heniochum* enim. (quo titulo fabulam docuit Menander) nemo veterum attribuit Aristophani. Dramatum fuit etiam alia item comoedia Aristophanis *Centaurus*, aut *Centauri*. Pollux libro 7. cap. 5. τῶν περὶ ἀρτοπωλίαν ἀθρόα ἐστὶν ἐν Ἀριστοφάνους Δράμασιν ἢ Κενταύροις. idem libro nono. Ἀριστοφάνης μὲν οἱ ἐν Δράμασιν, ἢ ἐν (malim abesse ἐν) Κενταύρῳ ἐφη, καμητίσι καπήλοις ἐπίχαρτον. iterum, Ἀριστοφάνης Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ, λίθος δεκατάλαυτος. libro 11 cap. 22. Ἀριστοφάνης γοῦν ἐν Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ ἐνηρουσαμένους (sorte, ἐνηρουσάμενος) τοὺς πύνδαις εἴρηκε. capite 42. οἱ ἀναβαθμοὶ τῆς οἰλιμακος, οἰλιματῆρες (vel οἰλιμακτῆρες), ὡς Ἀριστοφάνης Δράμασιν Κενταύρῳ. cap. 48. Ἀριστοφάνους ἐν Κενταύρῳ ἢ Δράμασιν εἰπόντος, Ἄλλ' εἰς κάδδον τιτὰ λαβὼν οὔρη Quemadmodum autem alias binominis fabulas alterius solum nomine scriptores interdum nominant: sic etiam istas. Nam Athenaeus libro 14. Aristophanem laudet ἐν Κενταύρῳ: illam ipsam dubio procul comoediam intelligens, de qua diximus. Sed hoc minus est mirum illud miror citari nonnunquam eum poetam ἐν Δράμασι sine ulla adjectione: ut haerere necesse sit lectorer quia plures fabulae eo nomine possunt intelligi. Sunt tamen Athenaeus lib. undecimo. Ἀριστοφάνης ἐν Δράμασι λέγων, πάντες δ' ἐνδον πεταχνεῦται. et libro 11 sub finem Ἀριστοφάνης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Δράματα. sic enim eum locum emendamus. Hesychius Βύρσαν τὴν πόλιν Ἀθηνῶν Ἀριστοφάνης ἐν Δράμα πατζῶν ἐφη. ubi perperam hodie editur, ἐν Ἀράμα. Porro quid causae fuerit cur hae comoediae generale δραμάτων appellationem sibi vindicarint, divinare difficile est. Suspicor tamen non a poeta esse illas ita nominatas: sed a criticis qui Aristophanis fabulas receivederant, et didascalias illarum conscripserant. Oli-

inter Aristophaneas quatuor fabulae fuerunt *Niobo*, *Cen-*<sup>p. 529.</sup> *Taurus*, *Insulae*, *Poësis*: de quarum auctore criticis non constabat. Ex ipsis videtur unum corpus esse confessum, eique inditum nomen ΔΡΑΜΑΤΑ. Ac quoniam vere Aristophaneis solitae adjungi, atque una compingi etiam istae: obtinuit, ut sic laudarentur quemadmodum ante docuimus. Haec nostra conjectura est, qui probabilius aliquid excogitaverit, eum vatem prohibebimus optimum. Invenies non dissimili titulo laudari antiquis unam ex Ionis tragicis fabulis. Μέγα δράμα enim nominatur, et quidem sine alia designatione. Pollux lib. 10. cap. 45. *καὶ νάρθηκα δ' ἀν εἴποις, "Ιωνος ἐν τῷ μεγάλῳ δράματι εἰπόντος, ψαφαρὸν νάρθηκα.* Hesychius, ὄνοταξομένη, πορθουμένη. *"Ιων μεγάλῳ δράματι.* Μένανδρος Περινθία. Meminit hujus in Andriae prologo Terentius: item Pollux initio X. et non semel Harpocration. *Ποσειδίππος Ἀποκλειομένη.* Pollux lib. 10. cap. 24. *τὸ δῆμα τὸ τηγανίζεσθαι ἔστιν ἐν Ἀποκλειομένῃ Ποσειδίππου.*

**ΗΠΑΤΟΣ ἢ ΛΕΒΙΑΣ.** prius nomen aut figuræ aut coloris similitudinem indicat, posterius quam vim habeat cogitandum amplius. etiam de ipsis, quae in Hesychii Glossis leguntur, λέβια, τὰ λεπίδας ἔχοντα τὰ δύγχη. *καὶ ιχθῦς λιμναῖοι.* puto scribendum, λεβίαι. et ταρίχη, non τὰ δύγχη. *ἔχων καρδίαν τρίγωνον, λευκήν.* Pene assentior eruditissimo Rondeletio, qui graves rationes affert, cur legendum censeat, *καρδίαν τρίγωνον, ἡπαρ λευκόν.* non possum tamen illius conjecturam librorum auctoritate confirmare. Membra omnes stant ab edita lectione: quam etiam firmat aliquo modo similis locus ejusdem Aristotelis, et si de alio pisce: *καρδίαν ἔχων λευκήν καὶ πλατεῖαν.* infra de Ichtharo. In excerptis hoc tantum, *ἔχων καρδίαν λευκήν.* Archestrati versum *Καὶ λεβίαν ὅσχετον ἡπατον ἐν περιλύστῳ,* lege cum Gesnero, *Καὶ λεβίαν λαβὲ, τόν φαῖν ἡπατον.* nisi malis, *Καὶ λεβίαν γε λαβεῖν, τόν χ' πατον.* [Vel potius ut adnotaverat magnus Scaliger id hunc locum: *Καὶ λεβίαν οὖν ὕσχε τὸν ε.*] **ΗΛΑΚΑΘΝΕΣ.** Nullum dubium est, *elacatenem* pisces eo nomen invenisse, quod *ἡλακάτην*, id est, *mulierem colum* similitudine aliqua referat. quam etiam ob aussam et *ἡλακάτη* et *ἄτραπτος*, ad alia nonnulla transferuntur. **Μένανδρος Κόλωσι.** nihil haec vox significat. Dalecamp. *Κολωτοῖς.* Malim *Κόλαξι.* certum enim ditos a Menandro *Κόλακας.* **ΘΥΝΝΟΣ.** Pura

puta vox est Hebraea **תְּנִינָה thannin**. illis quidem ceteris omnibus: at Graecis et Latinis certum genus cetorum. Non enim orcinos solum (de quo genere thynnorum Archestrati ὁν καλέουσιν Ὀρυννον. ἄλλοι δ' αὐτὸν κῆπος.) sed in totum omnes thynnos quidam e veteribus inter cete retulerunt, ob vastam corporis molem, ait Aelianus, De animalibus lib. 13. cap. 16. Ut desinant nugari qui Graecam originem nomini huic affingunt: in queis est enim Athenaeus. **Φωλεύει δ' ὁ Θύννος καὶ τοι πολυχίματος ὡς.** Haec est omnium veterum γράφη, non p. 550. **πολυκύματος.** **ἀπρέπει ταχέως καὶ μητέρι τιμῆς.** Pridem corruptus locus: nam auctor Epit. haec praetermisit. Forte, — τούτου δὲ Θεοῖς χρή Ὁψωνεῖν ἀπρέπει ταχέως, καὶ μὴ περιιμνεῖν. vel si diis paranda sit coena emendus orcinus, et quidem cito ac sine cunctatione quanti fuerit indicatus. **"Εστι δὲ γενναῖος;** Βυζαντίων ἐν τε Καρύστῳ. Malim Βυζαντίος. **κέφαλοι δέ τ' ἀμετίους.** Omitto aliorum sententias: quarum nullam possum probare. Lego sic, — Κεφαλοιδίς ἀμετίους Πολλῷ τῶνδε τρέφει Θύννους καὶ Τυνδαρίς ἀκτῇ. In eadem ora ubi Tyndaris, etiam Cephaloedis fuit, ut nominatur id oppidum Plinio ac Ptolemaeo: nam Strabo vocat Cephaloedium. **"Αν δέ ποτ' Ἰταλίας ἵερας;** Ιππώνιον ἐλθῆς + Ερπετὸν εἰς ὑδάτος στεφάνους. Cujus primum in mentem Dalecampio vénit aestuanti hoc loco, id secutus videtur, cum verteret, *Aut aquarium Metaurii fluvii ostia.* Duo nobis proposita in similiūm locorum emendatione semper esse debent: sententiae veritas et antiquae lectionis vestigia. aberrare ab altero istorum nescias si conjecturis, si Φιλοπονίᾳ verum licet tangere: ab altero non est fas temere. Videmur utrumque in corruptissimi hujus loci restitutione praestitisse. Legimus enim Βρεττιέων ὑδάτοστεφέων. Hippionium de quo loquitur Archestratus Βρεττίων, id est Brutiorum oppidum fuit, ut scribit Stephanus, ad mare situm. Lycopron Cassandra.

— **ἐνθα λαμπέτης.**

**Ιππώνιον πρητόνος εἰς Τηθὺν κέρας σκληρὸν νέρευκε.**

Ideo Archestratus Hippionias Brutios appellat ὑδάτος στεφεῖς. et si proprie non nisi insulis ea vox convenit καὶ Θεοδωρίδας δὲ Φησίν. Hic est Theodoridas Syracusanus poëta dithyrambicuſ, cuius Centauros laudat noster lib. 5. extremo. De hoc etiam loquitur Pollux

lib. 10. cap. 50. sed male ibi editur Θεοδωρίτας. Lege igitur, Θεοδωρίδας "ΗΦαιστον ἔφη Φυσητῆρσι μολυγίνοις χρῆσθαι id est, *Theodoridas dixit Vulcanum pro foliibus uti corii bibuli utribus.* Φησὶν ὅτι βάλανοι εἰσὶ κατὰ βάλανος ἐν τ. Eadem et Strabo libro tertio ex eodem fonte. ἀκροκάλιον δραχμῆς νιόν. Dalec. o sili. Imo vero legendum ὕειον aut ὕειον. pedes porcinos intelligit aut simile quid. Vocem ἀκροκάλιον exponimus libr. 3. cap. 15. Deinde scribe, Ταῦθ' οἱ πέντε. et ἄς οὐδὲ μάναρας ὑπερορᾶν οἶμαι θεούς.

**Θεόπομπος** ἐν Καλλαίσχῳ. Meminit Pollux lib. 9. sed locus ibi depravatus, ita restituatur, Τὰ δὲ στατῆρος ἄξια, στατηρίδια φαίης, ἄν, ὡς Θεόπομπος ἐν Καλλαίσχῳ. οὐ Φησὶν εἶναι τῶν ἑταίρων τὰς μέσας στατηριδίας. Notabis typum nominum in ιδιος pro ιαιος: qua de re plura alibi notamus. **Τπογάστρι** ἐλθῶν ὅσα Ποσειδῶν ἀπολέσει. Suspecta vox ἐλθῶν. et ἀπολέσαι perdat. omnino non ἀπολέσει. est imprecantis oratio.

Τάττειν τε γεννικῶς παρασκευάζεται Πλευρὰν μετ' αὐτῶν. Malim γεννικήν. πλευρὰ γεννική, latus nae grande. suis puta aut aliis victimae. sic γεννικὸν πρέας apud Aristoph. ut dictum est in superioribus. Etiam de phryctis, quorum mox Alexis meminit, libro p. 531. sexto fatis.

Οὗτος πρότερον κεφαλὴν εἰ λαβοῖ θύννου. Metro consulamus si sententiae minus licet: Οὗτος δὲ κεφαλὴν πρότερον εἰ θύννου λάβοι. et sequente versu ἐνόμιζεν cum Epit. non ἐνόμιζον. In Aristophontis versibus ex Pirithoo, jocus est lepidus in voce κλεῖδες: quae et frustum aliquod thunni significat, et quod omnes sciunt, claves. Porro Graecis veteribus duo clavium genera erant in usu: communium, et Laconicarum: quae etiam καλυπταὶ dicebantur, ut scribunt poetae interpretes ad illa verba, πυκινὰς δὲ θύρας σταθμοῖσιν πῆρσε. Multa nos alibi de clavibus veterum, ad lucem mictorum antiquorum. Oppositum καλυπτοῦ sive occulti, est τὸ ὄπτον, quod cerni potest. nam ὄπτον utrumque significat, et assatum et visible. Vide libro sequente, capite quarto. Ex his intelliguntur lepidissimi versiculi aristophontis.

A. Καὶ μὴν διέφερται γε τοῦψον παντελῶς.

κλεῖδες μὲν ὄπταὶ δύο παρεσκευασμέναι.

B. αἷς τὰς θύρας κλείουσι; A. θύννου μὲν οὖν.

B. σεμνὸν τὸ βρῶμα. A. καὶ τρίτη Λακωνική.

albus est Dalecampius, qui penultimam vocem emen-  
Casaub. *Anim. in Athen. T. II.*

dabat, scribebatque τρίγλη Λακ. Nam ut diximus clavis Laconica, alio nomine καλυπτὴ appellata, opponitur ταῖς δυσὶ ὄπταῖς.

## CAPUT QUINTUM DECIMUM.

'Αθῆς et αὐθαρεύς. Locus Aristotelis varie lectus jam olim. pisces ἐκτοπιστικοί. κίμβιξ et κίμμιξ. Antiphonis Acestria, et Rusticus sive Butalion. "Ιππουρος et ἔπουρος piscis. ἀργεντῆς idem quibusdam. δοιῆς. ὑκκης. julides ἔντερα γῆς. κρέμις et χρόμις. Archestrati locus obscurus. πλεκτὸν ὑφασμά σχοίνου. δονεῖν Ψήφους. δωρήματα ἀρθρων μηλείων.

ΤΟΝ ὄρκυνόν Φησι λέγειν τοὺς Ἀττικούς. Vir doctus, τὸν Θύννου ὄρκυνον Φησὶ λ. neque video quae sit sententia editae lectionis: licet non aliter in MSS. τῷ ἔχειν ὑπὸ τῇ γαστρὶ πτερύγιον ὁ καλεῖσθαι ἀθέρα. Scimus et nos apud Aristotelem Historiarum lib. 2. cap. 9. legimus αὐθαρέα, non autem ἀθέρα: confirmante etiam Hesychior cuius verba αὐθαρεύς τοῦ Θήλεος Θύννου τὸ ὑπὸ τῇ γαστρὶ πτερύγιον. nihilominus tamen stabilitam consensum omnium exemplarum lectionem repudiare non potuimus: cum accederet praesertim Breviatoris auctoritas, qui diserte scribit ἀθέρα. Non igitur scripsisse aliter Athinaeum: sed in Aristotele aliter legisse existimamus. Sane vox ἀθῆρ non inepte pinnulam de qua loquitur philosophus, significaverit. quo facilius verae lectionis subdititia haec locum invasit et occupavit. Scripsimus etiam auctoribus libris omnibus, ἐν δὲ τῷ περὶ ζώων μορίων, cum Epitoma: licet non nesciremus locum indicari qui extat Historiarum lib. 5. cap. 11. in Cratini verbis subjectis, duo insunt integri senarii jambici. Rursus ex Aristotelis De piscibus citantur haec, ἀγελαῖον καὶ ἐκτοπιστικὸν εἶναι τὴν Θυννίδα. et si liber ille ad nos pervenit, p. 532. agnoscet tamen philosophi verbum qui fuerit in illius scriptis paulo versatior. Nam initio Historiarum inter caeteras animalium differentias haec ponitur, καὶ τὰ μὲν ἐπιδημητικὰ καὶ τῶν ἀγελαῖων καὶ τῶν μοναδιῶν. τὰ δὲ ἐκτοπιστικά. Ἀρχέστροτος δ' ὁ κίμμιξ Φησὶ.

pro οὐμβιξ. literae β et μ passim permuntantur. Notum quis dicitur οὐμβιξ apud Aristot. in Ethicis, qui vitium hoc inter species ἀνελευθεριότητος statuit. Aliter paulo hic usurpatur de Archestrato, qui in rebus nihil tantum studii posuit. grammatici explicant ρυπαρὸς καὶ μικρολόγος. In epit. scriptum δὲ οὐμβιος. nec multo aliter Hesychius, Κύμβιον, ait, ἐπὶ μικρολόγου ἔταττον.

Καὶ νῦν ἔηραν ἐθέλης ἔσθειν γενναῖα πέλονται. Scribendum γενναῖα πέλονται, ut dicebamus in Lectionibus Theocrites. ita legit Eustathius quoque. De sequentibus Antiphaniis verbis e Paederaste jambicos senarios nullo negotio confeceris. Scribe deinde et distingue sic,

— δὲ μὲν ἀγρῷ τρεφόμενος  
 ὄψον θαλάττιον οὖτος οὐδὲν ἔσθει,  
 πλὴν τῶν παρὰ γῆν. γόγγρον τιν' οὐ νάρκην τιν', οὐ  
 θύνην τὰ πρὸς τῇ ποίᾳ τὰ πάτωθεν λέγω.  
 τούτους Φάγοις άν; τοὺς γὰρ ἄλλους γερόυμα  
 αὐθρωποφάγους ιχθῦς. τάδε δὲ μῶν ἔσθεις;  
 ταυτὶ πανόντα; ποῖα; Κωπαΐδας λέγεις.

*Acestria* et *Rusticus sive Butalion*, duo sunt ejusdem poetae dramata, in quorum utroque nonnullos superiorum jambicorum suo jure Antiphanes usurpaverat. Hoc voluit Athenaeus, non quod fingunt interpretes. *Ανεστρας*, est laceras vester sarcire: inde ανεστρια. *Acestriae* Antiphaniis mentio est etiam lib. 9. et lib. 13. Pollux lib. 4. cap. 19. *Ανεστριας* inscribit. Alterius fabulae multa in his libris mentio. nominat Pollux lib. 6.

**ΙΠΠΟΤΡΟΙ.** *Αριστοτέλης* εὐ πέμπτῳ ζώων. In exaratis manu liquido scriptum offendimus, εὐ δευτέρῳ ζώων μορίων. obstinato librorum omnium et epit. consensu. Locus est Historiarum lib. 5. cap. 10. *Hippurum* alii videntur appellasse ἔπουρον. nam ita Hesychius. de ratione hujus appellationis erudite Gesnerus: sed nou spondebo tibi veris notis deprehensem esse dum nostris hominibus veterum hippurum. διὸ καὶ ἀρνευτὴν οὐομάζεσθαι. Falsum est quod ex hoc loco persuaferunt sibi eruditissimi homines: hippurum pisces alio nomine ἀρνευτὴν vulgo olim esse appellatum. Imposuit eorum diligentiae menda loci hujus. nam pro οὐομάζεσθαι scribendum οὐομάζει αὐτόν. Breviator, καλεῖ αὐτόν. Verum est, hippurum dici Numenio ἀρνευτὴν. At illud falsum, dicere poetam sic eum vulgo nominari. Audiamus Numenium, ηὲ μέγαν συνόδοντα, η ἀρνευτὴν τπουρον. "Αλλως τ' εὔοψον σφόδρα χωρίου ἐστι

**Κάρυστος.** et alias *piscosus* admodum locus est *Carystus*. Parcant nobis docti viri manes: sed profecto et legere ut illi placitum, et interpretari ut ab eo factum, Φωτὸς οὐ σοφοῦ ἀδε βουλὰ, quod dixit olim sapiens. vide caput secundum. Sic Strabo libro quarto, ὁστράκια δ' ἔχει

p. 533. **πάμπολλα.** καὶ ἄλλως εὔοψεῖ. abundat ostreis et in universum piscibus. Ἡ σηάρου. ἡ πᾶθον τροφίην, ἡ ἀναιδέα λείην. Aliquanto post, ubi iterum hic verlus, scriptum, ἡ ἀναιδέα δοίην. Sive λείην probes, sive δοίην, obscurum est, de quo piscis genere sentiat Numenius. Dalecamp. ἀναιδέα vertit *cinaedum*, et voces τροφίην ac λείην sedes suas cogit mutare. Gesnero δοίης nomen piscis est. quod probare nequeo. non probo item λείην: nisi est poetae licentia λείην appellantis quem caeteri λειόβατον. Locus videtur corruptus, hoc aut simili modo restituendus, ἡ ἀναιδέα γ' ὑπηην. Idem Numenius, ἡ σηάρου ἡ ὑπηης ἀγεληίδας. vel ἡ ἀδώνιδα λείον. exocaeti sive adonidis genus esse cui conveniat optime epithetum λείος, sciunt naturae periti. **Χαύνους τιτάνας ἐγχέλιας τε καὶ ἐννυχίην πίτυνον.** Hypermeter est hic versus: quare hoc saltem melius in altera lectioне quae habetur sub finem libri, **χαύνους τε πελίας τε καὶ ἐννυχίην πίτυνον.** Viri docti emendarunt varie. nostra conjectura erat. **χαύνους τε, λεβίας τε,** καὶ ἐννυχίην [έρυθρον ut apud Eustathium legitur.] Vocem ἐννυχίην non ad colorem retulerim: id enim duriuscum: sed ad punctionem nocturnam. **ΙΟΤΛΙΔΕΣ.**

περὶ τούτων Δωρίων ἐν τῷ περὶ Ἰχθύων Φησὶν ιουλίδας ἐψειν μὲν ἐν ἄλμῃ, ὀπτᾶν δ' ἐπὶ τηγάνου. Eustathius, ὅτι πρὸς ὁμοιότητα μεταφοριὴν καὶ γῆς ἐντερα λέγεται, ὁ παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ ιείμενος Δωρίων δῆλοι, λέγων, ιουλοι οὐκληνται μέλανες γαιηφάγοι, ἐντερα γαίης. Καὶ ὅρα τὸ ιουλοι· δοκεῖ γὰρ ὁ Δωρίων ἐντερα γῆς εἰπεῖν ἐνταῦθα οὐ πάντα τὰ ὑπὸ γῆν σκωλήνια· μόνους δὲ τοὺς ποδῶντος ιούλους. Recte observat Eustath. non omnes lumbricos (Graeci ἐντερα γῆς vocant) dici ιούλους: sed eos tantum qui numero pedum sunt insignes. Nam Athenaei sequentia verba lectorem fallere poterant. cum ait, ιούλους ὄνομάζει τὰ ἐντερα τῆς γῆς. At veri ιουλοι sunt ποδῶντοι atque ut sic dicam πολύποδες. Dion Chrysostomus, oratione de servis, οἱ ιουλοι μυρίους πόδας ἔχοντες βραδύτατοι εἰσι τῶν ἔρπετῶν. Hoc igitur recte Eustathius, fallitur tamen cum Dorioni tribuit quae sunt Numenii. nam Dorionis praeter supra scripta verba, ni-

hil extat neque de julis, neque de julidibus. In Numerii secundo versu, scribe, *καὶ ιωβόλον σιολόπενδραν*. non *ιωβόρον σιολόπενδρον*. In quarto, ἡὲ καὶ ἔρπηλας δολιχήποδας. In Epito. ἔρπηνας. aequē obscurē. sed mox item in alio ejusdem poetae versu ἔρπυλλαν scriptum. In penultimo Ἀσυάδεις οὐλύζωνται ἐπ' ἄνρη οὔματος ἀγνῆ. Lege, ἀγῆ. littus vocant poetae ἀγῆν, ubi fluctus illisi ἀγινυνται, id est franguntur: unde et ἀνται et ρηγμῖνες. et θῖνες. Vetus poeta apud grammaticos: πολιῆ δ' ἐπὶ οὔματος ἀγῆ Τέγγε πόδας. КРЕМТΣ. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Περὶ ζώων Φησὶ τάδε. ἀνόδονται καὶ λεῖα ὡς φαθίς; καὶ τὰ μὲν λιθονέφαλα ὡς ορεμύς. Excerpta, λειονέφαλα ὡς ορ. Prorsus mendose. Aristoteles Histor. lib. 8. cap. 19. μάλιστα δὲ πονοῦσιν ἐν τῷ χειμῶνι οἱ ἔχοντες λιθονέφαλη. οἷον χρωμίς. cremis et chromis idem. Sequitur de apro piscē ecloga Archestrati obscurior. Quare integrum locum recitabimus. Postquam enim multis versibus nos esset hortatus ut p. 534. Ambraciensem aprum compararemus quoquo pretio, subdit:

Τούτου δ' οὐ θέμις ἐστὶ Φαγεῖν θυητοῖσιν ἀπασιν,  
οὐδ' ἐσιδεῖν ὅσσοισιν, ὅσοι μὴ πλευτὸν ὑφασμα  
σχοίνου ἐλειοτρόφου νοίλου χειρεσσιν ἔχοντες  
εἰώθασι δονεῖν Ψήφους αἴθωνι λογισμῷ,  
ἀρθρων μηλείων ἐπὶ γῆν δωρήματα βάλλων.

Negat poeta piscem hunc (aprum nempe) ob summam praestantiam ipsius et pretium par, ab aliis posse emi, quam ab eo genere hominum quos luculentis versibus describit. Quinam igitur illi homines sunt? Dalecamp. pescatores putavit intelligi: nos affirmamus trapezitam et multinumum mensarium. Nimis absurdum est aut dicere aut existimare, optimos et pretiosi maximi pisces non ab aliis quam a pescatoribus esitari. Quis nescit genus id hominum non sibi sed beatioribus maria scrutari? Sed virum doctum deceperunt illa verba, πλευτὸν ὑφασμα σχοίνου ἐλειοτρόφου: quibus nassam putavit describi: cum poeta vas intelligat e junco aut sparto texi solitum ad majoris pecuniae summas capiendas. Latini fiscos vocant ουρίως. Asconius, *Sportae, sportulae, sportellae, nummum* sunt receptacula: et *sacci, sacculi, saccelli*, et *crumenae*, et *vellereae* et *scorteae*, et *manticæ* et *marsupia*. ita fisci, fiscinae, fiscellæ, sparteæ sunt utensilia ad majoris summae pecunias capiendas. In veteribus Glossis *fiscus* vertitur ούρτος

ἀλιευτικός. quia et nassa et fiscus in quo pecunia continebatur, viminea opera erant. In tertio horum versuum κοίλου scribendum non κοίλου. Jungendum enim cum ὑφασμα. fisci capacitatem hoc verbo designat. Ait, Εἰώθασι δονεῖν ψήφους αἴθων λογισμῷ. id est, qui solent tractare calculos ardente animo. elegantissimum est, δονεῖν ψήφους: agitare sic calculos ut tinniant. hoc nos dicimus in idiotismo nostro, faire sonner. par elegantia in illis αἴθων λογισμός. ad declarandum vehemens studium et ardens argentarii rationes putantis, aut pecuniam sollicitè spectantis metu fraudis: unde est ortum proverbium, sicut alibi dicebamus, ἐξετάζειν ἀργυραμοιβικῶς. In fine hujus versus ponenda στιγμὴ τελεία. Nam quae sequuntur: "Αρθρων μηλειων ἐπὶ γῆν δωρήματα βάλλων, non pendent ex superioribus, sed ex se sunt apta. Ait poeta, eam esse piscis hujus praestantiam, ut quando ejus copia est, carnes ovinas, agninas et vervecinas (quanquam harum rarer Graecis usus), aspernari oporteat. Lego autem βάλλειν, pro βάλλει. aut δεῖ βάλλειν, oportet humum dejicere. non aliter legit Breviator: cuius fides locis plurimis plurimum nos adjuvit. ἄρθρα μηλεια quaeque quid sunt aliud quam artus pecundum, quae μῆλα Graecis dicuntur? Ait autem δωρήματα ἄρθρων μηλειων, ut hoc significet, vel dono datae carnes cedere debere a pro pisci impensa maxima comparato.

## CAPUT SEXTUM DECIMUM.

Cyclopes fabula Calliae aut Dioclis. νεοθήξ μα-  
p. 555. χαιρα κορύδηλις leucifci genus mugilum: χελών, χελλών et χαλών. mugiles σφηκέες sive σφηνέες. de voce λαγαρός. δακτυλεὺς mugil. Dioclis poëtae Θάλαττα. Euphronis Αἰσχρά. τρίτη Θεσμοφορίων. Τιεορομπι 'Ηδυχάρης. Ellipes pisces et μύρδοι. alia multa emendantur et obseruantur.

KIΘAPΟΣ. Ἀριστοτέλης εν τῷ περὶ ζώων ἢ περὶ Ιχθύων. Ante in sermone de hocibus, Ἀριστοτέλης εν τῷ ἐπιγραφομέτρῳ Ζωϊκῷ ἢ περὶ Ιχθύων. mihi hic titulus

videtur mirus. Pherecratis prima quae sequuntur verba, imperfectam sententiam habent, et sunt fortasse corrupta. Quod sequitur, Καλλίας δὲ ἡ Διοκλῆς παὶ κύκλωψ ἡ κίθαρος ὄπτος, manifesto corruptum est: quod et Dalecampis vidit, qui ut affecto loco medicinam ficeret, pro κύκλωψ emendabat ἔλλωψ. Virum optimum sua μαντικὴ hic defecit: non enim ita curari debuit istud vulnus: sed hoc modo, Καλλίας ἡ Διοκλῆς εὐ Κύκλωψι, κίθαρος ὄπτος. Libro 12. τοὺς δὲ σύμπαντας Ἰωνας ἐπισκόπτων Καλλίας ἡ Διοκλῆς εὐ Κύκλωψι Φησί. alibi quoque dramatis hujus meminit, ac fere Calliae tribuit omissis illis, ἡ Διοκλῆς. Archestrati versus qui mutilus editus, expleri facile potest, sic: κίθαρου δὲ κελεύω Εὔθυς εἰς μὲν λευκὸς ἔη στερεός τε πεφύκη. vel Ἀγ μὲν λευκὸς ἔη χροίαν στερεός τε πεφύκη. Scripsimus νεοθῆγι μαχαίρᾳ. ubi erat perperam νεοθηγεῖ. νεοθῆξ, ut παραπλήξ, βουπλήξ. In ΚΟΡΔΤΛΟΣ scribe, καὶ τελευτᾶν ὑπὸ τοῦ ἥλιου αὐανθέντα. In altero autem Numenii versuum, Κούρυλον ἡ πειρῆνα, ἡ εἰναλίην ἔρπυλλαν. quia πειρῆν nomen piscis non est, assentior eruditis quibus placet, ἡ σφύραιναν. nihil enim video probabilius. Sed iis non assentior qui in istis, μέμνηται δὲ καὶ πορόδυλίδος, emendant ποροδηλίδος. nam etsi ita Numenius in suo versu: non ideo tamen in Athenaei verbis ita scribendum. nam hic quidem vulgo recepta appellatione utitur: ille poetica, ut legi metricae consuleret. Scribebam in Numenii versu, ἡ γλαύκην πορόδυλην. sed placet ποροδηλίς. eadem formatione factum nomen ac φύξηλίς. In ΚΑΜΑΠΟΙ, scribe sic verba Epicharmi, ἔτι δὲ ποττούτοις βῶμες, etc. Nihil, corruptius toto opere quam Doricorum poetarum Epicharmi et Sophronis reliquiae: velut quod statim sequitur Sophronis in ΚΑΡΧΑΠΙΑΙ. Θυνοθηραῖς δὲ γαστὴρ ὑμέων, παρχαρίας ὄνατινος δῆσθε. ubi priora verba non affequor: non enim juvat multum quod paulo ante dixit auctor vocem Θυνοθηρας extare in Sophrone: hunc fortasse illius locum respiciens: aut aliud infra ubi eadem vox. Posteriora sic sunt scribenda, παρχαρίας ὄκκα τῆνος διῆσθε. quando ille carcharias comedebat. Additur, ΚΕΣΤΡΕΥΣ. Ικέσιος Φησί. τῶν δὲ παλουμένων λευκίσιων πλέονάς εἴδῃ. Facit leuciscos communem genus mingitum. alii aliter digerunt. In simili loco libri quinti, glaucisci nominantur qui hic leucisci. Nam ait, γλαυκίσιοι, πέφαλοι, πεστρεῖς, μύξινοι, χελῶνες, ὅμοιοι εἰσὶ κατὰ τὴν προσ-

Φορίν. sed vera lectio cum hic tum ibi est λευκίσκος: p. 536 quod ex Eustathio citante et explicante hunc locum intelligitur. Χρῆσις. inquit ille, μυξίνου καὶ ἐν τῷ, λευκίσκων πλειόνα εἴδη· κέφαλοι, κεστρεῖς, μύξινοι, χελλῶνες οἱ καὶ βάνχοι· εἰκὸς δὲ τοὺς μυξίνους, εἴπερ λέγονται γενικῶς λευκίσκοι, ὡς οἵα λευκοὶ, παρὰ τὴν γλαγόεσσαν γίνεσθαι μύξαν, ἢ πεῖται παρὰ τῷ Ὀππιανῷ. In vocabulo χελῶν mira librorum inconstantia. nam si analogia quadam dictus hic pisces ἀπὸ τοῦ χελίους, vera utique appellatio est, χελῶν, quasi *labeonem* dicas: tamen et χελῶν, et χελλῶν et χαλλῶν scriptum inventias. Aristoteli chelon et cephalus duo sunt ejusdem pisces nomina. Cautē accipe sequentia verba, εὐχυλοὶ δ' εἰσὶ σφόδρα καὶ οὐ πολύτροφοι καὶ εὐένηριτοι: quae si spectetur orationis series ad chelones pertineant. Ita fieret ridicula sententia: ut qui ex omnibus leuciscis pessimī sunt, tot elegiis ornentur. Hanc ἀτοπλαν viri docti aliis aliter sustulerunt. Sed placet nimis Dalecampi sententia, qui de universo genere leuciscorum haec accepit. Quae citantur ex Aristotele, ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων, extant Historiarum libr. 5. cap. 11. Sed qui dicitur in nostris exemplaribus semper Φεραῖος, in Aristotelicis est περαιάς. in vetere Huraldino Φεραῖος constanter. Ait, λέγεται δὲ καὶ ὅτι τῶν γένων τῶν κεστρέων οὐδὲν τῶν θηρίων πατεσθει. Oppianus poëta eximius de mugilibus

Τοῦνεα καὶ τιν' ἔχουσι μετ' ιχθύσι τίμιον αἰδώ.  
οὐ γάρ τις πείνων νεαρὸν τόνον, οἵα περ ἄλλων  
σίνεται.

At mugiles adultos vorat lupus, ut paulo post ex Aristotele scribitur: item glaucus ut canit Oppianus in tertio. Athenaeus ad mugiles transtulit quod de cephalis dixerat philosophus: enjus verba neque ambigua sunt neque obscura. Historiarum lib. 8. cap. 2. Narratur deinceps genus esse quoddam mugilum, quos vocabant σφηνέας, ὅτι λαγαροὶ καὶ τετράγωνοι. atque hanc lectionem libri confirmant omnes, et hoc amplius Glossae veterum magistrorum. σφηνεὺς, inquit Hesychius, ιχθὺς ποιὸς θαλάττιος. Non desuerunt qui scriberent σφηνέας: ut a σφήξ denominati sint hi pisces non a σφήν. Et profecto vel ita scribendum: vel idem significatur vocibus σφηνεὺς, ac σφηνώδης. Nam ut λαγαροὶ dicuntur hic pisces σφηνέας, sic versus quem vulgo grammatici λαγαρὸν nominant, etiam σφηνώδη nuncupant iidem: τὸν

σφιγγόμενος, ut scribit Eustathius, ἀπὸ δαιτύλου εἰς τροχαισμὸν, ἀπ' ἐναντίας τῷ προνοιλίῳ· qui est substrictus, et quasi coactus in angustius spatium legitimo. sic homines σφηνώδεις et λαγαροὺς qui concinna et expedita figura sunt corporis, non obesi, neque ventriones. Comici interpres, τοὺς λαγαροὺς τοῖς σώμασι ἀνθρώπους, οὐκ μὴ προνοιλίους. σφηνώδεις ἐνάλουν. Opponuntur προνοιλίος et λαγαρὸς, ut obesus et gracilis. neque eo minus verum quod dicebamus lib. 3. λαγαρὸν et εὐρυνοιλίον de eodem dici diverso nempe respectu. An et mugiles sphenei λαγαροὶ hic simili de causa dicantur ad homines, αὐτοψίᾳ sola planum fecerit. [Quod dicebamus idem significari duabus vocibus σφηνεὺς et σφηνεὺς, verissimum est. quare etiam apud mathematicos figura scalenorum numerorum promiscue aut σφηνίσκος, a cunei similitudine, aut σφηνίσκος a vespis nominatur: nam et vespae medio corpore substrictae duos veluti cuneos invicem oppositos exprimunt hoc sere modo, ▷ Nicomachus Gerasenus lib. 2. de Arithmetica. τὰ τοιαῦτα στερεὰ σχῆματα λέγεται σκαληνὰ ἀπλᾶ. ὃν πάντη τὰ διαστήματα ἀνιστὰ ἄλλιῃσι ἔστι. τινὲς δὲ αὐτὰ πολυωνύμως σφηνίσκους καλοῦσι. οὐκ γὰρ οἱ σφηνεὺς ἀνισόπλευροι πανταχῷ· οἱ τειτονιοὶ τε, οὐκ οἱ οἰκοδομοὶ, οὐκ χαλκευτοὶ, οὐκ οἱ τῶν ἄλλων τεχνῶν πλάσσονται, ἀπ' ὁξυτέρου ἄνρου διαδύνειν ἀρχόμενοι, οὐκ ἀεὶ μᾶλλον πλατυνόμενοι ἀνομοίως κατὰ πάντα τὰ διαστήματα. τινὲς δὲ τοὺς αὐτοὺς σφηνίσκους καλοῦσι. τοιοῦτος γὰρ οὐκ ὁ τῶν σφηνῶν μάλιστα ὄγκος, ἀποσφιγγόμενος κατὰ μέσον οὐκ τὴν λεχθεῖσκην ὅμοιότητα ἔμφαίνων. Addit eruditus ille auctor, ab eadem mente dictum esse et σφηνωμα. qua voce Graeci multifariam utuntur.] Lege cum Epit. τὰ δὲ τῶν δαιτυλέων, non διδαιτυλέων. nam ita modo praecessit. Postea sequuntur versus Anaxilae quibus traducitur voracitas Matronis sophistae: male enim τὸν Μάτρωνα editur pro Μάτρωνα. et Anaxilae etiam versiculi ita legendi. Τοῦ πεστρέως κατεδηδούεν τὸ ιράνιον Ἀναρπάσας Μάτρων. ἐγὼ δ' ἀπόλλυμα. plura de hoc Matrone et isto Anaxilae loco infra lib. 8. Male accipiunt ista, qui scribunt, Διοκλῆς, Θαλάττη ἄλλεται δ' ὑφ' ἡδονῆς πεστρεύς. melius nos, Διοκλῆς Θαλάττη· ἄλλ. nam Θάλαττα titulus unius comoediarum Dioclis poetae antiquissimi. Suidas de illo, δράματα αὐτοῦ Θάλαττα, Μέλιτται, "Ουειροί, etc. Debemus eidem grammatico illud etiam, quod errorem qui in ipsis

paulo post latet, reprehendimus. Εὔφρων, αἰσχραιδας δὲ πεστρεύς ἐστιν υῆστις περιπατεῖ. Nam scribendum, Εὔφρων Αἰσχρᾶ. Μίδας δὲ πεστρεύς ἐστιν υῆστις περιπατεῖ. Euphronem comicum *Aeschram* fabulam edidisse, probat Suidas ex isto Athenaei loco. Verte ista, μὴ ναὶ ἡμεῖς υῆστείαν ἄγομεν Θεσμοφορίων τὴν μέσην ὅτι δίκην πεστρέων υῆστεύομεν; an et nos Nestean medium Thesmophoriorum diem celebramus, qui instar mugilum sic jejunemus? Thesmophoria multi Graeciae populi agitabant, diverso dierum numero: nam alibi fuit illud festum dierum novem, alibi trium, alibi quatuor, ut scimus ex Hesychio in τρίτῃ Θεσμοφορίων. Athenis, ut videtur, tres dies durabant Thesmophoria. non certe quatuor: nam e quatuor diebus nullum proprie appellaveris medium, ut facit Athenaeus hoc loco, et Aristophanes quoque in Thesmophoriazusis. Eum diem praeципua castimonia colebant, et omnis cibi abstinentia, et υῆστείαν nominabant. Aristophanes, ὥσπερ ἐν Θεσμοφορίοις υῆστεύομεν ἀνευ θυγλῶν. Sequitur, ὑπολαβὼν δὲ Μυρτίλος; ναὶ στῆτ' ἐφεξῆς πατὰ τὸν Θεοπόμπου Ἡδυχάρην, πεστρέων υῆστις χορός: melius alii libri. ὥστητ' ἐφ. Integer versus est Theopompi, Ω στῆτ' ἐφεξῆς πεστρέων υῆστις χορός. Dalecampius scribit ἡδυ-

p. 538. χαρῆς et jungit cum χορός. mutaturus sententiam si venisset illi tum in mentem, editum a Theopompo drama inscriptum 'Ἡδυχάρης, cuius etiam lib. 15. facta mentio, ēt in Laërtii Platone, atque alibi, ut olim in Notis Laërtianis dicebamus. Observemus genus loquendi plane poeticum, mugil. ait, animata esca non vescitur, ναὶ ἀνελκυσθεῖς δὲ οὐ δελεᾶζεται οὔτε σαρκὶ, οὔτε ἄλλῳ τινὶ ἐμψύχῳ. extractus non inescatur neque carne neque ulla re animata. ἀνελκυσθεῖς οὐ δελεᾶζεται dixit, pro, οὐκ ἀνελκύτα: δελεασθεῖς. non capitur affectus. ἀνελκύσθαι pisces dicitur, quando e mari captus extrahitur et sursum attollitur. Infra hoc libro, ἀπονητὶ ἀνέλκει ὅσους ἐθέλοι πολύπους. In Platonis versu de mugilibus, 'Ιχθῦς ἀστοὺς ναὶ τοὺς πονήρους ἥγε μοι. scribendum est, ut sit et oratio Graeca, et sententia vera, 'Ιχθῦς ἀστοὺς καὶ οὐ πονηροὺς ἥγε μοι. attulit mugiles impastos et non malos. probant sic esse scribendum praecedentia non longe Aristotelis verba, πεστρεύς μὴ υῆστις ἦν Φαῦλός ἐστιν. Mytilo dein proponitur haec quae-llio, διὰ τί οἱ ιχθύες ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἔλλοπες ναλοῦνται; Poetica vox est, ut hinc paret, ἔλλοψ pro pisce.

Graeci poetae usi saepe dictionibus non universae Graeciae notis, sed alicui populo peculiaribus. Sic Sophocles μύδους pisces appellavit, quia Asiatici Graeci μύδους quasi μὴ αὐδῶντας mutos vocabant. Similiter Cretenses dixerunt mutos ἔλλοπας, seu ἔλλιπεῖς τὴν ὄπα, voce cassos. Inde igitur poetae mutuali, ἔλλοπας pisces in genere appellarunt. At vulgo Graecis, et sapientibus etiam, ἔλλοψ proprium pisces genus est, ut in anthia dictum supra. De origine vocis ἔλλοψ multa antiqui grammatici, quae otium ipsorum majus quam acumen indicant. neque item placet quod et Plutarchus et Athenaeus produnt, ab Ἰλλεσθαι derivari. nam cum in derivationibus dictionum propria significatio spectari fere soleat: nego Ἰλλεσθαι esse εἰργεσθαι proprie, ut Athenaeus scribit. Βούλονται γὰρ inquit, πατὰ τὴν ἀναλογίαν Ἐλλοπαὶ τινες εἶναι. ubi notabunt Φιλόναλοι elegantiam Atticam in verbo βούλονται. Latine hoc imitari non licet. perinde enim est, ac si diceret simpliciter, Ἐλλοπες πατὰ τὴν ἀναλ. Ἐλλοπαὶ τινές εἰσι. Sic Plato et alii loqui amant, ut pridem observatum eruditis viris. at interpretes hoc non ceperunt. Sed longius a vicinia veritatis aberrant iidem, dum interpretantur verba quae ascribemus: ἐγὼ δὲ πατὰ τὸν σοφὸν Ἐπίχαρμον, μηδὲν ἀποκριναμένου τοῦ νυνὸς, τὰ πρὸ τοῦ δύο ἀνδρες ἐλεγον εἰς ἐγὼν ἀποχρέω. Propositae quaestioni ab Ulpiano respondit quidem Mytilus aliquid, sed cynicus nihil. hunc igitur more suo vexans Ulpianus, *Ego, ait, quando, Cynicus hic tacet, ut dixit sapientis. Epicharmus, ad ea quae soliti ante duo homines dicere, unus sufficiam.* Epicharmi verba proverbii locum obtinent: cui erit tum locus quando unus aliquis duorum partes sustinet: ut cum idem sibi respondeat qui interrogaverat. Ita hic accipitur: ita prorsus et libro octavo, ubi cum Mytilus Ulpiano quaestionem proposuisset, neque ille responderet, ἐπεὶ δὲ σιγᾶς, inquit Mytilus, ἐγὼ ἐρῶ. p. 539. πατὰ γὰρ τὸν Συρακούσιον ποιητὴν, τὰ πρὸ τοῦ δύο ἀνδρες ἐλεγον, εἰς ἐγὼν ἀποχρέω. Caeterum verbum ἀποχρέω, nisi illud Dorum dialecto ascribamus, contra Hellenismum videtur usurpata pro sufficio. In scriptis libris quos vidimus, scripturae compendio eodem usi librarii, cum hic tum libro octavo divinandum nobis reliquerunt, ἀπόχρεως ne an ἀποχρέων scriptum voluerint. esset autem ἀπόχρεως ut ἀξιόχρεως. Recte post ista laceri codicis nota est apposita. desunt enim quaedam.

Sed non est difficilis divinatio, ita scripsisse Athenaeum.  
 $\kappa\alpha\lambda$  Φημι ὅτι λέγονται ἔλλοπες διὰ τὸ εἶναι λεπιδωτοί.  
*Ajo*, inquit, *pisces* dici ἔλλοπας, quia sunt *squamosi*.  
 λεπίς et λοπίς *squama* dicitur. Inde pars veterum de-  
 rivavit nomen ἔλλοψ, ut refert vetus Theocriti inter-  
 pres, et Etymologus, in voce μάλωψ. ubi scribe, οὐκ  
 ἀπὸ τοῦ ὄπα οὐκ ἔχειν: non ut editum est, ὄπα ἔχειν.  
 refellit placitam vulgo notationem nominis hujus a vocis  
 defectu. nemo autem dixit unquam, dictos *pisces* ἔλλο-  
 πας ex eo quod vocem haberent: sed contra ex eo quod  
 non haberent. Proxima quaestio de Pythagoricorum ab-  
 stinentia ab esu piscium, tractatur a Plutarcho, Sypos.  
 lib. 8. problemate octavo, ubi prope eadem verba in-  
 venies, si conferendi laborem non detrectaveris.

### CAPUT SEPTIMUM DECIMUM.

*Coracinus a calore saperda Ponticus. πλατίστακος*  
*piscis. κυπρίανος et κυπρῖνος. lingua cyprini.*  
*ὑπὸ στόματος et ὑπὸ στόμα κωθοπλύτης, κω-*  
*θωνίας, κώθων. χάλανδρος. Phalerici gobiones*  
*et Otrynici. ἄγριος περὶ παῖδας. thurfio. lupi*  
*piscis vafrities. Eubuli Nutrices. πυάνιον. λά-*  
*τος piscis. maeotae pisces. simus piscis. Pla-*  
*tonis comici Sophistae*

**KOPAKINOΣ.** Niger color pisces huic hoc nomen  
 peperit. Oppianus, *κορακίνον επώνυμον αἴθοπι χροιῆ*.  
 Atque hoc Graecum nomen est pisces qui aliter voca-  
 bulo Pontico appellatur saperda. Apud Hesychium in  
 σαπέρδης scribe: ἄλλοι ὑπὸ Ποντικῶν τὸν κορακίνον ἵχθυν.  
 non καρκίνον. propriam accolarum Ponti dictionem vult  
 esse τὴν saperda. Persius, *saperdam advenehe Ponto*.  
 eadem verba similiter corrupta in Etymologio. Sed  
 coracinum a saperda facit diversum Athenaeus scribens  
 mox, *πλατίστακος καλεῖται ὁ σαπέρδης, καθάπερ ὁ κο-*  
*ρακίνος*. Libro tertio ex Dorione *platistacus* diversi  
 pisces a coracino aut saperda nomen erat. Hesychius  
 refert inter obscoenas voces: deinde ait, etiam pisces  
 quendam sic nominari. Testificor adhuc, ubi editum

est etiam in nupera editione: Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ  
 γών ιστορίᾳ, constare sibi antiqua exemplaria, et scri-  
 bere ἐν πέμπτῳ γών μορίων. Locus est capite decimo  
 quinti libri Historiarum. Aristophanis *Telmessenses* lau-  
 dantur Polluci libr. 10. cap. 20. et cap. 23. et Harpo-  
 crationi in σιπύᾳ. Novo genere dicendi usus est Nau-  
 cratita philologus, cum subjicit, οὐλοῦσι δ' αὐτοὺς οἱ p. 540.  
 Ἀλεξανδρῖς πλάτανας, ἀπὸ τοῦ περιέχοντος. quid ap-  
 pellen Graeci scriptores τὸν περιέχοντα vulgus etiam  
 novit. aërem nempe, res omnes ambientem ac capientem.  
 hic ipsam corporis figuram ita nominat. nam sensus  
 est, πλάτανα piscem hunc nominari, quoiam latum  
 spatum occupet in circumfuso aëre: quod consequens  
 est rei latae atque amplae. Seneca in quinto Naturaliū,  
 τὸν περιέχοντα vertit, *hoc quo circundati sumus*  
*spatium*. ΚΤΠΡΙΑΝΟΣ. Scripta lectio, Κύπρινος aut  
 οὐπρίνος: ut apud omnes auctores alios. Plane γριφῶ-  
 δες videtur, quod de cyprini lingua scribitur hic, τὴν  
 δὲ γλῶτταν οὐχ ὑπὸ τῷ στόματι, ἀλλ' ὑπὸ τῷ στόμα  
 κεντηται. Si de sententia ex Aristotele non constaret,  
 nemo ista quid sibi velint facile divinaret. Antiquissi-  
 mae membranae nihil variant. In Epitoma sic, οὐχ  
 ὑπὸ στόματος, ἀλλ' ὑπὸ τῷ στόμα οὐ. [Quae fortasse  
 lectio ferri queat: ut sit] linguam ὑπὸ στόματος κεντῆ-  
 σθαι, quod clarius poterat dici, habere linguam in ore  
 solutam: λελυμένην ἐντὸς στόματος. sed Athenaeus στόμα  
 improprie appellat, superiorem oris partem, palatum,  
 cui lingua subjet. Sic ὑπὸ τῷ στόμα linguam κεντῆ-  
 σθαι, pro δεδεμένην ὑπὸ τῷ στόμα: linguam habere ad  
 palatum affixam. utrumque participium est apud Aristo-  
 telem: qui inter alias linguae differentias hanc quoque  
 ponit libro primo Historiarum, et libro etiam quarto  
 piscibus quibusdam tribuit linguam ὄστρῳ καὶ οὐκ ἀπο-  
 λιλυμένην. Athenaeus hoc dixit habere linguam ὑπὸ<sup>τόμα</sup>. obscure nimis. qui tamen videtur philosophi ver-  
 os ita locutus: ex aliis libris quam quos habemus hodie:  
 ex quibus multa noster multis locis. Libro autem quarto  
 Historiarum de cyprini lingua haec habentur, ἀλλ' ἐνίοις  
 τῷ ιχθύων ὁ οὐρανός ἔστι σαρκώδης. οἷον τῷ ποτα-  
 μῷ τοῖς οὐπρίνοις. In ΚΩΒΙΟΙ, observat dipnoo-  
 phista, οὐδὲν illum piscem esse appellatum a Numenio:  
 pro pertinet glossa Hesychiana οὐδὲν, οὐβιος. Forte,  
 οὐδὲν. tam adjicit, καὶ Σωφρων ἐν τῷ Ἀγροιωτιῷ οὐ-  
 τολυνοπλύται φησί, καὶ τὸν τοῦ θυννοθήρα δὲ νιὸν ἵσως

ἀπὸ τούτου κωθωνίαν προσηγόρευσε. non defunt hic quae animadvertisimus. Titulus primum minus placet. ac videtur syllaba κω ex principio sequentis dictionis hujus fini temere adhaesisse: cum esset prius scriptum, ἐν τῷ Ἀγροιάτῃ. Deinde nomen κωθολυνοπλύται, (quod attendent mediocriter constabit satis), corruptum est, pro κωθοπλύται. aut κωθωνοπλύται. nam ferendi non sunt qui emendant θυννοπλύται. necessum enim est, ut in hac dictione insit nomen κῶθος: non enim alia fine affertur, nisi ut probetur gobios nominari etiam κώθους. Fieri autem potest, ut ex pluribus quam duabus dicti-  
nibus hoc nomen Sophron composuerit, comica usus licentia. Non inepte igitur scripsiferis, κωθοτιλοπλύται,  
qui cothos desquamant et lavant. sic junxit Aristophanes duo illa verba, eo versu, τὸν σαπέρδην ἀποτίλαι  
χρὴ ναὶ καταπλύναι. vel κωθολινοπλύται. qui cothos ita  
p. 541. lavant et aqua macerant, ut linum linoplytae, quorum  
Hesychius meminit. Quod autem Athenaeus putat no-  
men κωθωνίας probri loco a Sophrone objectum adole-  
scenti cuidam, a cotho pisce ductum esse: merito id ab  
ipso non affirmatur, et si enim illius sententiam utcum-  
que reddit probabilem quod thynnotherae et pescatoris  
filius is adolescens erat: probabilius tamen est a cothone  
poculo petulantem et lascivum juvenem esse appellatum  
κωθωνίαν. Hesychius: κώθων, ἄτακτος, μέθυσος. Epicharmi verba etiam hic, ut nusquam non, venustas ac-  
cepit male. sunt autem haec, τρυγόνες τ' ὄπισθόνευτροι,  
† ναὶ χάλανδροι κωβιοι: quid sibi vult τὸ χάλανδροι? grabbatum ea vox significat, ut placet veteribus quod  
nihil ad hunc locum. Epitome, χαλάνδριος, an verum  
est χαράνδριοι pro χαραδραιοι? ut gobionem saxatilem  
poeta intelligat. nam et gobiones quidam inter pisces  
πετραῖους teste Oppiano Ἄλιευτ. libro primo. Quid si  
hoc melius? ναὶ μάλ' ἀδροι κωβιοι. Epicharmo sub-  
jicitur Antiphanes: cuius lepidissimos versus non value-  
runt aequi interpretes. Sic ille,

'Ημῖν δὲ τοῖς Θυητοῖς ἐπριάμην κωβιούς.  
ώς προσβαλεῖν δ' ἐκέλευσα τὸν τοιχωρύχον  
τὸν ἰχθυοπάλην, προστίθημι, Φησί, σοι  
τὸν δῆμον αὐτῶν· εἰσὶ γὰρ Φαληριοί·  
ἄλλοι δ' ἐπώλουν ως ἔοικ' Ὀτρυνικούς.

Placet doctis scribi hic ως ἔοικεν ὄθυεον pro ὄθυεον. Negamus nos quicquam esse mutandum. Negamus etiam τὸ προσβαλεῖν (in quo verbo sita omnis venustas) id

esse quod ipsi putarunt. Sensus est: cum in emendis  
gobiis inberem piscarium, velut auctarii loco et ἐπιδό-  
σεως, aliquid adjicere, ut fieri amat in foro: respondit  
scelestus piscarius. *Ego vero, προστίθημι σοι τὸν δῆμον*  
*αὐτῶν, id est, auctarii loco adjicio tibi gobionum quos*  
*emisi patriam: sunt enim Phalerici, quo nomine ca-*  
*rins indicari debuerunt. δῆμων accipe ut in historia*  
Attica passim. nam unus τῶν δῆμων agri Attici Phalerum  
fuit, qui et Phalereus dicebatur. alius etiam pagus At-  
ticae erat Otryna, sive Otryneus: sed obscurus et p[re]a  
illo altero ignobilis. Inter caetera quae Phalereum  
nobilitabant praeter portum et alia multa, fuere etiam  
gobiones Phalerici, qui tantum caeteris praestare crede-  
bantur, quantum Otrynici gobiones ab aliis vincebantur.  
Ideo subjicit, "Ἄλλοι δ' ἐπώλουν ὡς ἔοικ' Ὁτρυνικούς.  
Putares, inquit, qui pisces emerat, solum hunc esse  
toto piscario foro, qui Phalericos gobiones venderet,  
alios omnes vendere Otrynicos. Hanc esse veram lec-  
tionem, et poetæ affirmamus. Otryneus δῆμος sic fuit  
obscurus ut ex antiquis omnibus scriptoribus paucissimos  
liceat nominare qui ejus meminerint. Ego unicum  
memoria teneo Demosthienem: multa autem Paeaniensis  
orator de Otryna in oratione contra Leocharem. ΚΟΚ-  
ΚΤΓΕΣ. Ἐπίχαρμος, οὐγλαοὶ ούκυγες, οὐς παρασχι-  
ζουένους πάντες. Scripta lectio παρσχίζομεν. Scribo.  
οὺς παρσχίζομες πάντας. ὅπτάντες δὲ χ' ἡδύναντες αὐτοὺς  
χναίομες. Culinae verbum παρσχίζειν, per medium  
secare aut sindere. Dorion statim, δεῖν αὐτοὺς ὅπταιν p. 542.  
παρασχίσαντας οὐτὰ ράχιν. Alexis, περικόψας ἀκάνθας  
τὰς οὔκλω Παράσχισον χρηστῶς. In Theognidis versibus  
scribe ex ipsis libris, Ἡμος δ' ηέλιος. et, Δειπνου δὴ  
λήγοιμεν ἐπου τινὰ θυμὸς ἀνάγοι. Mox ferendae inter-  
pretibus non erant sordes quae inquinant hunc versum,  
Εἴτ' εἶησα οὐλὴν μὲν ἐφίμερον ψυνον ἀείδειν facilis fuit  
ex ipso fonte emendatio, Εἴθ' εἶη σ' Ακάδημες ἐφίμερον  
ψυνον ἀείδειν. Pro δηριόωσι alii libri scribunt δηρησάν-  
τοιν. Atque ex his Theognidis versibus constare ait  
Athenaeus, ὅτι οὐδὲ τὸ παιδεραστεῖν ἀπαντάνεται ὁ σοφὸς  
ὕτος. Excerptorum auctor, homo Christianus, absque  
lubio, ut turpi verbo abstineret, Attico genere loquendi  
ipsius est elegantissimo, neque noto in vulgus. Sic ille:  
Οτι περὶ παιδας ἄγριος ἦν ὁ Θέογνις. Attici ita usur-  
parunt dictionem ἄγριος. Aristophanis Scholia. ἄγριους  
ιαι οὐλαποδιώκτας ἐκάλουν τοὺς τὰς ἀπηγορευμένας πρά-

*ξεις ποιοῦντας.* Octavo versum Archestrati pes deest ut sit integer. Scribendum, Μῆδ' ὕδατος πηγὴν αὐτοῖς μῆτ' οἰνινον ὄξος Συμμίξης. De versu 14. diximus aliquid libro quarto. Quemadmodum autem accidisse videamus in Latinis scriptoribus, ut si qui Graeci suis libris inseruissent, id mire deformaret scribarum impēritia: sic in hoc aliisque auctoribus Graecis nihil aequē corruptelae obnoxium, ac voces Latinae, si quae forte fuerint interjectae, cuius rei exempla insignia habentur lib. 14. et aliis etiam locis. Eiusmodi etiam est quod sequitur: nam in omnibus antiquis codicibus scribitur constanter, τούτου τοῦ ἰχθύος μέρος ἔστι ναὶ ὁ ὑπὸ Ρωμαίων καλούμενος θυρσίων. Vel exercitatissimos in Latinorum librorum lectione haerere necesse est in voce *thursio*. Leguntur quidem in Plinii historia *turfiones*: sed qui pertinere ad hunc locum nullo modo queant. lib. nono, capite nono. Fortasse verum est quod visum eruditissimo Dalecampio: scribendum esse ὁ ὑπὸ Ρωμαίων καλούμενος θυριανός. In ΛΑΒΡΑΚΕΣ citatur Aristoteles ἐν πέμπτῳ γένῳ μορίων. extat ejus locus Historiarum libro 5. cap. 10. Lupum ingeniosum esse in quaerenda salute. et ut dicit Athenaeus, ἐπινοητικὸν εἶναι τοῦ διασώζειν ἔαυτὸν, praeter Oppianum libro tertio, et alios qui animalium naturas descripserunt, probat etiam Cassiodorus libro undecimo. *Pisceus Lupus*, ait, arenis se mollibus, ut plumbati ligni insidias evadat, immersit: cuius ut supradicta retia ejus tergum diraserint, alacer in undas exitit et vitati periculi gaudia liberatus agnoscit. Alcaeus quoque, inquit auctor, μετέωρον Φησὶν αὐτὸν νήχεσθαι, id est, extantem super summas aquas, vel suspensum et erectum animo, insidias undique canente, fugitivo regi et sacerdoti Dianaë Aricinae similem. Archestrateae eclogae de lupis initium est hoc. Λάμβανε δ' ἐκ Γαίωνος ὅταν Μίλητον ἤκηαι Κεστρέα τὸν ιεΦαλὸν, ναὶ τὸν θεόπαιδα λάβρανα. explicat hos versus paulo post Athenaeus. Scribit etiam velut Aristophanis interpres. Ἐν Μίλητῷ τῇς Ἀσίας. μέγιστοι οἱ λάβρακες διὰ τὴν ἐπεισρέουσαν λίμνην -εις τὴν θάλασσαν. χαίροντες γὰρ οἱ ἰχθύες τῷ γλυκεῖ ὄνται, p. 543. εἰς τὴν λίμνην ἐκ τῇς θαλάσσης ἀνάτρεχουσι· ναὶ οὕτω πληθύνουσι πάρα τοῖς Μίλησίοις. Addit, ναὶ Εὔβουλος δ' ἐν Τίτθαις Φησὶ μὴ πολυτελῶς ἄλλᾳ καθαρίως. Nutricum Eubuli variis locis meminit diaphilista: libro autem secundo ex alio poeta similis huic locus citatur.

T/ οῦν ἀγοράζω; Φράζε γὰρ μὴ πολυτελῶς, Ἀλλὰ παθαρίως. at libro octavo simillima his ex Philippo comicō recitantur: unde emendari debent reliqua huius testimonii: quae depravatissime sic scribuntur hoc loco ὅτι + ἐνανηγοστας ἔνεια σηπιδια ἡ τευθίδια πλειτανια. Viri docti conati sunt medicinam facere vulneri huic conjecturis suis. frustra, nam e lib. octavo scribendum sine controversia, ὅτι ἀν ὄσιας ἔνει αριεῖ. sic enim illo in loco auctor. "Ηδιστος δέ ἐστι καὶ ὁ παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ (Φιλίππῳ) ἐν τοῖς Ὁβελιαφόροις νεανίσιος πατασμικρύνων ἀπαντα τὰ περὶ τὴν ἐψωνίαν, καὶ λέγων ὅδε. Ἀλλ' ἀγόρασον εὔτελῶς· ὅτι, τιοῦν γὰρ ινανόν ἐστι. Φράζε δήποτε. Μὴ πολυτελῶς, ἀλλὰ παθαρίως ὅτι ἀν ὄσιας ἔνεια, αριεῖ. τευθίδια, σηπιδια. Hactenus eadem verba in utroque poeta. caetera sunt diversa. Uter prior scripserit, Eubulus an Philippus, mitto quæcerere. alterum certe ab altero versus aliquot esse mutuatum claret. Sed illud puto verius, quod libro sequente dicti sumus cap. 15. ὄσιας ἔνεια pro eo quod Latini *dicis caussa*, translatitium est. In amplissimi Messiae cod. ita est, ὅτι ἐανηγοσίας ἔνεια. Distingue male juntas literas, ὅτι ἐὰν ἡ ὄσιας ἔνε. quod idem est cum emendatione nostra. χωριάπνου, quod scriptum est in testimonio Eubuli, nihil significat, sed scribendum, χόρια, πυὸν, aut πυάνιον. Hesychius, πυάνιον, τὸ διὰ τοῦ γάλακτος ρόφημα· οἱ δὲ πανσπερμίαν ἐψημένην ἐν γλυκεῖ. Archippi deinceps locum exposuimus lib. 6. c. 2. ΔΑΤΟΣ opinor verae Graeciae fuit incognitus. et id nonien, nisi fallor, vel Italicum vel Aegyptiacum. Verte mox ista, εἰσὶ δὲ πολλοὶ περὶ τὸν Πόντον, Φέροντες τὴν ὄνομασίαν ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς Μαιώτιδος. multi sunt maeotae in Ponto: *sic dicti a palude Maeotide.* nam neptum est dicere multa Ponticorum piscium genera a Maeotide palude invenisse nomen: unus enim maeota fuit. Conferenda cum sequente laterculo Niliacorum piscium verba geographi libro ultimo, Ἰχθύες ἐν τῷ Νεῖλῷ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, χαρακτῆρα ἴδιον ἔχοντες καὶ ἐπιχώριον· γυνωριμώτατοι δὲ ὁ τε ὁξύρυγχος, καὶ ὁ ἐπιδωτὸς, καὶ λάτης (fortasse λάτος) καὶ ἀλάβης, (poter ἄλλαβης) καὶ πορκίνος, καὶ χοῖρος, καὶ Φαγρώριος, καὶ Φάγρου καλοῦσιν. ἔτι σίλουρος, κιθαρὸς, Θρίσσα, εστρεύς. οστραιίων δίλυχνος (malim, δὲ λύχνος) Φύσα, ζοῦς, ποχλαιι μεγάλοι Φωνὴν ὀλολυγοῦσιν ὄμοιαν Φεγόμενοι. Athenaeus quosdam nominat indictos Straboni:

in his *simum*. non enim debet accipi ἐπιθετικῶς nomen  
*σίμος*. ac melius scribunt alii *σίμος*. Jam ista, ΔΕΙΟ-  
 ΒΑΤΟΣ. οὗτος καλεῖται καὶ ρίνη. non injuria doctis  
 negotium faciunt: nam certum est, ρίνην sive squatinam,  
 neque esse liobatum, neque eam appellationem admit-  
 tere. in libris tamen chirographis, nulla omnino varie-  
 tas. Addit, Πλάτων Σοφισταῖς, οὐκέν τὴν γαλεὸς, καὶ  
 (melius οὐκέν) λειόβατος, οὐκέν ἔγχελυς. Libro decimo  
 p. 544. inscribitur haec comoedia Σοφιστῆς, ut apud Harpocratis  
 ἀπόληξις, εἰς τῶν νῦν (melius τότε) συγγρα-  
 φέων, ὃν Πλάτων οὐκέν οὐκέν Σοφιστῆς. at Pollux libro  
 septimo capite vigesimotertio: et libro decimo cap. 40.  
 item scholiares Aristophanis ad Vespas, Σοφιστὰς, ut  
 hic. quo etiam modo Platonem philosophum dialogorum  
 suorum unum inscripsisse notum est.

## CAPUT DUODEVIGESIMUM.

*Theophrasti liber περὶ ιχθύων. Causa cur anguil-*  
*lae et muraenae extra aquam diutius durent.*  
*Symmachia Platonis aut Canthari fabula. ἐχέ-*  
*τλιον. λιμώδεις ἐρημία. muraenarum coitus*  
*cum serpentibus. μύρος et μύραινα. pisces ἀν-*  
*θρωποφάγοι. leucomaenides, melanderinus, psy-*  
*grus, psorus. μυρμίας, vel μύρμας. Diphili in*  
*Nicandrum commentarii. ὁ ἐκ Γέλας. ὁρφῶς*  
*et ὁρφός. melandrya. μαζεινός. καλλαρίας et*  
*γελλαρίας. Sophoclea vox τρέφω pro ἐχω. plura-*  
*eius rei exempla.*

**MYPAINAI.** Θεόφραστος ἐν πέμπτῳ περὶ τῶν ἐν τῷ  
 ξηρῷ διαιτωμένων. Ex Diogene Laertio scribendum, ἐν  
 τῷ περὶ τῶν. nam eo auctore liber fuit singularis quenam  
 eo argumento Theophrastus ediderat. aut pro α, alia  
 numeri nota apud illum restituenda. Extat hodieque  
 inter Theophrasti opera libellus, Περὶ ιχθύων inscrip-  
 tus: quem illum ipsum esse, aut ejus ἀποσπασμάτιον,  
 nemo dubitat qui legerit. Sed titulus male vulgo  
 concipitur, et imperfecte: qua de re dicemus aliquando,  
 si longioris vitae usura nobis conceditur, cum eum

auctorem edemus a nobis recensitum. Caeterum in hac sententia nihil Theophrasto proprium: nam multo ante eadem scripserat ejus praceptor non uno loco, ut libro quarto De partibus, cap. 13. Sane ex his verbis Theophrasti, διὰ τὸ μυρά ἔχειν τὰ βραγχία, καὶ ὄλιγον δέχεσθαι τὸ υγρὸν, veram et primam caussam capere non est, cur anguillae et muraenae extra aquam diutius possint vivere. Melius Aristoteles, οὐ γὰρ πολλῆς δέονται φατεψύξεως. Nam quia internum calorem habent hi pisces imbecillum, propterea refrigeratione multa opus non habent, quae in piscibus est instar respirationis. ὥσπερ γὰρ πρὸς ἐκπνοὴν η̄ τῶν βραγχίων Φύσις, inquit philosophus. Atque haec est caussa cur branchias paucas, parvas, et minus firmas eis natura dederit: quae neque frustra quicquam facit, neque superfluum. Pro ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων, invenimus in optimis quibusdam libris, ἐν δευτέρῳ ζώων μ. Respicit Histor. lib. quintum, cap. decimo. Peccarunt solennia librarii imperiti in Epicharmi chria, οὔτε γόγγρων τι παχέων, οὔτε μύραινα νάπης. Scribo, οὔτε μυραινᾶν τι πᾶ. nihil quicquam congrorum illorum pinguium, neque etiam muraenarum: scilicet, reliquum factum est: aut nescio quid aliud. Sequitur, Πλάτων δὲ η̄ Κάνθαρος ἐν τῇ Συμμαχίᾳ. Similis cum in his libris alibi, tum apud Harpocrationem dubitatio, ὄρνιθεντής, ait, ὁ ὄρνιθος θήρας. p. 545. Δεῖναρχος φατεψύξεως. Καὶ Πλάτων η̄ Κάνθαρος Συμμαχίᾳ. In primo versu Nicandi scribe, ἐπεὶ μογεοὺς ἀλιῆς non ἐπί. et in secundo ἐμβρύξασα. melius editiones ejus poetae quam ἐμβρύξασα. In tertio ἔχετλου ἐξαναδῦσα, prorumpens e receptaculo piscium in navi. at Dalecamp. ἔχετλου vel ἔχυλλου, vel nescio quid aliud. Vertit enim, quae e vipera prognata est. Audiamus veterem Nicandi interpretem, ἔχετλιον, τόπος τοῦ πλοίου, ὅπου τοὺς ιχθῦς τιθέασι καὶ συλλέγουσι. Andream De falso creditis in eandem rem laudat ille tiam criticus. Φησὶ δὲ ὁ Ἀνδρέας, ψευδὲς εἶναι. καὶ μήτε τὴν μύραιναν προϊέναι, μήτε τὸν ἔχιν παρέναλον αἰτοβίειν. Aliis verbis haec Athenaeus: οὐδὲ γὰρ ἐπὶ εὐάγους ἔχεις νέμεσθαι, Φιληδοῦντας λιμώδεσιν ἐρημίας. Non enim in coenosis locis degere viperas, quae loca sola ament, ubi nihil eorum inveniatur quibus famis edatur, ita interpretor λιμώδεις ἐρημίας, quando in omnibus omnino libris scriptura ista servatur. et juvat uod scribit Plinius, viperas vel annua fame durare.

Aristoteles scribit, solas viperas latitare sub saxis cum alii serpentes in terram secundant, οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ὄφεις ἐν τῇ γῇ φωλεύουσιν. αἱ δὲ ἔχιδναι ὑπὸ τὰς πέτρας. pugnant cum hac sententia Plinii verba, *Serpentum vīpera sola terra dicitur condi: caeterae arborum aut saxorum cavis.* [caeterum pro λιμώδεσιν ἐρημίαις emendabat illustris Scaliger ἀμμώδεσιν ἐρημ.] Superiori Andreae ἀποφάνσει opponit Athenaeus Sostrati auctoritatem: quem ait, συγκατατίθεσθαι τῇ μίξει. id est, *sentire cum vulgo muraenas coitu serpentum impleri.* quod et alii multi scribunt, Archelaus, Aelianus, Oppianus, Basilus, et ex eo Ambrosius, item alii. ΜΥΡΟΣ. ὁ δὲ μύρος ὡς Φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων. Historiarum libro quinto, cap. 10. ubi scribitur, ἡ μὲν γὰρ σμύραινα διαφόρως ποιητῶν καὶ ἀσθενέστερον, etc. et, ὁ δὲ σμύρος ὄμόχρους καὶ ισχυρός. Plinius vertit, *mirus unicolor et robustus.* non ut nostri omnes codd. ὁ δὲ μύρος λειόχρως Muraenae marem Graeci vocant et μύραινον [adi Hesychium in hac voce, quam sine causa nulli damnarunt], et μύρον, sive σμύρον. Praeterea habent exemplaria philosophi, καὶ τὸ χρῶμα ὄμοιον ἔχει τῇ πίτνῃ melius et verius quam nostra, ὄμοιον ἔχει τύγγη. In MAINΙΔΕΣ. Scribe verbā Epicharmi, ὅνχ' ὁρῆ βῶνας πολλοὺς καὶ σμαρίδας et in Epaeneti testimonio, ἦν εὗροι παλέουσι κυνὸς εὐνάν: doctorum hominum conjecturas respuunt antiquae manus exemplaria. sed de verbis Epaeneti deliberemus adhuc: nam etiam sub finem libri, κυνὸς εὐνὰ pertinaciter. Postea scribendum, Ἀντιφάνης ἐν Ἀγροίκῳ ἢ Βουταλίωνι, vel ἐν Ἀγροίκῳ Βουταλίωνι, ut dicemus libro octavo, capite 14. In ecloga inde producta magni pisces appellantur ἀνθρωποφάγοι, voraces hominum: διὰ τὸ πολυδάπανον τῶν ἐξωνουμένων αὐτούς: propter ingentes sumptus qui faciendi sunt, si quis emere eos velit. Ita interpretatur Eustathius. recte, neque habet hic locum aliorum acumen, qui de accentu vocis linjus nescio quid argumentantur. Melius de nobis essent meriti si in penultimo

p. 546. Antiphonis versu Δηλούότι ταῦτα ἔστιν Ἐπάτης βρώματα, verae lectionis nos admonuissent. ἔστιν Ἐλένης βρώματα. id quod clarum est ex libro sequente. non negaverim Antiphonem fecisse mentionem et Ἐπάτης βρωμάτων. id enim Athenaens eo libro docet: verum ex alia ejus fabula, non Butalione, aut ut dicam verius non ex eadem editione ejus comoediae: sed priore et minus

accurata. Male etiam illa capiunt, πῶς οὖν ἀνθρωπος Φάγοι; quae pronuntiantur ab eo cui dictum fuerat magnos pisces anthropophagos esse. si edunt homines, ait ille, quomodo eduntur ab hominibus? et qui sit ut eorum esum non abominentur homines? At libro octavo sic, πῶς ἀντιχείας ἀνθρώπους Φάγοι. LEVCOMAENIDAS idem esse ac boacas: aut certe pro eodem pisce accipi scribit Atheneus: nec tamen ullo testimonio probat. nam Polyochi qui assertur solus locus, contrarium potius doceat. Sic enim poeta.

"Οπως σε πείσῃ μηδὲ εἰς πρὸς τῶν θεῶν  
τοὺς βόανας ἀν ποτ' ἐλθη λευκομαῖνθας  
παλεῖν.

id est, *oro te per deos, ne si ille forte ad te veniat,*  
*sinas tibi persuaderi ut bocas appelles leucomænidas.* videntur alieni dici ista, cui pro bocibus, piscibus satis magnis, minuti piscesculi leucomænides exhibebantur. De hoc igitur amplius cogitent qui habent ἀπὸ τῆς αὐτοψίας certioreni harum rerum notitiam. Multa enim in hoc genere incerta, et ex conjectura tantum nota, non solum nobis οὐ οὐκέτι θαλάσσια ἔργα, sed etiam antiquis et peritissimi viris. MELANURUM deinceps auctor explicat. de quo pisce, postquam recitata sunt aliquot veterum scriptorum testimonia, sequuntur ista.

ΜΕΛΑΝΔΕΡΙΝΟΣ. ὄμοιον εἶναι τῷ μελανούρῳ Φησί. Σπεύσιππος δ' ἐν δευτέρῳ Όμοιῶν τὸν παλούμενον ψύγρον δὲ Νουμήνιος παλεῖ ψόρον οὔτως, "Η ψόρον ή σάλτας η αἰγιαλῆα δράκοντα. Tria hic habes nomina quae libi temere non invenias. nam quis pisces melandrinum aut psychrum vel pforum nominat ex omnibus scriptoribus? Hic quoque incerta omnia. Rondeletius pro ψυγρὸν scribebat ψογερὸν, et ψόθον pro ψόρον. Alique hanc viri docti conjecturam pro vera et certa probavit Dalecampius. Mihi dubium nullum est, transiuros in alia omnia quicunque usum majorem in literis Graecis habuerint. nam pisces ullum Graecis esse dicum ψογερὸν aut ψόθον quasi squallidum aut sordidum ut illi interpretantur, sine idoneo fidejussore credere debemus nemini. Epitoma Höscheliana quam toties audamus, sententiam longe aliam suggerit nobis. In qua, voce μελανδέρινος sublata, reliqua sic concipiuntur. μοιον δὲ μελανούρῳ Σπεύσιππός Φησί τὸν παλούμενον ψύρον, δὲ Νουμήνιος παλεῖ ψόρον. etiam in antiquissimis membranis pro ψύγρον exaratum ψύρον. Ita vides

optimi codicis auctoritate comprobari, quicquid ex conjectura mera super hoc loco scripsit olim Conradus Gesnerus Tigurinorum decus immortale. In vulgata

p. 547. scriptura vitium codicum profitentur ista, ὄμοιον εἴραι τῷ μελανούρῳ Φησὶ. Dalecampius Φασὶ legit, ut mendae suspicionem amoveret, sed ulcus fodere aliquando satius quam dissimulare. Pergamus porro. Pisces ΜΟΡΜΥΛΩΤΣ appellari Epicharmo μύρμας, observatur. μυρμίας scribunt antiqui: et ita mox in verbis Siculi poetae. Epicharmi inquam: non, ut aliud agens scripsit interpres, Numenii. Male etiam concipit ille hoc testimonium: quod cum facile emendari posset ex ipso auctore, ingenio hic quam diligentia et fide uti praetarunt infeliciter. Scribe igitur, χελιδόνες τε μύρματα (vel μυρμίαι) τοι τε κολιᾶν μέζονες ἐντί. integrum sententiam habes infra in ΣΚΟΜΒΡΟΣ. Mox autem scribendum, Λυγκεὺς δ' ὁ Σάμιος ἐν τῇ ὀψωνητικῇ τέχνῃ, ἢν προσεΦώνησέ τινι τῶν ἑταίρων δυσώνη Ζήνωνι. In arte opsonandi, quam nuncupavit amico cuidam suo aegre et parce opsonanti Zenoni. Exposuimus libro superiore cap. tertio. Deinde, ἐπαγόμενον Ἀρχέστρατου τὸν γρ. τ. H. ἢ τῶν ἄλλων τινὰ ποιητῶν. Ab Archestrati verbis separanda sunt diligenter ista, νῦν δ' ἔχει ἔστιν. item ista, νῦν δ' ἔστι Θέρος. non enim sunt poetae: sed illius qui versum ejus profert contra piscarium. In ΝΑΡΚΗ recitantur Platonis Philosophi verba, τῇ Θαλαττᾷ νάρη: adde ut perficiatur sententia, ὄμοιότατος εἴραι δοκεῖς. tum postea, διὰ τῶν ξύλων καὶ διὰ τῶν τριοδόντων. et fortasse, Διφίλος δ' ὁ Λ. ἐν τοῖς Περὶ τῶν Νικάνδρου Θηριανῶν, non ἐν τῷ. nam Diphili commentarios in Nicandrum plureis in libros suisse tributos, testis Scholia festi Theocriti ad decimum idyllium. In ΕΙΦΙΑΣ proferuntur Archestrati versus quibus accurate docemur quae partes torpedinis quibus in locis optime sapiant: et additur statim, τις οὔτως τακτικὸς ἀκριβῆς, ἢ τις οὔτως κριτής ὄψων, ὃς ὁ ἐκ Γέλας, μᾶλλον δὲ παταγέλαστος οὗτος ποιητής; quae sic erant vertenda, non ut insulse nimis factum, Quis possit esse adeo peritus instruendi convivii, aut tam bonus opsoniorum judex, ut poeta hic ortus Gela vel potius dignus γέλωτος, id est irrisu? τακτικὸς proprie est, qui disciplinam instruendae aciei tenet: sed etiam ad convivia transfertur: ut ante dicebamus. ὁ ἐκ Γέλας est Archestratus Gelous teste Athenaeo libro primo. In antiquis

plerisque, pro *καταγέλαστος* scriptum *καταγέλας*. et sic editum olim: nova et insolente formatione, si ita scripsit. neque aliter vetus Huraldinus habet. Ac videtur auctor non aliter scripsisse, miratur per jocum et ludum veteres poetas, qui truncata a fine verba soliti usurpare, ut dicebamus libri octavi capite nono. nisi placeat sic dici *καταγέλας* pro *καταγέλαστος*, ut ἀδάμας pro ἀδάμαστος, ἀνάμας pro ἀνάματος, αὐτοκέρας vel αὐτόκιρας pro αὐτόκιρατος. etiam μίνας legimus pro μικρολόγος. ΟΡΦΩΣ. Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ Ζώων. Historiarum libr. quinto, capite 10. at membranae constant sibi, et scribunt hic quoque Ζώων μορίων, ut tot jam locis ante. Proprium pisces huic, (orphum dico) τὸ δύνασθαι πολὺν χρόνον ζῆν μετὰ τὴν ἀνατομήν. etiam postquam dissec-  
tus est diu posse vivere. Simplicem sententiam feceris  
geminam si scribas, καὶ μετὰ τὴν ἀνατομήν. ut duo auc- p. 548.  
tor dicat: orphum diu vivere, et vivere etiam dissectum.  
Oppianus,

— ὄψιμόρων γένος ὄρφων  
οἱ πάντων περίαλλα κατὰ χρόνα δηθύνουσι  
ζῷοι, καὶ τυηθέντες ἔτι ζώουσι σιδήρῳ.

In altero versuum Numenii non intelligo illud acrostichum τῶν γὰρ ἐπ' ἄκρης. Fortassean, διικνὺς ἀπ' ἄκρης. videlicet θαλάσσης. ostentans ab extremo cubili. Dorioni placet tenerum orphum ὄρφανίην dici: quae vox non fit ab ὄρφῳ, sed ab ὄρφαξ, *orpus grandiusculus*. ut apud Dioscoridem νεόσσαξ, vel νόσσαξ, et πλούταξ, μώμαξ alia. Archippi versum ita lego, Ἱερὸς γὰρ ἥλιος αὐτοῖσιν ὄρφως τοῦ θεοῦ. non Ἱερεύς. refero enim ad ἰχθυομαντείαν, id est, divinationem quae siebat ex piscibus, orpho maxime. de qua Aelianus, et nos alibi prolixo, si vita prolixior. In Aristophanis versu, οὐ μὲν ὠνῆται τις ὄρφως, vetustissimi codices habebant ὄρφους, ut testatur vetus interpres comicus. etiam Athenaeus ita videtur scripsisse: qui hoc testimonium subjiciat versui Platonis ubi est ὄρφοισι, eadem formatione. Attici, inquit, effrerunt hoc nomen cum gravi in fine ὄρφως. Etymologus vero circumflecti ab Atticis et ὄρφως et λαγῶς. Salsamentorum quae siebant ex *orcyno* varia observantur nomina, et in his erant melandrya, Graeci μελανδρὺς appellant intimam quercus partem, et ut quidam interpretantur, ipsam medullam. Inde τόμοι μελανδρύαι, qui ex interiore pulpa *orcyni* confiebant, οἱ λεγόμενοι, ait, μελανδρύαι εἰς αὐτῶν ταριχεύονται. Plin.

*melandrya* vocantur, caesis quernis assulis simillima. Non intelligunt hanc vocem qui apud Jobum dictionem Hebraicam מִפְלֵה miphle, vertunt *melandrya*: non minus absurde, quam si succidiam appelles viventem porcum. Ait in ΟΝΙΣΚΟΣ, ex Aristotele, οὐδὲ μόνος οὗτος τῶν ἐχθύων τὴν παρδίαν ἐν τῇ ποιλίᾳ ἔχει. Apulejus in Apologia, Quod Aristoteles si scisset, nunquam profecto omisisset: qui aselli piscis solius omnium in media alvo corculum situm pro maximo memoravit. Edi jussoram Epicharmi verba hoc modo, μεγαλογάστοράς τε χάννας, ἐκτραπελογάστοράς ἔνους. alludit ad originem vocis χάννας. quae est a χαλνώ. vide infra sequentem vocem ex vestigiis antiquae scripturae ita concinnavimus. plerique codices scribunt, συῆπτρα πελογάστοράς. Clemens Alexandrinus, Paedagogi lib. secundo, capite primo, τὸν ὄνον ἐκτραπελόγαστρον Ἐπίχαρμος παλεῖ ὁ πωμικός. malim ἐκτραπελογάστορα. Quem nostri cod. μάξινον indigent, MSS. μύξινον. myxinos inter mugiles agnoscunt Aristoteles, Oppianus, alii. pisces μαζίνας Theophrastus memorat libro de quo diximus initio capit. vide libri sequentis caput secundum. De Asello Archestrati versus pessime accepti sunt,

Τὸν δ' ὄνον Ἀνθηδῶν τὸν παλλαρίαν παλέουσιν,  
ἐκτρέφει εὔμεγέθη, σομφήν δὲ τρέφει τιγὰ σάρικ  
παλᾶς οὐχ ἥδεῖαν ἐμοὶ με τὸ αλλὰ  
δαίνουσαν. χαίρει γὰρ ὁ μὲν τούτοις, ὁ δὲ ἐκείνοις.

p. 549. Primo versu παλλαρίαν vocat qui paulo ante dictus est γελλαρίης. sic in multis καὶ γα confundi videoas, etiam in Glossis veterum, Hesychii praesertim. In secundo τρέφειν σάρικας eleganter positum pro ἔχειν. Ita solent poetae, praesertim Sophocles in Antigone, πάρτ' ἐν ἐλπίσιν τρέφω, id est, spem magnam habeo. Vetus interpres, εὐεπίφορος Σοφοκλῆς εἰς τὸ τρέφω ἀντὶ τοῦ ἔχειν. non falsum hoc: quod sequentia exempla evincunt. in Ajace Lorario, οἵας λατρείας ἀνθ' ὕστου ζήλου τρέφει. Plautus dixit, servitutem colere. in eadem, ἀν (ἄταν) οὕπω τις ἔθρεψεν αἰών. scholia, ἔθρεψεν, ἔσχεν. ibidem, ἦ γλῶσσα σου τὸν θυμὸν ὡς μέγαν τρέφει. Oedipo tyranno, τάληθὲς γὰρ ισχύον τρέφω. [Sic loquitur et secundissimus Plato, in 8. Reip. οὐδεμίαν ἥδονὴν ἀτιμάζων, ἀλλ' ἐξ ίσου τρέφων. Cicero Bruto, de Isocrate: forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo, meo quidem judicio postea est consecutus. Nicephorus Gregoras lib. 9. παρῆν δὲ καὶ αὐτοῦ

Συγάτηρ ἡ Κράλαινα, καὶ τινες ἔτεροι τῶν ὄμοίαν ἔμοι  
τρεφόντων γνώμην καὶ τρόπου διάθεσιν.] Scriptum in  
Suidae collectaneis litera T. Τάλεσιν, ἀναλόμασιν. ἀλη-  
θὲς γὰρ λογύον τρέφω. ἀντὶ τοῦ ἔχω. Mera hic por-  
tenta: duae notulae in unam confusae. et Τάλεσιν in-  
doctus scriba commentus est pro τέλεσιν. quare in suum  
locum rejiciantur ea verba. deinde scribe τάληθὲς ex  
hoc loco Sophoclis. In Trachiniis, οὗτω δὲ τὸν Καδμο-  
γενῆ τρέφει. nempe τὰ κύματα. Schol. τρέφει ἀντὶ τοῦ  
ἔχει, fluctus malorum habent Herculem. Sic Euripides  
in Hippolyto, ὁ πόνοι τρέφοντες βροτούς. praecedit in  
eodem choro apud Sophoclem, εὔμναστον ἀνδρὸς δεῖμα  
Φέρουσαν ὄδον. vetus lectio fuit, τρέφουσαν. vera sine  
dubio. quae habet metum memorem (id est, assiduum),  
*de itinere viri.* paulo ante dixerat Dejaneira, ἀσί τιν  
ἐκ Φόβου Φόβου τρέφω Κείνου προκηραίνουσα. sic fere  
sub finem, ὅγνον μητρῶν τρέφειν. habere animum elat-  
tum ob matrem. in Philocteta, τρέφειν νόσου. habere  
morbum. in Coloneo Oedipo, ὁ τι καὶ πόλις τέτροφεν  
ἄφιλον. quicquid habet odio civitas. iterum, ὥστ' ἔμοι  
τρέφειν βίᾳ. ut eos retineat me invito. nec multo aliter  
in Trachiniis, παίδων δὲ τοὺς μὲν ξυλλαβοῦσ' αὐτὴ τρέ-  
φει. Poteram alia adjicere similia his, tum Sophoclis,  
tum aliorum poetarum: sed praefstat ab hoc diverticulo  
redeamus in viam. Tertius Archestrati versus corrup-  
tissimus est etiam in membranis omnibus. sed nullum  
est dubium quin emendemus vere,

"Ἄλλοις οὐχ ἤδεῖαν, ἔμοι δὲ μάλισθ' ἀν —

δάνουσαν. χαίρει γὰρ ὁ μὲν τούτοις, ὁ δὲ ἐκείνοις.  
carnem habet, inquit, σομφήν τινα. raram, et fungo-  
sam quodammodo, aliis quidem parum gratam, mihi  
vero maxime placentem. Vocem ἀνδάνουσαν distraxit  
poeta, ut passim in his libris, vel scribe ἔμοι δὲ μάλι-  
στα "Ἄδουσαν. veteri verbo.

### CAPUT UNDE VIGESIMUM.

Sepiarum et loliginum Φυσητῆρες. Βοτρυδὸν et βο-  
στρυχηδόν. Βράκανα. caufae mutandi coloris  
in polypis. ὁ πολύπους ἔστι συντηκτικός. polypi  
τὸ αἰδοιῶδες. cui potissimum assimiletur polypus.  
Cur dicantur polypi οὐ δέχεσθαι τὴν θάλατ-

p.550. ταν. *Theophrastus praeceptoris vestigia sequitur.*  
*Illustratur epigramma de concha dicata Veneri*  
*Zephyritidi. Julis et Juliopolis. Venus Zephy-*  
*ritis, Arfinoe Chloris, Hippia. Θαλάμαι. ἐκλι-*  
*παίνειν mare. Athenaei codices ante multa*  
*secula esse depravatos. γρυμαῖαι ἐριθακώδεες.*  
*σελάχια.*

ΠΟΛΥΠΟΤΣ. Πληγαὶ λέγονται πολύπου πιλουμένου Metrum postulat πουλύπου, ut in proverbio ad quod alluditur isto versu. Athenaeus tamen non sic scripsit, verum ita, τοῦ πολύπου πιλουμένου. ut apparebit attenti. ὡν τοὺς μὲν ἄνω δύο καὶ κάτω ἀλαχίστους. Scribo, καὶ δύο κάτω. vel καὶ ἵσους κάτω ἔλ. illud malo, et caussam habeo. τίκτει δὲ διὰ τοῦ λεγομένου Φυσητῆρος. Aristot. de sepiis et loliginibus, a quibus parum differunt polypi: ἐκτίκτει δὲ κατὰ τὸν Φυσητῆρα καλούμενον, καθ' ὃν ἔνιοι καὶ ὄχευεσθαι Φασίν αὐτάς. In polypodibus vocat αὐλὸν, et Plinius fistulam. Oppianus de ovis quae parit polypus, στεγνοῖο μόγις διανίσσεται αὐλοῦ. καὶ τίκτει ὡὰ βοτρυδόν. Aristotleles ea de re, τίκτει δὲ τὸ ὡὸν καθάπερ βοτρύχιον, ὅμοιον τῷ τῆς λευκῆς καρπῷ. iterum idem, καὶ αποτίκτει μὲν ὁ πολύπους ἢ εἰς τὰς θαλάμας, ἢ εἰς κεράμιον, ἢ τι ἄλλο κοῖλον, ὅμοιον βοτρυχίοις οινάνθης, καὶ λευκῆς καρπῆς. An igitur βοτρυχηδὸν Athenaeus scripserat: sed βοτρυδὸν [legi postulat res ipsa; et id verbum expressit] Plinius, pariunt vere ova tortili vibrata pampino. Oppianus.

— οὐ γὰρ τῆσιν ἀπόκριδον, οἵα καὶ ἄλλης ὡὰ διαθρώσκουσιν ἀρηρότα δ' ἄλληλοισιν βοτρυδόν, στεινοῖο μόγις διανίσσεται αὐλοῦ.

ἐν Θρύσκουσι καὶ βράκανοις καὶ στραβήλοις ζῆν. Vetus menda obseruit prima verba. assentior autem doctorum emendationi, ἀνθρίσκοις καὶ βρ. vel ἀνθρισκίοις. nam Hesychius ait, ἀνθρίσκιον, λάχανον ἔχον ἀνθρός. Sequentem dictionem fuisse a nonnullis sollicitatam demiror. nam olera sylvestria sic vocabant. Hesychius, βράκανα, τὰ ἄγρια λάχανα. Τοῦτο δ' ἐστὶ ψεῦδος. Philosophi haec sententia est, quam non omnes naturae interpres amplectuntur. Histor. lib. 8. cap. 2. Φεύγων διὰ τὸν Φόβον μεταβάλλει τὰς χρόας. ait διὰ

*τὸν φόβον, metu, ex sententia Theophrasti: cui placet polypum colorem mutare, φόβῳ καὶ φυλακῆς χάριν. est tamen certum, etiam extra metum, mutari ab eo colorem: ut cum piscibus insidiatur, quibus vesci solet. Aristoteles hanc vel praecipuam mutationis caussam facit. καὶ θηρεύει τὸν ἵχθυς τὸ χρῶμα μεταβάλλων, καὶ ποιῶν ὅμοιον οἷς ἀν πλησιάσῃ λιθοῖς. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ καὶ φοβηθεῖς. Aelianus Variar. lib. primo. colorēt mutat ad similitudinem loci et maxime in metu. Plutarchus de caussa et modo hujus mutationis disputat in libello Αἰτίᾳ φυσικῇ. longe abiens a sententia Aristotelis, ac Theophrasti quoque in libro de iis animalibus quae colorēt mutant. Τοῖσιν ἐφαρμόζων. Melior Eustathii lectio et Epitome, ἐφαρμόζουν.*

ο δὲ πολύπους ἔστι συντηκτικός et sententia, et dictio Aristotelis, συντηκτικός hic qui habet patibilem qualitatem τοῦ συντήκεσθαι. Proprie συντηκτικός, qui lique- p. 551. facit, non qui liquefit. Sic in medicorum libris febris συντηκτικὴ, quae carnem consumit. sed similius usurpationum exempla alibi attulimus. Hanc autem polyborum σύντηξιν Plinius appellat tabem. omnis enim τηκεδῶν Latinis est tabes, non solum φθίσις et μαρασμός. Aristoteles ita describit, τὸ πλεῖστον γένος τῶν πολυπόδων οὐ διετίζει. καὶ γὰρ φύσει συντηκτικόν ἔστι. σημεῖον δ' ἔστι. πιλούμενος γὰρ ἀφίησιν ἀεί τι, καὶ τέλος ἀφανίζεται. Plerique polypi integrum biennium non durant: natura enim sua in liquorem solubilis est: cuius rei signum: quod pressus aliquid semper ex se emittit: tandemque sic perit totus. ἐφωρά- θησαν δέ ποτε καὶ ἐπὶ τὸ ξηρὸν ἐξιόντες. et hoc ex Aristotele, Historiarum lib. nono, capite 37. sed alludit fortasse ad historiam aliquam ei similem quae refertur Plinio libro nono, cap. 30. et illi quam Aelianus commemorat libro decimotertio cap. sexto. καὶ χαίρουσι δὲ τῶν φυτῶν καὶ ταῖς ἐλαίαις. Aelianus libro primo cap. 38. Mox scribe, εάν τις οὐλάδον τοῦ φυτοῦ τούτου καθιείη. vel καθιῇ. λέγεται δὲ αὐτῶν τὸν ἄρρενα ἔχειν αἰδοιῶδές τι ἐν μιᾷ τῶν πλευτανῶν. Non ausus est vocare genitale, sed genitali simile: neque philosophus simpliciter vocat αἰδοῖον, sed ita nominari ait a nantis. In omnibus libri ἔλκειν non ἔχειν, summo consensu. Plinius hanc πλευτάνην habentem duas κοτυληδόνας videtur appellare caudam bisulcam et acutam. libro nono, cap. 29. εν δὲ πέμπτῳ μορίων φησὶν Ἀρ.

Historiarum libro quinto, cap. 12. sed more suo Athenaeus multa in unum congerit ex diversis philosophi locis. *τὸν πολύποδα Φησὶν τοῖς πετρώδεσι μάλιστα τόποις συνεξομοιοῦται.* Pro *τόποις* scriptum in editionibus prioribus *μόνοις*. et ita quoque in vetustiss. codicibus. Sed ad fulciendam sententiam restituimus vocem *τόποις*, quae et apud Theophrastum. Dalecampius, qui vocem *πετρώδεσι* sustulit, haut dubie gravem admisit errorem. Verius est enim deesse aliquid quam superesse. Quare etiam in quibusdam libris lacunæ nota est apposita. Ne longum faciam, legendum censeo, *τοῖς πετρώδεσι μάλιστα ἢ μόνοις τόποις συνεξί.* verissima sententia. polypi enim, ut quibusdam visum est, non saxosis tantum locis assimilantur, quod vulgata lectio ait, sed et aliis cum locis tum rebus: idque Theophrastum eo in libro quem Athenaeus laudat, scripsisse, scimus ex iis quae hodie supersunt. Nam in his Excerptis scriptum sic est, "Οτι τὰς χρόας μεταβαλλόμενοι ναὶ ἐξομοιούμενοι Φυτοῖς ναὶ τόποις ναὶ λίθοις οἵς ἀν πλησιάσωσι, πολύπους ἔστι ναὶ χαμαιλέων ναὶ τάρανδος. quia tamen faxis potius quam ulli rei alii similes fieri polypos curiosi harum rerum observarunt, ideo ait Theophrastus, colore eum mutare ad similitudinem faxorum potissimum, aut etiam folorum. Hanc esse Athenaei mentem probant scripta exemplaria, in quibus omnibus *τὸ μόνοις* invenias. Accedit eo quod plerique auctores polypum similem fieri scribunt, non cuius rei, sed *πέτραις*. Plutarch. μεταβάλλει οὕτως ὥστε τὴν χροιὰν αἷς ἀν πλησιάζῃ πέτραις ὁμοιοῦν. Oppianus, οἱ πέτρησιν ὁμοίοις ἴνδιλλονται Τήν πε ποτιπτύξωσιν. Aelianus, πολύποδες ὑπὸ ταῖς πέτραις νάθηνται, ναὶ ἔαυτοὺς εἰς τὴν ἐκείνων μεταμορφοῦσι χροιὰν. et ante hos omnes dixerat philosophus, polypum similem se reddere, οἵς ἀν πλησιάζῃ λίθοις. et Theognis, — δις ποτὶ πέτρῃ Τῇ προσομιλήσῃ, τοῖς ιδεῖν ἐφάνη. οὐ δέχεσθαι Φησὶ τοὺς πολύποδας τὴν θάλατταν.

Parum se versatum in philosophia Aristotelis et Theophrasti prodit interpres, qui ista accepit tam absurde. Athenaeus enim et Theophrastus hoc voluerunt polypos respirationis gratia, sive ad temperandum calorem internum omnibus viventibus ἐμΦυτον, aquam maris non admittere hoc diserte negat Theophrastus eo libro quem laudat auctor: qui liber etsi non extat hodie integer, supereft tamen integra adhuc illius sententia haec. Eam paulo pluribus lubet describere: est enim locus eximius,

ἔκεινο ait, θαυμαστὸν εἴ τι δύναται τοῖς αὐτοῖς μορίοις  
ώς ὄργανηιοῖς ὅτὲ ἐπισπᾶσθαι τὸν ἀέρα, ναὶ Ἑλισιν, ὅτὲ  
δὲ τὸ ὑγρὸν δέχεσθαι. τάχα δὲ τούτου μᾶλλον, εἰ ὅτὲ  
μὲν ὁ ἀήρ σύμμετρος πρὸς τὴν πατάψυξιν (ἢ ὅτιδήποτε  
ἔστιν ἐν τῇσι ἀναπνοῆς γινόμενον) ὅτὲ δὲ τὸ ὑγρόν. οὐ  
γὰρ ἀμα γε ἀμφω. τὸ δὲ τῶν πολυπόδων ἥττον θαυμα-  
στόν. οὐ γὰρ δέχονται τὴν θάλατταν. hoc est, *Illud*  
*mirum, an possit ullum animal partibus iisdem in-*  
*strumentalibus modo aërem trahere: modo aquam re-*  
*cipere, magis tamen fortasse mirabile, si modo quidem*  
*aér sit aptus et congruens ad refrigerationem (aut*  
*quicquid est id quod respiratio confert) modo vero*  
*aqua: ambo namque simul admitti non queunt. De*  
*polypis minus mirum: quia illi maris aquam non reci-*  
*piunt. Sunt et alii multi loci in scriptis duorum illorum*  
*philosophorum ubi δέχεσθαι τὸ ὑγρὸν, et δέχεσθαι τὴν*  
*θάλατταν, ita accipiuntur. unum tantum afferam, ex*  
*libello Aristotelis De respiratione, ex quo ut ex aliis*  
*sexcentis constare studiosis philosophiae poterit, non*  
*ovum ovo esse similius, quam duorum horum, magistri*  
*inquam et discipuli scripta. Ait igitur Aristoteles. ναὶ*  
*τῶν ἐν τῷ ὑγρῷ δὲ ζώντων, ὅσα ἀναιμα πλείω χρόνον*  
*ζῆ ἐν τῷ ἀέρι τῶν ἐναιμων ναὶ δεχομένων τὴν θάλατταν.*  
*οἷον τῶν ιχθύων. διὰ γὰρ τὸ ὀλίγον ἔχειν τὸ θερμὸν,*  
*ὁ ἀήρ οὐκονός ἔστι πολὺν χρόνον παταψύχειν. οἷον τοῖς*  
*τε μαλακοστράκοις ναὶ τοῖς πολύποσιν. ἐν δὲ τῷ*  
*περὶ τῶν πατὰ τόπους διαφορῶν. Id ipsum legitur hodie*  
*in Excerptis ex eo Theophrasti lib. cuius modo facta*  
*mentio. 'Εφ' ἔαυτὸν ἔχων τὸ ὄστρακον. id est, pronus,*  
*vel, testam suam habens pronam. Oppianus — ἀνὰ*  
*δ' ἔρχεται ἄνρον ἐς ὕδωρ Πρηνῆς, ὁ Φρας οὐ μή μιν ἐνι-*  
*πλήσειε θάλασσα. Plinius tamen, *Supinus*, ait, *in**  
*summa aequorum pervenit. qua ratione satis belle accipi*  
*possit, non video: neque capio doctissimorum hominum*  
*super ea re sententiam. 'Εὰν δέ τι προσιὸν ἴδῃ,*  
*δῆσας συστέλλει τοὺς πόδας. Quid huc facit δῆσας?*  
Dalecampius eam dictionem recte omisit: rectius fecisset  
si mutasset in δείσας metuens: quod nos facile vidiimus  
vel ab Aristotele moniti, qui ait, ἀν δὲ Φοβηθῆ. Plinius  
vertit, *et si quid pavoris interveniat. Oppianus,*  
*'Ἄλλ' ὅτε ταρβήσῃ σχεδόθεν οὐκόν. membranae tamen p. 553.*  
*δῆσας. at Hoescheliana Excerpta δείσας. Κόγχος*  
*ἔγω Ζεφυρῖτι παλαιτερος. Mos olim fuit, ut virgines*  
*cum excessissent puellares annos, jamque essent nubiles,*

oblectamenta pueritiae suae Veneri consecrarent. Persius  
*Nempe hoc quod Veneri donatae à Virgine puppae.* Inter puellarum ludicra et puppae erant et conchae  
 Venereae et ocellata, sive καλολάγγες, et id genus  
 alia. ut concha nautili, quae specie pulcherrima est,  
 acatii modo carinata, et candore ac levitate mirabili.  
 Hujusmodi concham habuit Selena Cliniae filia, Smyrnae  
 quidem nata, sed in Aegyptum postea ut videtur,  
 translata, ubi et habitavit et fortasse nupsit. Nam occa-  
 sione fere nuptiarum talia donaria a virginibus Veneri  
 suspendebantur, ut ex Varrone docet Cornutus in Per-  
 sium. Selena igitur charissimam sibi concham Veneri  
 Zephyritidi, sub cuius nomine colebatur Arsinoe, dicat  
 consecratque: futuram deinceps περισκεπτον παιγνιον  
 Ἀρσινόης. similis argumenti in Graecorum epigrammatum  
 οὐκλω extat epigramma Leonidae, quo adolescens Philo-  
 loces nucibus relictis, ut ille ait, κουροσύνης παιγνιον  
 ἀνεκρέμασεν, et Mercurio consecravit. est ibidem et  
 aliud, quo testa carabi, piscatoris nomine, Priapo dica-  
 tur auctor epigrammatis Q. Maelius. Primum illius  
 versum ita scribe, Ἀκταίης νησῖδος ἀλιξάντοισι Πρίηπε  
 χοιράσι. appellat χοιράδας ἀλιξάντους scopulos ad quos  
 fluctus maris jugiter alliduntur. Ξαίνειν poetis interdum,  
 pulsare, tundere. ita Suidas quoque. at vulgo ἀλεξάν-  
 τοισι. pessime. Sed ad rem. Σελήνατη poética est para-  
 goge pro Σελήνῃ, ut Nicaea pro Nice, Phocaea pro  
 Phoca. Cum autem dictio οὖλος varia significet, quo-  
 modo capiemus cum ait poeta, οὖλος ἐρέσσων Ποσσὶν  
 ὥσπερ καὶ τούνομα συμφέρεται. Potest enim pro ὄλος  
 totus. nautilus enim cum flat ventus parte cirrorum  
 vela sibi pandit: parte alia remigat. quando est malacia  
 omnibus suis brachiis aequora fulcat. Potest etiam ex-  
 ponni crispus, id est, crispantibus pedum cirris, quod  
 tamen minus probo. At non displiceat scribi αὔτὸς, ut  
 in illo Musaei αὔτὸς ἐών ἐρέτης, αὔτόστολος, αὔτόματος  
 νηῦς. Vox ἵνα prorsus tollenda, et legendum, τοῖς πο-  
 σὶν, ὥσπερ καὶ τ. σ. vel ποσσὶν ἔοις, id est, ιδίοις, meis.  
 In septimo scribo cum viris doctis, "Εστ' ἐπεσον παρὰ  
 θῖνας Ιουλίδας. non Ιουλίδας. nam quod iidem accipiunt  
 de Juliopoli Aegypti, constat mihi falli eos egregie.  
 Locus Plinii lib. 6. cap. 23. qui est unicus ubi Julio-  
 polidis fiat mentio, incertae fidei est. nam vetustiores  
 et meliores codices aliter exhibent. quod si aliqua in  
 iis oris fuit Juliopolis, non dubium est, a Julio Caesare

aut aliquo alio gentisJuliae id nomen ortum: quare nihil hoc ad Callimachi istum versum. Accipiamus igitur de Julide antiqua urbe insulae Ceo, patria Simonidis, Aristonis Cei, et Erasistrati medici. Deinde scribere cum interpretibus, — Ὁφρα γένωμαι Σοὶ τὸ περίσκεπτον παλγνιον Ἀρσινόη. vocandi casu, non Ἀρσινόη. *Venus Zephyritis, Arsinoe, Chloris, Hippia,* sunt p. 554. συνώνυμα. Quintum distichum scribo, Μηδέ μοι ἐν θαλάμησιν ἔθ' ᾧς πάρος, (εἰμὶ γὰρ ἀπνούς). *Tlntoit' αἰγότεραι ὥστε Ἀλκυόνες.* Non hoc jam peto a Venere, ait nautilus, quod vivus petere eram solitus, ut vos infelices Alcedines mihi nidificetis et in mari pariatis, id est, ut tranquillum mare mihi praestet *Venus*: sed ut Selenae faveat, et factum velit. θαλάμας Aristoteles et Oppianus vocant piscium in aquis cubilia: Callimachus, nidos Alcyonum, de quorum artificio mirabili multa Aristoteles in nono Historiarum, capite 14. et ex eo Plinius, Aelianus, alii. Nihil jam est in hoc epigrammate, quod vel mediocriter eruditio homini faciat negotium. Auctoris tamen Epitomae, viri sine controversia eruditissimi, extat ingenua confessio, ita corruptos ipsius temporibus suisse hos versiculos, ut in illis non multum intelligeret. Ait enim, εἰς τὸν ναυτίλον τοῦτον Φέρεται τι ἐπίγραμμα Καλλιμάχου τοῦ Κυρηναίου. ὃ ἐπεὶ ἐσφαλται οὐ μετέγραψα. Τὸ πλατὺ λισσομένοις ἐκλιπανεῖ πέλαγος. ἐκλιπανεῖ est *impinguare* vel *pinguimadefacere*. ηαταχρητικῶς hic, turbatum mare sedare. videri potest longe translata significatio: sed non ita est. Nam mare commotum si aspergatur oleo quietit, ut docemur ab Aristotele et Plutarcho. eo respexit Posidippus. Eclogam Epicharmi, πώλυποι τε σηπται τε ηαὶ ποταμαὶ τευθίδες. ubi Dalecampius corrigit, πότνιαι τευθ. exponimus infra ubi de loligine. At pro χαλυσώδεις βολβίτις, scribo, χ' ἢ δυσώδης βολβίτις, et foetida bolbitis. Pro γραίαις τ' ἐριθαιώδεες: quid aliud legi queat, non video, nisi γρυμαται τ' ἐριθαιώδεες. id est, et viles ciborum paratus ex intestinis piscium quorundam. γρυμαται quid dicatur capite undecimo jam exposuimus. vilitas cibi ea voce indicatur: materia verbo ἐριθαιώδεες. auctore enim Hesychio ἐριθάνην appellabant, τὸ ἐγνολλιον τῶν ιχθύων τῶν μαλακῶν. μαλάκια δὲ ηαλεῖται τὰ τευθώδη. Scripta lectio, τὰ τευθώδη. In sequentibus, σελάχια δὲ τὰ τῶν ἐρίων φύλλα. Epitome, φύλα. recte. caetera non minus depravata.

Videtur facere τὰ σελάχια, quasi genus τῶν χοιδρωδῶν παὶ τῶν μαλακῶν, si ita est, scribendum σελάχια δὲ τὰ ἐνατέρων Φῦλα.

## CAPUT VIGESIMUM.

*Eīta in indignationibus. καλόγ γε ἀν εἴη. piscis  
ἀκανθοστεφής. χρᾶσθαι pro habere. ἔαφις pis-  
cis, qui et βελόνη. δίνη squatus. celtis. Vetus  
Jobi interpretatio emendata. lingua scari. Θεοί.  
scari intestina. an scarus dormiat. τειχιόεσσα  
Μιλήτου κώμη. ἀγεληίδες ὕκκαι. piscis λινο-  
πληγέστατος. Admonitio de nupera editione  
Athenei. ἀόνες. pisces. ἀλίζωι. Paegnia Salpae.  
σκέπινος vel σκέπανος. σκίαιναι aut σκινίδες  
vel σκιαινίδες.*

IN ΠΑΓΟΤΡΟΙ quod profertur unicum testimonium  
veteris poetae, corruptum est, et dispunctum prave.  
p. 555. Sententia exigit γραφὴν hujusmodi, εἰδ' ἀλιεὺς ὃν ἄκρος  
σοφίαν, ἐν παγούροις μὲν θεοῖς ἔχθροῖς παὶ ιχθύδοις  
εὑρηκ παντοδαπὰς τέχνας. γέροντα βούγλωττον τὸ μῆ  
ταχέως πάνυ συναρπάσαι με καλόν γ' ἀν εἴη. Loquitur  
piscator indignabundus quod vetulum buglossum aegre  
caperet, *Ego*, inquit, *piscator cum sim, meam artem*  
*perfecte callens, ad capturam pagorum diis invi-*  
*forum et pisciculorum, artes sexcentas inveni.* Itaque  
veterem hunc buglottum, si non cito admodum cepero,  
pulchrum sane fuerit. Indignantis verba esse constare  
poterat vel ex sola voce *εīta*, elegantissime initio sen-  
tentiae posita, ut passim apud Atticos, et alios quoque  
scriptores non raro. scripsimus συναρπάσαι με, ex cor-  
rupta lectione συναρπάσομαι: conjectura nimis certa.  
Illud, καλόν γ' ἀν εἴη, valet, *mira et indigna res sit.*  
pari venustate Francoceltae diceremus, *il feroit beau-  
voir.* In ΠΗΛΑΜΙΣ laudatur Phrynicus ἐν Μούσαις:  
cujus fabulae meminit Pollux libro septimo, capite 30.  
item libro decimo capite 23. laudatur item Ἀριστοτέλης  
ἐν πέμπτῳ μορίων. hoc est, ut saepe jam diximus, libro  
quinto Historiarum, capite decimo. Scribo Numenii

versum in ΠΕΡΚΗ, "Αλλοτς δ' αὖ πέριας, ὅτε δὲ στροφάδα παρὰ πέτρην Φυκίδας. aut si mavis στροφάδας παρὰ πέτρας. sed eam vocem accipe, non cum interpretibus, de insulis Strophadibus: verum pro ἀλιστρεψίς et rotundas, quae undique mari cinguntur. Videatur etiam Epicharmi testimonium de percis voce una esse imminutum. nam statim in ΦΥΚΙΣ subobscure hoc innuit Athenaeus. Ibidem referuntur verba Aristotelis, ἀνανθοστεΦῆ Φησὶν εἰναι ναὶ ποικιλόχροα Φυκίδα. Forte, ποικιλόχρουν. sed et vulgata ferri potest, assumpta θύρα-θεν voce ζῶα. non solum autem ποικιλόχρους est phycis, sed etiam τρεψίχρως, ut docet philosophus Historiarum lib. octavo. ἀνανθοστεΦῆ autem vocat phycidem, respi- ciens ad pinnam quae per dorsum hujus piscis continua porrigitur. quod proprium non est phycidi: sed in multis reperitur. Additur item ex philosopho, τῶν δὲ γραμμοποιίων, τῶν τε πλαγίαις ῥάβδοις κεχρημένων, πέριη. Docti corrigunt κεχρωσμένων: scripti tuentur κεχρημένων. nec video cur mutemus. χρᾶσθαι in multis loquendi generibus, quod veteres Latini fungi vulgo habere. Aristoteles in Physiognomonicis, ὅσοι τῶν μεγάλων ξηραῖς σαρξὶ κεχρημένοι εἰσὶ ναὶ χρώμασι. Plane alieno loco polita sunt proxima verba, ναὶ πάροιμα δέ ἔστιν, ἐπεται πέριη μελανούρῳ. quid hoc enim ad phycides? Sunt illis locus erat ante vocem ΦΥΚΙΣ. allusit ad proverbium hoc Numenius versu qui ante recitatus est, Σπορπίου, ἡ πέριαισι ναθηγητὴν μελάνουρον. Quae apppellantur deinceps ΡΑΦΙΔΕΣ, nomen a specie corporis invenerunt. est enim genus piscis praelongi et utrimque in acumen desinentis. Aristoteles in libris Historiarum non ῥάφιδα, sed alia voce ejusdem notionis, βελόνην appellat. Plinius et acum et belonen. dicebatur et ἀβλευνής, si modo ita recte scriptum libro octavo cum p. 556. ait, ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων, respicit, ut videtur, verba philosophi Hillor. lib. 5. cap. 11. PINΗ autem Plinio teste *squatulus* vel *squatina* Latinis nuncupatur. sed aliud quoque illius nomen invenio, affinis tamen significatio- nis. Glossae priscae, *Celtis*, ῥίνα λχθύων εἶδος. Proprie- celtis est celum, γλύφιον. Vetus interpres facrorum librorum, Jobi capite 19. quis mihi det ut exarentur in libro stylo ferreo, et plumbi lamina, vel celtē sculpantur in silice? in recentibus libris etiam Antverpiensibus, editum certe. quin etiam doctissimi et praestantissimi viri ita scribi jubent. quos certum est

falli. nam aliter versionis auctor scripferat: vide librum Hieronymi ad Pammachium aduersus errores Johannis Jerosolymitani. Quare vocatur Archestrato Miletus *nova?* nam ait Καὶ σελάχη μέν τοι παινή Μίλητος ἄριστα Ἐπτρέψει. sed error est in ea scriptura. Veteres quidam ναι νῆ M. pro ναι γ' η M. vel ολεινή. De tertio versu Archestrati cogitandum amplius. Nunc vero pergamus. ΣΚΑΡΟΣ. τοῦτον Ἀριστοτέλης Φησὶ παρχαρόδοντα εἶναι καὶ μονήρη καὶ σαρνοφάγου. Ex libris Aristotelis, et res ipsa, dudum emendavit Rondeletius Φησὶν οὐ παρχαρόδοντα εἶναι. Historiarum libro secundo, cap. 13. παρχαρόδοντες πάντες οἱ ἵχθύες, ἔξω τοῦ σκάρου. Librorum chirographorum quantum est, nihil aliud hic, nisi veteris mendae testimonium nobis exhibent. In iisdem quod sequitur de lingua scari, ita scriptum, καὶ γλῶτταν οὐ λείαν, προπεφυκιταν. melius nos hodie οὐ λαν προσπεφυκιταν. nam peculiare aliquid in scari lingua voluit observare philosophus his verbis. at illud omnibus fere piscibus commune, non laevem sed scabram linguam habere, et adhaerentem, atque ut verba illius usurpem, συληρὰν καὶ ἀκανθώδη, καὶ προσπεφυκιταν οὔτως, ὥστε μὴ δοκεῖν ἔχειν. Linguam autem piscis hujus diversam ab aliorum piscium linguis esse non mirum: si vere scribit idem philosophus, solos ex omnibus scarum et fluvialem porcum Φεύγγεσθαι. quae de re libro 8. cap. 1. Deinde scribe cum doctissimo Rondeletio, ἡπαρ λευκὸν, τρίλοβον. in Epitoma hoc saltem recte, quod τρίλοβον scribit, non ut editum est, caetera nihilo melius. In Epicharmi ecloga, τῶν οὐδὲ τὸ σκάρον θεμιτὸν ἐνβαλεῖν θεοῖς, non contemnenda Excerptorum lectio, θεοὶ, pro θεοῖς: nam ita etiam Eustathius. θεοὶ exclamationis vox: ut *Doctis Jupiter et laboriosis*. at, θεοῖς, simile est illi Archestrati de optimo vino τῷ ἐνουροῦσι καὶ θεοὶ αὐτοὶ, quod libr. 1. exposuimus. Ideo autem Epicharmius scarorum stercoris meminit, quia piscis hujus solum intestina comedebant gulae proceres. Martialis.

*Hic scarus aequoreis qui venit obesus ab undis,  
Visceribus bonus est, caetera vile sapit.*

Falsum est quod mox refertur ex Seleuco Tarsense, μόνον τῶν ἵχθυῶν τὸν σκάρον παθεύδειν. solum ex omnibus piscibus scarum dormire. Quid igitur? piscium universum genus somni expers? atqui vere pronuntiat philosophus, cadere somnum in omne animantium genus:

solis fortasse testaceis exceptis: de quibus scribit, nondum experientia esse compertum dormiant an non.<sup>p. 557.</sup> Potest fieri ut contrarium senserit Seleucus hic: πολλὰ γὰρ πολλοῖς Φαίνεται, inquit philosophus: quorum ratio nulla haberi debet. Sed vereor ne viro docto facta sit injuria: sublata negatione, et in contrarium versa ipsius sententia. Lego, μόνον τῶν ἱχθύων τὸν σπάρον οὐ καθεύδειν. firmant clare subjecta verba. ὅτεν οὐδὲ νύκτωρ ποτε ἀλῶνται. ideo nunquam noctu capit. non somni hic est effectus, sed assidue vigilantiae. ab eadem mente etiam quod sequitur: τοῦτο δὲ ἵσως διὰ Φόβου αὐτῷ συμβαίνει. fortasse, ait, a metu hoc illi usuvenit, cedo, utrum probabilius, metum ingentem conciliare somnum an insomniam? Rei veritas apud Oppianum poetam, et philosophum de meliore nota,

Μοῦνον δ' οὐ ποτε Φασὶν ἀνὰ οὐέφας ἀσπαλιῆς  
εἰς ἄγραν πεσέειν ἀπαλὸν σπάρον· ἀλλά που ὑπνου  
ἐνυύχιον ποίλοισιν ὑπαλ κευθυῶσιν ιάνειν.

Sic est prosector, quia negabant piscatores capi posse noctu scarum, induxere quidam in animum credere de illo quod hic Seleucus narrat: nunquam scarum dormire. Praeceptum Archestrateum istud, — χειμῶνι δὲ τρίγλαυ "Εσθι" ἐνὶ Ψαφαρῇ ληφθεῖσαν τειχιόεσση Μιλήτου οώμη, verte, nullum ede in arenoso Miletī vico, Tichiunte, captum. Τειχιόεσσα οώμη periphrasis est Tichiuntis, ut appellatur aliis, et Athenaeo ipso, libro octavo. Thucydides tamen Tichussam: auctor seipse explicat, de nullis loquens infra, Ἀρχέστρατος ἐπαινέσας τὰς οὐτὰς Τειχιοῦντα τῆς Μιλησίας τρίγλας. neque patemus Tichiuntē ex eo nomea invenisse, quod moenibus pulchris esset cincta: sed quod bene munita. Non igitur a Leopardō solum dissentiant qui aliter vertunt, sed a veritate procul abeunt. In tertio versu recte Dalecamp. Καρῶν πέλας ἀγνυλονώλων. sic voluimus editum ex membranis et Epitoma. item πηγὴν non πυγὴν. melius etiam Θυατειρηνὸς, quam Θειατ. et si aliter saepe MSS. Οὐλαν, genus quoddam scarorum suisse testis etiam Hesychius. In ΣΠΑΡΟΣ corruptissima sunt Epicharmi verba, quae vix aliquis emendaverit sine librorum praesidio. pro ἀγεμῶν scribendum ex aliis locis ἀλιεύομεν. At in istis Numenii, ἡ σπάρον ἡ νάρκας ἀγελητίας, non erat difficile veram lectionem restituere ex libri fine, ἡ σπάρον ἡ ὕπνος ἀγ. Sed sparum aut hycas ex iis esse qui gregem faciunt non est existi-

mandum. Quare ἀγεληίδας vocem poetam cave putas positam pro ἀγελαίας, sed pro ἀγελείας, praedatrices. nam et λῃστής, poetis idem ac λειτα, praeda. In ΣΚΟΡΠΙΟΣ ita editum est, οἱ γὰρ πετραῖοι μελανοσφριότεροι εἰσι. Demiror qui sigerit nos aut operas nostras hic locus. Nam communī sensu careat necesse est qui vel solum dubitat scribendum esse, μαλανοσφριότεροι, neque aliter omnia manu exarata exemplaria. Ait, Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ μορίων. Lege caput nonum quinti Historiarum. Ait, ὅτι οὐκὶ σκόρπαιναν οὐκὶ σι. Melius scribas, "Οτι δὲ οὐκὶ σκόρπαιναν οὐκὶ σι. Ait, Ἀρχέστρατος ἐν τοῖς χρυσοῖς ἔπεσιν. alludit ad Pythagoreorum

p. 558. χρυσᾶ ἔπη sive carmen aureum. In Archestrati versu praeſtat scribi, ἀνὴρ μὴ μελῶν Τοῦ πύγονος. Ait de SCOMBRIS, τροφίμους δὲ τῶν ιολιῶν οὐκὶ εὐχυλωτέρους, οὐ μὴν εὐεκκριτωτέρους. Legebam τροφιμωτέρους. sed aliter concinnat Epit. τροφίμους δὲ οὐκὶ εὐχύλους, οὐ μὴν εὐεκκριτωτέρους τῶν ιολιῶν. SARGUM appellat Archestratus λινοπληγέστατον Ιχθῦν, quia omnium maxime cum retibus certat, eaque vehementi jactatione vel attritu, ut Plinius scribit, frangat. hoc significat λινοπλῆξ proprie: nam quod antiqui grammatici interpretantur φρενοπλῆξ, translatum est a notione prima: quia capti piscis jactatio intra retia similis furori insaniantium. Corrige illa, Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ περὶ ζώων ιστορίας. est quidem verum recitata hic verba, extare in quinto Historiarum capite nono: sed omnes ad unum chirographi libri consentiunt in errore de quo diximus toties. quare Athenaei errorem secuti scribamus etiam hic, περὶ ζώων μορίων. Epicharmi prius testimonium in postrema voce corruptum est: αἱ δὲ λῆστραι σαργοὶ τε χαλιδεῖς τε οὐκὶ τοιπούντιοι. docti corrigunt, χαλιδεῖς τε πόντιαι. nos sic potius, χαλιδεῖς τε, οὐκὶ τοιπούλιποι. At in altero testimonio ejusdem poetae, editionis nuperae διορθωτής qui operas suas prelis locaverat, ex imperitia Φίλταται scripsit pro Φίνταται: illudibili et magno facinore. quod eo dico, ne quis putet talium παραδιορθώσεων, si quae inter legendum eruditō lectori deprehendantur, a nobis rationem esse poscentem. Ita igitur cum libris omnibus et Eustathio scribe, ἡς δὲ σαργῖνοι, μελάνουροι τε. οὐκὶ Φίνταται τανίαι, λεπται μὲν, ἀδεῖαι δέ. Doricum est, Φίντατος pro Φίλτατος. Restituendam censeo etiam in hoc versu Archestrati, Τὸν δὲ ἀγαθὸν μαλακόν τε Φύσει, οὐκὶ πίονα

σάρκα, vocem compositam sed distractam pridem cum sententiae labe, πιονόσαρην. alioquin hiulca et suspenſa oratio relinquitur. Non agnosco pisces euones, qui nominantur in istis, + ΣΑΛΠΗ. Ἐπίχαρμος Ἡβας γάμῳ, εὔονες, Φαγυρότε. λαβρ. et profecto nulli unquam ea appellatione fuerunt Graecis noti. sed nomen hoc varie depravatum est in hoc opere: nam sub libri finem λόνες scriptum pro εὔονες: imo vero pro αἵρεται, quod est indubitate verum nomen horum pisciū, auctoribus quibusdam MSS. et Hesychio, Ἀών, Ιχθὺς ποιός. Addit Syracusanus poeta, σιατοφάγοι, σάλπαι βδελυχραῖ. scribendum ex libris Eustathii, βδελυχναὶ, vel βδελυγμαὶ pro βδελυραῖ. Philosophi locus extat Historiarum libro quinto, capite nono. Recte viri docti in Pancratis versu, ἀς τε βόας πορκῆες ἀλίζωνι ναλέονσιν, damnarunt vocem ἀλίζωνι. nam Halizoni populi nihil ad hunc locum. at ἀλίζωνi pescatores dicuntur, in mari degentes, vel e mari viventes, id est, piseatione marina. Theocritus, Αἴ τις ἀνήρ αἰτεῖται ἐπαγροσύνην τε ναὶ ὄλβου Ἐξ ἀλὸς ὡς ζώει. Recte etiam in sequente versiculo, Οὐνεια γαστέρι Φῦνος ἀεὶ ἀλέγονσιν ὁδοῦσιν, emendarunt ἀλέονσι: licet utrique emendationi refragetur scripta lectio, quae non utique semper assensum meretur. ut cum paulo post legitur in Excerptis, de Botrye p. 559. Messanio, γενέσθαι εὔρετὴν τῶν παραπλησίων παιγνίων τῆς προσαγορευομένης σάλπης. nam rectum est, quod editum vulgo, τοῖς προσαγορευομένοις Σάλπης. Paegnia Salpae appellabant, quorum auctor Mnaseas Salpa. de quo lib. i. diximus, cap. 17. Scribe, Ταῦτα δὲ πάντα Κύρω Φράζω, ναὶ πρός σε Κλέανε. non Φράζων. et in Ephippi catalogo, οὐ φαλος. πέριη, non οὐ φαλῆς, πέριης. neque Φυάλα sed Φυάλα. melius etiam μύλλος, ut in Glossis Hesychii, et λεβίας. ΣΚΕΠΙΝΟΣ qui memoratur ex Dorione, alibi, quod sciām, non legitur: nisi est is de quo Oppianus primo Halieuticorum, Σαῦροι τε σκέπανοι τε, ναὶ ὅσσ' ἐνιτέτροπε πηλοῖς. In verbis Epicharmi de SCIAENA, sive umbra, scribo cum Epit. ἐγῆν δὲ σκιανίδες, non σκιαθίδες. In tertio Galeni περὶ τροφῶν, ex Philotimo scinides semper nominantur. et disertim Galenus σκιανίδες ή σκιαναι δισσῶς γὰρ ὄνομά-  
ζουται. fortasse σκιανίδες.

## CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Απειθήσ πρὸς τὴν γεῦσιν *sphyraenam* plus congris alere. σηπία. στιφρᾶν pro γίνεσθαι στιφρόν. *lolibines volucres*. ποταῖνὸς gratus vel similis. ὑπόσφαγμα. ταράττεσθαι, truare. κατατέμνειν κύβους, pro εἰς κύβους. τρίγλη unde dicta. σκαρίς. *mullus piscis gregalis*. ejus dentes. *Sophronis Παιδικά*. *cinaedus* ἐμπροσθεν καὶ ὅπισθεν. *mullus Hecatae sacer*. τρίγληνος. γλήνη. *Kīttæ piscis Baccho sacer*: νῆττα *Neptuno*: *maenides Hecatae*. *Cratini Trophonius*. *mulli Aexonici*. *alia quaedam*.

ΣΦΥΡΑΙΝΑΙ. ταύτας Φησὶν Ἰνέσιος τροφιμωτέρας εἶναι τῶν γόγγρων, ἀπειθεῖς δὲ τὴν γεῦσιν καὶ ἀστόμους. Melius, ἀπειθεῖς δὲ πρὸς τὴν γ. ut libro tertio ex eodem Hicesio, τῶν μυῶν ἔνιοι πανόχυλοι τε καὶ πρὸς τὴν γεῦσιν ἀπειθεῖς. neque assentiri debemus iis qui emendant ἀηδεῖς. Observat Suidas locum hanc vocem non solum in personis, sed aliis quoque rebus habere. Profert exemplum ex Aeliano, οἱ γὰρ Ρωμαῖοι ἐνθα ἀν τοῖς ἔχθροῖς ἐνέτυχον, ἐνταῦθα δήπου καὶ ἥγωνται, εἴτε εἰλεν ἀπειθεῖς οἱ τόποι καὶ τραχεῖς, εἴτε εὐφυεῖς δέξασθαι ὀπλίτας καὶ εὐήλατοι. loci ἀπειθεῖς, *incommodi ad pugnam*. aliis auctor, Ἀλαλιομεναι πόλις ἐστί· καὶ αὐούσια αὐτὴν μήτ'. ἐφ' ὑψηλοῦ κεῖσθαι καὶ ἀπειθοῦσι λόφου, μήτε τειχῶν περιβολον ἔχειν. collem ἀπειθῆ vocat, quem difficile ascendas: ut Hicesius piscesi ἀπειθῆ, quem non lubens comedas. sic fere ἀπιθανος ἐν γελοιώ libro octavo, de eo qui non sit natus dicta dicere. Sed sphyraenas plus congris alere falsum est, ut ex disputationibus doctissimi Rondeletii constat liquido. Quem autem falsi hujus insimulabimus? Hicesiumne an Athenaeum, an librarios? In hos culpam conjiciebat Gesnerus: σμύρχιναι scribendum affirmans non σφύραιναι, cum isto loco, tum in alio simili sequentis libri. Sed de illo ibi viderimus. Hic autem Athenaei potius vel Hicesii fides suspecta mihi quam librariorum. Stant

ab edita lectione omnes codices, et quae plurimi facio p. 560.  
 non injuria, Angustana Excerpta. praeterea quae statim  
 subjiciuntur nisi de sphyræna capiantur, ecquem hic  
 locum habebunt? Adde quod de muraena suo loco in  
 elemento μ tractatum est. σμύραναν autem et μύραναν  
 tanquam diversos pisces παρὰ ἐν γράμμα Separatim  
 explicare, cujus fuerit stuporis? Non igitur libra ii  
 culpa hic ulla, sed vel Athenaeus minus fideliter aliam  
 sententiam recitavit: si quod de muraena dixerat Hice-  
 sius, aut depravatum secutus codicem, aut aliud agens  
 sphyrænae tribuit: vel Hicesius ipse contra aliorum sen-  
 tentiam sic sensit perperam. quod in eo argumento nemo  
 mirabitur, qui fuerit in medicorum scriptis paulo ver-  
 satior. Extant quidem in superioribus ex eodem Hicesio  
 verba haec, τροφίους τὰς μυρανὰς εἶναι Φησὶν ὁ Ἰνε-  
 σιος οὐχ ἥττον τῶν ἔγχελσων, ἀλλὰ ναὶ τῶν γόγγρων.  
 sed ex istis non recte colligas quod voluit elegantissimus  
 Gesnerus, dixisse Hicesium, muraenas plus alimenti  
 quam congos praestare. Solet dipnosophista praecep-  
 tunculas grammaticorum non aspernari. cuiusmodi est  
 in ΣΗΠΙΑ, quod scribit de ejus vocis accentu: ὡς  
 αἰτίας ἡ παραλήγουσα ὀξύνεται, ὡς Φιλήμων ιστορεῖ·  
 ὄμοιώς ναὶ ταῦτα, παιδία, ταινία, οἰνία. Sed primum  
 exemplum delendum est: nam Graeca vox non est παι-  
 δία. meritoque eam praetermisit Elegarins: aut scribe,  
 ἀπαιδία. ἐν δὲ πέμπτῳ ζώων. Scribendum et hic  
 ut semper alibi ἐν π. ζώων μορίων. Respicit caput 6, 5.  
 Historiarum. τὰ ὡὰ ὁ ἄρρην παρανολουθῶν νατα-  
 Φυσᾶς ναὶ στιφρᾶς. Saepe monuimus Athenaeum senten-  
 tiā magis quam verba auctorum spectare. itaque eti  
 apud Aristotelem unde est hic locus scriptum hodie  
 legimus ναὶ γίνεται στιφρᾶ, cap. 12. libr. 5. Historia-  
 rum, fortasse tamen verbo στιφρᾶν usus erat noster  
 convivator duorum loco: quod cur ab illo fieri non  
 potuerit, caußam non video. Ita legunt scripti omnes.  
 Caeterum hujus loci sententiam a doctissimis viris recte  
 expositam, ex eorum scriptis petant studiosi. nam actum  
 agere nostri moris non est. πώλυπές τε σηπίαι τε.  
 ναὶ ποταιναὶ τευθίδες. Qui paulo ante jubebat nos  
 scribere πότνιαι, idem vir doctus, quasi sententiae poe-  
 niteret, corrigit hic ποταναί. Volucres lollinges esse et  
 ἡροφόλτους ut vocat Oppianus, vel ex etymologia ejus  
 vocis constat: nam auctore Varrone *loligo* dicta quod  
 subvolet quasi *voligo*. quare etiam auctor Epit. ποταναί

semper scribit in hoc Epicharmeo versu. Nobis membranarum Athenaei et editorum librorum γραφὴ non videtur temere mutanda. ποταινὸς Epicharmo idem ac ποταινίος recens vel similis. posterioris interpretationis auctor mihi Hesychius, qui non solum νέον ναὶ προσφατον interpretatur, verum etiam σύνεγγυς. Igitur ποταιναὶ τευθίδες, vicinae lollinges, sive similes: sepius nempe ante nominatis. Confirmat hanc interpretationem quod subjicitur in continenti, sacre hunc Epicharmi versum confirmandae sententiae Speusippi, qui scripsit p. 561. sepiam et lollinem esse similes. E contrario si cui placet Epitomae lectio ποταναὶ, interpretari oportebit πρὸς Σπεύσιππον, contra Speusippum. ὑπόσφαγμα δ' εἶναι πρέσσων ὄπτοις ἐκ τοῦ αἷματος, τεταραγμένοις μέλιτι, τυρῷ, ἀλὶ, νυμίρῳ, σιλφίῳ † ἐξ ἐφθοῖς. Lege τεταραγμένου, videlicet τοῦ αἷματος, cum Eustathio: vel τεταραγμένου ut in Excerptis: nempe ὑπόσφαγμα. Male capiunt Erasistrati mentem, qui fieri ajunt hypophagma ex carnibus assis aut elixis. non hoc edita lectio significat. Verte itaque Parator *hypophagma carnibus assis ex sanguine confuso cum melle, caseo, sale, cumino, lasere: paratur et elixis carnibus.* ταράττεσθαι culinae vocabulum, est truare, id est, τῇ τρύνῃ sive trua νινεῖν, non in olla, verum in patina. hypophagma enim condimenti genus est, atque ut ait Eustathius, ὑπότριμμά τι. postrema verba ita corrigimus, εἶναι δὲ ναὶ ἐφθοῖς. jam exposuimus. αἷμα ἐφθὸν ναὶ σιλφίου. Excerpta, ναὶ σιλφίου. ναὶ φύλλα εὐώδη τετμημένα. Eustathius, τετριμμένα. Excerpta, ut est editum. ἀλλ' ἔντραγος τὴν σηπταν τὴν διαλαβοῦσαν, ναὶ τοδὶ τὸ πολυπόδιον. Scribe cum Epitomatore τηνδὶ λαβοῦσα. at interpretis emendatio est absurdia. Καὶ τὰ πτερύγια συντεμῶν ἐφθὰ ποῶ. loquitur coquus, non coqui herus: quod tamen sine caussa interpres sibi persuasit: et ideo totum locum male cepit, male interpolavit. In isto versu τὸ δὲ ἄλλο σῶμα νατατεμῶν πολλοὺς νύβους, notemus elegantiam non vulgarem: cum omittitur praepositio εἰς post verbum τέμνειν, aut aliud cognatae significationis. Aristophan. Equitibus, διαπρησθείην διατμηθείην τε λέπαδνα. id est, dissecer in lora jugalia. Theocritus, τὸν στέφανον τίλαι με ναταυτία λεπτὰ ποιήσαις. id est, εἰς λεπτά. Postremum versiculum scribe ex melioribus libris, Ἐπὶ τὸ τάγην σίζον, ἐπεισιῶν Φέρω. aliter neque stat versus,

neque sententia. **ΤΡΙΓΛΗ.** οἰχλη διὰ τοῦ η. habes eundem canonem supra in οἰχλη. ἐν πέμπτῳ ζώων. Scribe ἐν πέμπτῳ μορίων, ex libris omnibus. Locus est Historiarum lib. 5. cap. nono. Quod ait videri mul- luni τρίγλην dictum Graecis quia ter in anno foetum edat, de eo etymo sic Artemidorus lib. 2. cap. 14. ex Aristotele, et Aristophane grammatico, qui in philosophi libros ejus argumenti commentarios ediderat. τρίγλη γυναιξὶν ἀτέκνοις ἔστιν ἀγαθή. τρεῖς γὰρ οὐει. (malim τρὶς ut in Athenaeo) ὅτεν αὐτῇ οὐαὶ τούνομα εἰκότως Φασὶ οεῖσθαι οὐαὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ ζώων, οὐαὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς εἰς Ἀριστοτέλην υπομνήμασι.

Σκάρος δὲ ἀπὸ τοῦ σκαίρειν οὐαὶ σκαρίς. et si totidem litteris haec etiam apud Eustathium scribuntur: quia tamen scaridis pisces veterum, opinor, nemo meminit, scriberem lubens οὐαὶ οαρίς, οἶον σκαρίς. In Etymologico, ubi multa saepe ex Athenaeo descripta observavimus legas, οαρίς παρὰ τὸ σκαίρω, σκαρίς οὐαὶ οαρίς. alioquin vulgata lectionem interpretabimur de lumbricis quos vocant σκαρίδας. **Ἐστι** δὲ οαρχαρόδους συναγελαστικός. Utrovis modo legas συναγελαστικός, aut συναγελαστικὴ, semper de mullo haec erunt intelligenda: p. 562. quem inter gregales refert Aristoteles nono Historiarum. At dentes ferratos habere nullum, neque Aristoteles scripsit, et falsum esse arguit αὐτοψία. si modo is est veterum mullus quem linguam et dentes habere negant Rondeletius et Belonius, viri de hac parte philosophiae quam optime meriti. **ἐν** δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ παῖδι οάσποι. Φυξὶς Φησὶ τρίγλας μὲν πίονας. τριγόλαν δ' ὄπισθίαν. Corruptissimus locus. a libris subsidium nullum. Lego ex ingenio, **ἐν** δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ Παιδινά. παιδινὰ ποιφύξεις Φησὶ. id est, Sophron in mimo inscripto Deliciae, vel Amasius: amasium terrebis, ait. sequentia deinde verba perfectam sententiam non continent. Fortasse tamen ita scripserat Sophron, Παιδινὰ ποιφύξεις τριγόλα τ' ἐμπροσθίᾳ, τριγόλα τ' ὄπισθίᾳ. Latet sub his verbis aliqua obscenitas, ut in illo apud Plut. in Sympoliacis, ὅτεν Ἀριεστλαος οὐδὲν ἔφη διαφέρειν τοῖς ὄπισθεν εἶγαι οὐγαίδον ἢ τοῖς ἐμπροσθεν. et eo quod de Agathocle Siculo jactatum est olim, πάντων τῶν βουλομένων τοῖς ὄπισθεν οὐαὶ τοῖς ἐμπροσθεν γενόμενος. Recte autem emendari a nobis παιδινὰ ποιφύξεις ex vestigiis corruptae lectionis, en testem locupletem. Scholiaestes Nicandri explicans verba poëtae in Theriacis,

*\*Αιρίτα ποιΦύσσουτος:* scribit, τὸ δὲ ποιΦύσσειν, πολλαχῶς λέγεται· ναὶ ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ ἐκΦοβεῖν, ὡς ΣώΦρων ἐν Μίμοις· παιδικὰ ποιΦύξεις· ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ πτεῖν. ὡς ΕὐΦορίων, ζεΦύρου μέγα ποιΦύξαντος.

*ὅθεν ΤύΦων Φησί.* Scripti libri notae melioris, ΤρύΦων. Mox deest ecloga Sapphus: nam qui versus hexametros subjectos putant illius esse, falluntur: sunt enim Archestrati ut scimus ex libro primo. *τριοδίτης γὰρ ναὶ τρίγληνος.* Scrib. *τριοδίτις.* voce *τρίγληνος* alluditur ad nomen *τρίγλη*. nam ideo Hecatae sacer nullus, id est *τρίγλη*, quia ipsa *τρίγληνος*. in qua voce exponenda frustra sunt interpretes. Proprie *τρίγληνος* dicitur qui tres oculos habet: qualis ille *τριόΦθαλμος ἥγεμων*, cuius mentio in antiquo oraculo apud Pausaniam. γλῆναι sunt oculi. Sed cum *τρίγληνος* Hecate dicitur, γλῆνη est facies, a parte ejus praecipua. *τρίγληνος* igitur, dea triformis: vulgo Graecis, *τριπρόσωπος* et *τρίμορΦος*.

*οἰκειοῦσιν Ἀπόλλωνι μὲν πίθαρον, Ἐρυζὴ δὲ βόσκα, Διονύσῳ δὲ πιττόν.* Longe petitum est, quod substituit Dalecamp. *ἐξώκοιτον* pro *πιττόν*. unde autem didicit exocaetum Arcadum, sive adonidem, dicatum fuisse Baccho? ut maxime ita esset, nihil tamen id nomen ad institutum sermonem: ubi agitur de animalibus, quae occasione nominis alicui deum sacra habita. Non minus aliena conjectura eorum qui scribunt *τὸ σιύμριον*. Noli ambigere scripsisse Athenaeum, *Διονύσῳ δὲ πιτταν*. Cittan aut cissan, pisces novisse veteres, Hesychianae Glossae arguunt. *πίσσα*, inquit, *ἴχθυς ποιός*. Citta ergo Baccho dicata, ob communem appellationem cum hedera, quae Graecis *πιττός*. Veteres grammatici, ἀνάκειται *Διονύσῳ πισσός*. *πισσητός γὰρ ὁ οἶνος, οὐ δοτήρ ὁ Διόνυσος*.

p. 563. Baccho sacra habetur hedera, sive *πισσός*, quia vinum eius ipse largitor, est *πισσητόν*, avideque expetitur. Quin et certa et vera sit nostra de hoc loco sententia, vix puto futurum qui dubitet. vulgi tamen scripturam non solum in antiquis Athenaei codicibus invenias, et in Epit. verum etiam apud Eustathium. neque ego pugnabo: si mihi concedatur, Athenaeo *πιττὸν* dici pisces illum quem ex Hesychio appellavimus *cittam*. *ναὶ τὴν υῆτταν δὲ παλουμένην Ποσειδῶνι τινὲς οἰκειοῦσι.* dicta enim *υῆττα* a verbo *υῶ*, nato. Neptunus autem est aqua, in qua sola potest natari. haec nominis convenientia. Dalecamp. emendat *Ψῆτταν* pro *υῆτταν*. Respondeat si potest Eustathio, qui libris omnibus conspi-

rantibus in unum, falsi actionem adversus ipsum meditatur. Nonnullae avium, inquit Eustathius, diis fuerunt consecratae, διὰ τὴν πρὸς ἐνείνους συγγένειαν, η̄ πατὰ τὸν τῆς κλήσεως τύπον, η̄ πατὰ ἐνεργείας ταυτότητα· οἷον η̄ νῆσσα τῷ Ποσειδῶνι· ὑγρὰ μὲν γὰρ οὐσία ὁ Ποσειδῶν· νῆσσα δὲ παρὰ τὸν νῆστον τὸν πολυμεβῶντα λόγηται· ἐξ οὖν παὶ τὸν νῆστον παῖς η̄ ναῦς, παὶ ὁ Νηρεὺς.

παὶ τρίγλην παὶ μαινίδα ὅτι παὶ θαλάττιος η̄ Ἐκάτη· non haec est proxima causa cur τρίγλη aut μαινίς, Hecatae offerantur: sed de mille quidem ea quam ante exposuimus: de maenide autem ratio est, quia credebant μαινίαν et furem ab ea hominibus immitti. Eustathius. Θύεται μαινίς τῇ Ἐκάτῃ. ταυτὸν δ' εἰπεῖν τῇ σελήνῃ· διὰ τὸ δουεῖν ἔστιν οἵς μαινῶν αἴτια εἰναῖ. Quae autem Τριγλανθίνη mox hic dicitur Hecate, in libris Eustathii est Τριγλαθήνη. Scribe, ἐὰν δ' ἐναποπνιγῇ τρίγλη ζῶσα ἐν οἴνῳ. Quae sequuntur ex Archestrato, melius capias, si integer locus apponatur: quod ex aliis Athenaei locis et membranis faciemus.

Καὶ σπάρον ἐξ Ἐφέσου ζήτει· χειμῶνι δὲ τρίγλαν  
ἔσθι· ἐνὶ Ψαφαρῇ ληφθεῖσαν Τειχιοέσση  
Μιλήτου πάσην, Καρῶν πέλας αγνούσιον.  
πάντα Θάσῳ ὀψώνει τρίγλην. κ' οὐ χείρονα λήψη  
ταύτης . . . . . πεδνὴ δὲ παὶ αὔτη  
εἰν Ἐρυθρᾶς αγαθὴ θηρεύεται αἰγιαλῖτις.

Sensus est: Ephesi scarum capi optimum, nullum Tichiunte, qui fuit vicus Milesii agri: sed et in Thaso insula nullos esse bonos, et Tichiuntiis nihilo deteriores. videtur postea alium quoque locum nominasse ubi pisces ejus generis haut poenitendi invenirentur. Postremo ait, etiam Erythris bonam capi αἰγιαλῖτιν τρίγλην. species ea est nulli plurimum littora frequentantis. Versum penultimum ex MSS. adjecimus. In eo autem spatio quod vacuum reliquimus, scriptum est in membranis, εν δὲ τῷ γείρῳ. quae non potuimus emendare.

Κρατῖνος δ' ἐν Τροφωνίῳ. Pollux libro septimo, ἀργυροπιστῆρας δὲ λόγων ἐν Τροφωνίῳ παίζει Κρατῖνος. meminit et libro decimo, cap. 26. eodem titulo fabulas docuerunt Alexis et Cephisodorus. οὐδ' Αἰξωνίδας ἐρυθρόχρων ἐσθίειν εἴτι τρίγλην. Dele εἴτι: aut muta in ἐθέλει, vel εἴωθε. nam desideratur verbum aliquod. Nulli Aexonici absque dubio ab Aexono Atheniensium pago dicti, non ab Aexonia Magnesiae urbe. parum p. 564. enim probabile est e Magnesia aut Ionica aut Mace-

donica mullos fuisse Athenas importatos. Deinde in Ethnicis Stephani legimus, Αἰξωνίς formari ab Αἴξωνῃ, quod est nomen δῆμου Atticae, ut diximus. οὐδὲ τρυγόνος, οὐ τεινούφην μελανούρου. Scribo, οὐδὲ τρυγόνος, οὐδὲ δεινοῦ Φυὴν μελανούρου. neque pastinacam, neque solertis ingenii melanurum. Cur ita vocet ex Oppiano et Aeliano clarum. ἀς οὐδών Εξωνικός. Scribendum Αἰξωνικός. Scimus tamen etiam in antiquissimis codd. scribi hoc nomen per αι et per ε promiscue: cui similia in Glossis Hesychii et aliorum multa.

Πασῶν ἀρίστας ἐν τόποις παιδεύεται. Non est negligendum quod in Excerptis legimus, ἐντόπους. nam vulgata lectio non placet. Legam potius ἐν τρόποις π. Fluctus, inquit, ΑΞΩΝΙΚΟΣ castigat subinde, (id significat παιδεύειν) mullos, et eos docet sapere. dictum ἀλληγορικῶς et venuste.

## CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

*Eupolidis Προσπάλτιων nomen varie corruptum.*

Taeniae muliebres. Taulopias piscis nomen fictum Athenaeo ex prava lectione. Antiquorum librariorum imperitia et negligentia: Dium Piericum. Baphyras fl. Ταῖνίδες et ψεις. Ψαμμῖτις ὄρυκτη et Ψαμμοδύτης. Ηγγαε ἔγγειοι. Φάγρος dentatus. ἀκάργαξ lupus.

AIT in TAINIAI, ὅταν δ' Εὔπολις ἐν Προσπατείοις λέγη. In Commentariis comicis ad Vespas laudatur Eupolis ἐν Προσπατίνοις: ad Nebulas, ἐν τοῖς Προσπαταλίοις. ad Aves, ἐν Προσπαλτίοις. atque haec sola scriptura placet. neque aliter scriptum in Messaei viri amplissimi libro antiquo. Nam ei fabulae nomen impositum ab uno e populis Atticis, ut Acharnensibus Aristophanis et aliis plurimis fabulis. Prospalta is δῆμος dicebatur: unde Προσπάλτιοι. quare ita rescribe superiores locos: et ubique laudatam hanc fabulam reperies. Nam fere corrupte semper hoc nomen scribitur. Exempli gratia: Priscianus libr. 18. *Impetro illam rem dicimus. sicut et Attici. Eupólio.* Προσπάττοις, πάντα γὰρ τυχῶν αἰτή. Lego indubitanter, Προσπαλτίοις. Eupolidis autem

verba quae profert Athenaeus sunt haec, *μήτηρ τις αὐτῷ Θρᾷττα ταινιόπωλις*. addit interpretamentum, *τὴν ἐπὶ τῶν οὐφασμάτων λέγει καὶ τῶν ζωνῶν, αἷς αἱ γυναῖκες περιδέουνται*. istae *ταινίαι* sunt fasciae, quarum multiplex usus olim in cultu praesertim muliebri. Erant enim aliae pectorales, aliae tibiales, aliae peduale, aliae aliarum partium. Has conficiebant Athenis pauperes mulieres, ut plurimum peregrinae, qualis ista quam Eubulus Thressam vocat. qualis item illa Euxii mater, quam ut conditionis servilis suisse probaret Eubulides qui filium ejus numero civium exemptum cupiebat, ajebat sedisse in foro vendentem fascias. Lege Demosthenem in *ἐΦστει* contra Eubulidem. In ea oratione vox *ταινιόπωλις* p. 565. ita exponitur, ut hic ab Athenaeo. Corruptissimus est Numenii versus in *ΤΡΑΧΟΤΡΟΙ*, hic, *'Ανοιλας πιγνάλους τε καὶ ἄλλοπίην τράχουρον*. nihil succurrit probabilius, quam quod Gesnero videbatur, *Αἰολας πίχλας τε, καὶ ἔλλοπας, ηδὲ τραχούρους*. Aut vera aut certe simillima veri haec conjectura, sicut etiam quod sequitur acute, et docte, vidit Gesnerus idem, vir immortali laude dignissimus. Nam quod genus pisces sit *ΤΑΤΛΩΠΙΑΣ*, neque Athenaeus explicat, neque Aristoteles, aut Aelianus, aut Oppianus, vel omnino quisquam veterum qui adhuc supersunt. Sed nec eorum qui fuerunt, opinor, quisquam taulopiae meminerat: non Epicharmus, non Numenius, non Dorion. Non enim arbitremur Athenaeum in illorum libris versatissimum eorum testimonia in hoc pisce praetermissurum suisse, contra quam in caeteris fecisset omnibus. Enimvero nimis jam certum est, Archestratum in prolatis ab Athenaeo versibus, non de tolopia sibi uni noto pisce locutum esse: verum de eo qui Aristoteli aliisque *αὐλωπίας* et *αὐλωπος* dicitur. En quid sit et quantum incidere in libros parum emendate scriptos: a quo fonte multos veterum eruditorum manasse errores, docemus multis exemplis alibi. Inter illa est hoc quoque: nam taulopiam pisces primus in mundo finxit Athenaeus: cum in Archestrati versu *νεαροῦ μεγάλου ταυλωπία* culpa librarii scriptum invenisset, pro *νεαροῦ μεγάλου τ' αὐλωπία*. Veteres parum distincte scripsisse, et omnino parum diligenter, nemo potest ignorare qui Ciceronis, Strabonis, Galeni, et Hieronymi querelas de eo genere hominum recordabitur. In Archestrati versu altero scribe *Κρανὸν, ὅταν Φ. non πραγίον*. Ait in *ΤΕΤΘΟΣ*, *ἐν δὲ πέμπτῳ*

ζώων, βραχύβια φησίν εἶναι τὸν τευθὸν καὶ τὴν σηπλαν. Membranae antiquum obtinent, ἐν πέμπτῳ μορίων. Locus extat in quinto Historiarum capite 18. Videamus quam recte interpretes accipient versiculos Archestrati de tenthidibus.

Τευθίδας ἐν Διῷ τῷ Πιερικῷ πάρα χεῦμα  
Βαφύρα, καὶ ἐν Ἀμβρακίᾳ παυπληθέας ὄψει.

*Dium*, olim plurim oppidorum fuit nomen. Ideo poeta distinctione cavit ne falleremur, cum addit τῷ Πιερικῷ. Pieriam Macedoniae regionem ex geographorum scriptis norunt omnes. igitur de Dio Macedonica sentit Archestratus. quod etiam confirmant sequentia πάρα χεῦμα Βαφύρα. *ad fluenta Baphyrae*. Is fluvius Dium Macedoniae praeterlabitur. et Dii hujus et Baphyrae meminit Pausanias in Boeoticis. Ex his vides quo judicio viri eruditi χεῦμα interpretati sint euripum, ut in sequente versu pro Βαφύρᾳ, suam nobis obtruderent emendationem, καὶ Πύρρᾳ. Versus primus ex Eretrico Alexidis, Τευθίδες, πίνναι, βατίς, δῆμος, ἀφύαις, mendam continet in voce δῆμος. non displicet Dalecamp. conjectura, δῆμος ἀφυῶν. et si aliter poetam scripsisse arbitror. piscis enim nomen hic videtur fuisse, vel ostrei. Forte, βατίς, χῆμαι, ἀφύαι, aut πορδύλος.

p.566. Postea scribit Epitome στεατίου μικρὸν πάραμίξας, περιπάσας ἥδύσματα, λεπτοῖς χλωροῖς ὡνθύλευσα. Non video causam, imo nulla causa est, cur proxima verba pro adulterinis docti habenda censuerint, Καὶ πέμπα δέ τι τευθίδα ὄνομάζειν Ἰατροκλέα ἐν Ἀρτοποιητῷ (vel ut in antiquis, Ἀρτοποιητικῷ) φησὶ Πάμφιλος. Pamphilus auctor est, (in Glossis nempe) *Iatroclem in libro De confectione panis*, genus quoddam alibi appellasse τευθίδα. Confirmat Hesych. τευθίς, πέμπα πλανούτῳδες. Paulo post de hyaenidibus et suis simul tractat auctor. Itaque ei parti duplex praefigi lemma debuit. ΤΑΙΝΙΔΕΣ ἢ ΤΕΣ sint ne iidem pisces an diversi parum liquet vel Athenaeo. qui etiam dubitat an ψαμμῖτις ὄρυκτὴ Archestrati, et psamatis Numenii diversorum piscium nomina sint an ejusdem. Illius verba sunt, τὴν ἐν ἀγόραζε, Ἡν παλέσουσ: τινὲς θυητῶν ψαμμῖτιν ὄρυκτήν: hujus vero, Ἄλλοτε παρχαρίην, ὅτε δὲ γόθιον ψαμαθίδα. Invenio in Glossis Hesychii nomen esse cuiusdam piscis ψαμμοδύτης. quod verbum alline est tam Numenii psamathitidi quam Archestrati ψαμμῖτιδι ὄρυκτῇ. sed psammodyten ait Hesychius etiam

callionymum vocari: quare alius videtur esse. Numenii versum de HYCCIS, exposuimus capite 20. Lego deinde in historiola quae recitatnr ex Timaeo, super appellatione oppidi Sienli Hyccari, *Ιχθύς εύρεν τοὺς οὐλούμέρους ὕπηρας, παὶ τούτους ἔγγειον. pisces invenisse quos vocant Hyccas, et eos quidem in terra.* Ita auctor Excerptorum, non σύγκρισι. quomodo enim *praegnantes Hyccae?* ΦΑΓΡΟΤΣ auctor Glossarii Latine indiget *dentatos.* Ovidius et Plinius *pagros,* aut *phagros.* scribe αόνες non λόνες. sicut diximus capite vicesimo. Ibidem nominantur pisces αναρυάντες ex Hicesio: quorum et libr. 8. mentio fit. fortasse idem cum eo qui supra dicebatur ἄχαρνος, aliis ἄχαρνα. Glossographo ανάρυαξ est λάβραξ, *lupus.* Cotem dictam esse Cretensibus, Φάγρον, non mirum: exedit enim et alterit ferrum licet secandi exors. Φάγρος autem a Φάγῳ.

### CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

*Recensentur Strattidis comici fabulae, et loci aliquot in earum mentione corrupti emendantur.*

DE pagris agens dipnosophista, geminum e Strattide testimonium profert: alterum e *Lynnameda:* alterum e *Philocteta.* Observavimus inter legendum veteres saepe factum ut in nomine hujus poetae vel fabularum ab eo editarum, librarii aliud scriberent, quam quod rectum et verum erat. Ut igitur male conciliati homines studiosis ne imponant, de Strattide et illius dramatis, quae nobis sunt comperta paucis hoc loco exponemus. Scribit Suidas, Strattim (sive Stratim: nam ultrumque invenio) Athenensem tragicum fuisse qui plures fabulas docuerit, quarum titulos commemorat: postea addit ὡς Φῆσιν Ἀθήναῖος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Δειπνοσοφιστῶν. quasi omnium poetae istius fabularum indices, hausisset ex unico Athenaei libro secundo. quod non p. 567. ita est. Nam ex universo Dipnosophistarum opere is catalogus est collectus. Iiud gravius, quod Strattidem Suidas facit tragicum: qui fuit comoediarius poeta, non tragoediarius. Harpocration, Λαγίσης τῆς ἑταίρχης μημονεύει παὶ Στράττης ὁ ιωμιός. Plutarchus in Isocrate, οὗτος εἰς τοὺς αὐλοὺς πεινωμένηται ὑπὸ Ἀριστοφάνους

*καὶ Στράτιδος.* Neque probo quod placuit viro exactissimae diligentiae, et judicii non vulgaris Lilio Gyraldo, duos extitisse cognomines poetas, alterum comicum, alterum tragicum. nam ut verum id esset, nihilo tamen excusatior abierit Suidas: cum ex iis quae dicemus liquido constitutum sit, comoedias suisse quas ille habuit pro tragoediis. Fuit alius comicus, cui nomen Stratoni: quem cum Stratide non uno loco scribarum imperitia confudit. De hoc Suidas, *Στράτων, κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἦν Φοῖνιξ.* Omnino pauca scripsisse Strato hic videtur: neque apud veteres ejus nomen temere invenias, nisi cum Stratidis locum occupavit. Inter novae comoediae comicos hunc ponit Suidas: at Stratis in albo poetarum veteris comoediae recensetur ab antiquis criticis, quorum extant in Aristophanem lucubrationes. Ibi etiam legimus dramata Stratidis suisse sedecim. Nos quoque totidem invenimus. Sunt autem haec.

*ΑΓΑΘΟΙ ἢ ΑΡΓΥΡΙΟΤ ΑΦΑΝΙΣΜΟΣ.* hujus fabulae Suidas meminit. Fuere qui Pherecrati ascriberent auctore Athenaeo, lib. 10. *ΑΝΘΡΩΠΟΡΕΣΤΗΣ.* Athenaeus lib. 3. extremo σεμιδάλεως μέμνηται *Στράττις ἐν Ἀνθρωπορέστῃ.* Suidas nominat. In hac fabula comicus Euripideam Orestem riserat. Apparet ex illius versibus, quos proferunt comici interpretes ad ista e Ranis. "Εξεστι δ' ὁσπερ Ἡγέλοχος ἡμῖν λέγειν. Ἐν πυμάτων γὰρ αὐθίς αὖ γαλήν' ὄρῳ. non nominant illi quidem hanc fabulam: sed inde esse quos afferunt versus testis scholiares Euripidis ad Orestem: ubi leges eadem. atque ibi non *Ἀνθρωπορέστης* scribitur hoc nomen, sed *ΑΝΘΡΩΠΑΙΣΤΗΣ.* videtur poeta ficto nomine allusisse ad *κυνοράιστας* de quibus philosophus in Historiis animalium. Sed alteram lectionem librorum nostrorum et Suidae rejicere facile non debemus. Similis compositio nominis *Δουλορέστης:* quo titulo fabulas ediderunt Latini poetae Ennius, Pacuvius, Naevius.

*ΑΤΑΛΑΝΤΗ.* Athenaeus libro septimo, et libro nono: item Suidas. sed alibi apud hunc *ΑΤΑΛΑΝΤΑΙ* fabula inscribitur, ut in voce διφρόφόροι. Hesychius in *Διονυσονουροπυρώνην.* τὸν γὰρ Διόνυσον πουρέα ὄντα κωμῳδεῖ. πουρεὺς δὲ ἦν πρὸς πάππου, ὃς δηλοῖ ὁ τὰς *Αταλάντας* συνθείς. Comici interpres ad Aves, μνημονεύει αὐτοῦ ὃς μέγα ρύγχος ἔχοντος ὁ τὰς *Αταλάντας* ποιήσας. At comici vetus interpres non numerum, sed genus mutat, scribens ad Ranas,

τινές Φασι τῷ σκώρῳ πρῶτον κεχρῆσθαι Στράτιν ἐν Ἀταλάντῳ δράματι. ψεῦδος δέ πολλῷ γάρ ὑστερού τῶν Βατράχων ὁ ΑΤΑΛΑΝΤΟΣ Στράτιδος ἐδιδάχθη. ΖΩΠΥΡΟΣ ΠΕΡΙΚΑΙΟΜΕΝΟΣ.

Hesychius laudat hanc fabulam, p. 568. explicans Graecorum proverbium, οὐ μάλα κυκᾶς, illi Plautino par et geminum, cicum non interduim, [magnus Erasmus proverbium assert, nescio unde, οὐ μάλα κυκᾶς. unde aliquis putet sic legisse ipsum apud Hesychium. quod mihi non probatur.]

ΙΦΙΓΕΡΩΝ.

Hujus quod sciam, solum superest nomen apud solum Suidam. qui cum videatur non aliunde quam ex unius Athenaei libris titulos quos commemorat sumpsiſſe, admonet nos quanto uberior rerum copia in libris integris Athenaei fuerit, quam nunc sit in mutilatis et imperfectis.

ΚΑΛΛΙΠΠΙΔΗΣ. Athenaeus memorat libro 14. et ex Athenaeo Suidas.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

Athenaeus lib. 12. ἦν δ' ὄντως μακρότατος καὶ λεπτότατος ὁ Κινησίας, εἰς ὃν καὶ ὅλον δρᾶμα γέγραφε Στράτις.

De hoc Cinesia et hac fabula Stratidis plura Harpocrat. Meminit et scholiaſtes Aristoph. ad Plutum. item Pollux lib. 10. cap. 52. et lib. quarto, cap. 23. ubi minus recte ἐν τῷ Κυνησίᾳ. pessime vero qui apud Athenaeum emendant ἐν Κυνηγεσίᾳ, et vertunt in venatione, vide in Μακεδόνες. Aristophanis vetus interpres ad Aves, Μεμνηται αὐτοῦ, Laspodiae, Φιλύλλιος (ita scribendum) ἐν ταῖς Πλυντηρίαις (melius Πλυντρίαις) ὡς Φιλοδίκου. Χει δὲ καὶ περὶ τὰς κυήμας τινὰς αἴτιας vel αἰνίας) ὃς Φησι Στράτων ἐν Κινησίᾳ. legendum Στράττις.

ΛΙΜΝΟΜΕΔΑ. Athenaeus hoc loco. Suidas tamen

ΛΙΜΝΟΜΕΔΩΝ. quasi princeps lacus. apud alios per in prima, ΛΗΜΝΟΜΕΔΑ. ut apud Harpocrationem αἱπλᾶς. In undecimo Athenaei etiam vetustissimi odices, Στράτων ὁ κωμικὸς ἐν Ληπνομέδᾳ. dupli erore.

ΜΑΚΕΔΟΝΕΣ.. Athenaeus libro septimo, uobus locis. et ex Athenaeo Suidas. iterum Harpocration in τοπεῖᾳ. et Etymologus in eadem voce. At nono Athenaei scriptum est, ὁ Στράττις εἶπεν ἐν ιακεδόσιν ἡ Κινησία. quod si mendum non continet, e diversis titulis duarum comoediarum accipi debet, on de una binomine. sed fortasse locus est corruptus: in libro 13. ita legitur, Στράττις ἐν Μακεδόσιν ἐν αυταντᾷ Κορινθίᾳν αὐτὴν Φησί. Cinesias, Macedones, Pausanias, trium diversarum comoediarum nomina nt, auctore Suida, atque ipso Athenaeo.

ΜΗΔΕΙΑ.

Casanb. Anim. in Athen. T. II.

P

Athenaeus lib. 11. et 15. item Suidas. Meminere grammatici in explicatione proverbii Μυσῶν λείαν. Nemo autem existimet, quia Medeam scripsierunt plures tragicis, et quia tragoeiae convenienter quae de illa narrantur, alienum: penitus a comoedia id argumentum esse: ac propterea fabulam hanc Strattidis non comediam, sed tragoeidam fuisse. Sane videtur Suidas non alia ratione ductus, ut Strattidem ficeret de comico tragicum, quam consideratione hujus in speciem tragicis lemmatis, et aliquot aliorum: sed nihili hoc argumentum est, atque omnino fallax: cum certum sit plurimos antiquorum comicorum tragicis argumentis comedios soccos

p. 569. aptasse. Quid τραγικώτερον Oreste? hoc tamen titulo fabulam docuerat Alexis comicus, non minus quam Euripides tragicus. Cyclopem scripsit Epicharmus. Athamanter Sophocles tragicarum poeta, sed et Amphis comoediarum Septem ἔπι Θήβας, Aeschyleam legimus etiam hodie. Amphidis Septemthebanam laudent veteres. Persas Aeschylus docuit: Persas, item Pherecrates. Nioben Sophocles et Aristophanes. Lemnias incertum est plures tragicis docuerint an comici. Medean quoque tragicis diversi: et comici pariter diversi: in his Strattis, et Eubulus. possem si operae esset, alia hoc genus innumera exempla in medium afferre. ΠΑΤΣΑΝΙΑΣ.

Athenaeus lib. 14. et inde Suidas, vide etiam in Μακεδόνες. ΜΥΡΜΙΔΟΝΕΣ. Pollux libro nono. ὄθεν καὶ ἐν τοῖς Στράτιδος Μυρμιδόσιν εἴρηται. ΠΙΤΤΣΟΣ.

Aristophanis interpres Vesparum commentario, postquam recitasset quosdam versus e Troilo Strattidis, subjicit, αλλὰ καὶ ἐν Πυτίσω. ἐγὼ δ' ἀτε Επὶ νεῖνος ὄργισθεις ἔφη τῷ στόματί μου Δράσω τοιαῦθ' ἀπερ τοῦ αἰσχροῦ τάττεται. Forte ἐν Πιτύλῳ. Saltem Graeca vox ea fuerit. Nauticae turbae ἀταξίαν videtur exagitasse, vel fuit similis argumenti, Monotropo Anaxilae. nam πίτυλον interpretantur veteres etiam Φαντασιονόπον.

ΤΡΩΙΛΟΣ. Athenaeus libro tertio. Suidas et comici interpres ad Vespes. ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ. Athenaeus hoc loco, et Suidas. ΦΟΙΝΙΣΣΑΙ. Athenaeus

libro quarto, κατὰ τὴν Στράτιδος τοῦ ηωμαδοποιοῦ Ἰονάστην, ἥτις ἐν ταῖς ἐπιγραΦομέναις Φοινίσσαις Φησί, Παραινέσαι σφῶν τι βούλομαι σοφὸν "Οτ' ἀν Φανῆς ἔψητε μὴ ἐπιχεῖν μύρον. Etiam in hac fabula Euripidem ridendum propinaverat. Aristoteles De sensu et sensili, αληθὲς γὰρ ὅπερ Εὐριπίδην εἶπε σκάπτων Στρά-

τις, "Οταν Φαιην ἔψητε μὴ ἐπιχεῖν μύρον. Iterum meminit Athenaeus lib. 14. et post illum Suidas. Pollux lib. nono, ὅτσν ναὶ Στράττις ἐν Φοινίσσαις, Εἴθ' ἥλιος μὲν πειθεται τοῖς παιδίοις, "Οταν λέγωσιν ἔξεχ' ὁ Φίλ' ἥλιε. meminit et lib. 10. cap. 47. et Erotianus explicans dictionem λεβηρίς apud Hippocratem. Nec praeteriit Suidas, qui auctor est, Stratōnem comicum de quo ante diximus scripsisse fabulam, cui esset nomen Φοῖνιξ. Ejus facit mentionem Athenaeus libro octavo: sed Φοινικίδην nominans. **ΦΟΡΤΙΚΟΣ.** Invenio in Glossis Hesychii citatum Strattidem ἐν Φορτικῷ δραματίῳ. Locus est in πολευάροι. **ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ.** Athenaeus lib. 4. necnon Suidas. Julius Pollux lib. 10. cap. 13. ὁ γοῦν Στράττις ἐν Χρυσίππῳ λέγει, Πρόσαγε τὸν πῶλον ἀτρέμα προσλαβὼν τὸν ἄγωγέα βραχύτερον. οὐχ ὄρᾶς ὅτι ἀβολός ἐστι. **ΨΥΧΑΣΤΑΙ.** Athenaeus lib. tertio, nono et undecimo. quo ex loco de ratione nominis licet facere conjecturam. Ibi namque agitur de vocabulo Ψυκήρ. quod ex affine verbo Ψυχάζειν frigus captare: unde Ψυχασται. Meminere Suidas et Pollux lib. decimo capite 24. cap. autem 28. scribit idem, Στράττις ἐν Ψυχασταις προειπὼν διπλα, ἐπήγαγε σπιάδιον. quae etiam verba titulum nobis aperiunt.

## CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

p. 570.

*Xāνναι et χαῦναι chysophrys et ioniscus, trichides et thrissae. thunnides et trichiades πρημάδες. Nicocharis Lemniae. αὐνδραχθῆς. apanthracides. Archippi locus obscurus. Θρᾶτται. Aristotelis super chalcide pisce inconstantia. alia item multa.*

**XANNAI.** In libris antiquis constantissima inconstantia modo *χάνναι*, modo *χαῦναι*. De Numenii versu ante diximus. Epicharmi etiam proxime sequentem locum in ΧΡΟΜΙΣ emendavimus capite sexto. Distinguere verba Archestrati, et scribe, Τὸν χρόμιν ἐν Πέλλῃ λήψῃ μέγαν (ἔστι δὲ πίων Ἀνθέρος ἥ) ναὶ ἐν Ἀμβρακίᾳ. **ΧΡΥΣΟΦΡΥΣ.** Ἀρχιππος ἐν Ἰχθύσιν. ιερὸς Ἀφροδίτης χρύσοφρυς Κυθηρίας sine causa docti corrigunt Κυθηρίας. et Veneris cognomen omnibus notissimum mutant in

piscis appellationem ineptam et parum analogam. *Chrysophryne* Ephesi esse appellatum *Ionicum*, clare testatur Archest. χρύσοφρυν ἐξ Ἐφέσου τὸν πίονα μὴ παράλειπε, "Οὐ κεῖνοι καλέουσιν ιωνίσκον. sed poeta ut metro consuleret diminutiva forma usus, cum vulgo ιώνος ille piscis diceretur auctore Hesychio. In Excerptis οἰωνισκον, non recte. In ΧΑΛΚΙΔΕΣ. verba sunt Numenii qui *Haliuticon* scripsérat, — σὺ δ' ἀν ναι χαλκίδ' εἰνεινην Αὔτως ἀν πειραιο καὶ ὄλγην μαινόδα scribendum, Αὔτως ἀμπειραις ναι ὅλ. μ. pro ἀναπειραις. chalcidem, inquit, tam facile transfixeris atque maenidem parvam. Ex ipso libri titulo divinare licet, locutum Numenium de variis piscandi generibus. Cum igitur alii pisces aliter capiantur, negat fuscina posse capi parvos pisciculos, ut sunt maenis et chalcis. Sic apud Strabonem κεστρεῖς τριόδοντι περιπτείραιν lib. quarto. ΤΡΙΧΙΔΑΣ et ΘΡΙΣΣΑΣ diversi generis pisces quidam faciunt, quidam eosdem. Aristophanes auctor est trichidas si majore copia edantur tuſſim ciere. in Concionantibus, — ο γὰρ ἀνήρ τὴν ρύχῳ ὄλην Ἐβῆττε, τριχίδων ἐσπέρας ἐμπεπλησμένος. Enarrator: τριχίδων: λέγει νῦν τῶν καλουμένων θρισσῶν. αὗται ἐσθιόμεναι βῆχα ἀνεγείρουσι. At auctor idem commentario in Acharnenses, de eodem solum dubitat, nec quidam statuit. Aristoteles, Athenaeus, Eustathius aliquique diversos pisces pronuntiant. uterque piscis a tenuitate aristarum nomen invenit. In tertio versu Eupolidis. "Οτε τ' ἀν Φάμῳ δ' ἦν ἡμιωβολίου κρέα, omnes codices distinguunt post ἥν, posita ὑποστιγμῇ. quare ita possumus interpretari, semel in vita ante bellum contra Samios pisces emit: et quidem trichidas, non magni pretii. at quandiu res Samiorum steterunt, qui rebellione sua, ut esset Athenis annona arctior fecerunt, iste solitus in opsonium carnes emere semiobolo. Samiorum ἀπόστασιν ab imperio Atheniensium narrant Thucydides et alii historici. Sequuntur haec, Νικοχάρης Δημνίαῖς, τριχιάδας δὲ καὶ τὰς πρημάδας τὰς θυννίδας ἔλεγον: quae verba si recte capiunt qui hinc colligunt et θυννίδας et τριχιάδας appellatas suisse πρημάδας, ponenda est p. 571. τελεία στιγμῇ post vocem Δημνίαῖς: et vacuum spatiū relinquendum, ut deesse appareat Nicocharis locum integrum. Sed nos *thunnidas* vocatas suisse *trichiadas*, non assentimur doctissimis viris. Quare totum locum ita concipiendum censemus. Νικοχάρης Δημνίαῖς. τρι-

χιάδας δὲ καὶ πρημάδας. πρημάδας δὲ τὰς θυννίδας ἔλεγον.  
 Nicocharem laudat auctor προηγουμένως, quia τριχιάδας  
 nominaverat, de quibus sermo erat institutus: sed cum  
 fecisset Nicochares πρημάδων simul mentionem, inde  
 occasione sumpta, eam vocem exponit hic Athenaeus.  
 Quare ita legendum ut scripsimus: repetita dictione  
 πρημάδας, quae incuria librariorum semel tantum posita  
 est. Favet huic emendationi auctor Excerptorum, qui  
 ex hoc loco retulit in σημειώσεις suas, "Οτι πρημάδας  
 τὰς θυννίδας ἔλεγόν. quod si aliorum vera esset senten-  
 tia, scribendum ei fuit, ὅτι τριχιάδας καὶ πρημάδας τὰς  
 θυννίδας ἔλεγον. Sunt qui trichiadas aliud interpreten-  
 tur, quam trichidas: quod ex Athenaei verbis non potest  
 colligi: et promiscue usurpari eas formationes ex aliis  
 multis nominibus constat. aliter tamen nonnullis vixit,  
 ut Heracleoni, qui τριχιάδας putavit esse membradas.  
 nam quod in Hesychio scribitur: τριχθάδες, mendosum  
 puto ac lego. τριχιάδες, αἱ χαλιδες. Ἡρακλέων δὲ,  
 μεμβράδες. Vocem πρημάδες alii scripserunt cum litera  
 una amplius, πρημνάδες. neque aliter Vindeliciana Ex-  
 cerpta. Hesychius, Πρημάδες καὶ πρῆματι, εἶδος θυ-  
 νώδους ιχθύος. Porro Lemnias Nicocharis et nos  
 laudat alibi, et Pollax libr. 10. capit. 24. minus recte  
 apud Etymologum in κάδιον, Νικόχαρις Λημνία. In  
 testimonio ex Europa comici Platonis, ἀλιευόμενος ποτ'  
 αὐτὸν εἶδον Ἀρδράχην μετὰ πρημάδων, οὐπειτ' ἀφῆνε  
 ὅτι ἦν βόαξ: laudo quod in Excerptis offendit, αὐτὸν  
 εἶδεν Ἀνδράχθη. Quantum divinare possum, loquitur  
 de praecone aut alio qui Mercurium impensis colebat.  
 Hunc ait pescantem aliquando vidisse, et captum intra  
 retia boacem pescem Mercurio sacrum: (ut dictum est  
 paulo ante) quem statim supersticiosus ille dimiserit.  
 ἀνδράχθης magnus, et qui hominis justum sit onus.  
 De trichide narratur ex Aristotele, ὅτι ἥδεται ὄρχηστι  
 καὶ ωδῆ: quod Eustathius confirmat: addens solitos suae  
 aetatis pescatores modulatis saltationibus (κρότους ipse  
 vocat) hunc pescem capere. Mox de ERITIMIS scribe,  
 ἡδεῖς δὲ εἶναι καὶ ἐν ὑποτρίμματι. et statim corripe lo-  
 cum Epaenetī γαλῆν, σμαρίδα, ἦν ἐνιοις καλοῦσι κυνὸς  
 εὐνάν. quanquam vide capite 18. Addit, Ἀριστοτέλης  
 δὲ ἐν πέμπτῳ ζώων ιστορίᾳ. Scribendum, ἐν πέμπτῳ  
 μορίων, fide membranarum. quod tamen meminerim,  
 philosophus neque in illo libro, neque in ullo alio far-  
 dini fecit mentionem. Quod ait, τοὺς γὰρ εἰς τὸ ἀπαν-

Θρακίζειν ἐπιτηδείους ιχθῦς εἰς ἄλμην ἀπέβαπτον, de ea re lege quae scribit eruditissimus interpres Aristophanis ad hos versus Acharnensibus.

ἡνίκ' ἐπανθρακίδες ὥσι παρακείμεναι,  
οἱ δὲ Θασῖαι ἀνακυκλῶσι λιπαράμπυνα.

Quaestio deinde tractatur ab Athenaeo haec, quinam p. 572. pisces illi sunt qui in Archippi dramate *Pisces* inscripto, nominantur *thrattae*. Varie agitata hanc quaestionem fuisse ab antiquis criticis et philologis, ex iis quae Athenaeus narrat, satis liquet. maxime cum scribit librum integrum a se editum hoc argumento. Hic vero ejus commentarii solum τὰ παιριώτατα recitantur. In quo sermone, ait, πατὰ τὰς συγγραφὰς γὰρ τῶν ιχθύων παὶ τῶν Ἀθηναίων. hoc est, in ea fabulae parte qua continentur foedera inter pisces et Athenienses, vel, inter pisces et homines: nam pro Ἀθηναίων suadent scribi ἀνθρώπων sequentia ista, ἀποδοῦνται τοῖς ἀνθρώποις συντίθενται. nisi ibi legendum τοῖς Ἀθηναίοις. Vocem autem συγγραφὰς ita accipiendam esse ut exposuimus, manifesto arguit proximum συντίθενται. De eo foedere recitantur verba Archippi, ἀποδοῦνται δ' ὅσα ἔχομεν ἀλλήλων. ημᾶς μὲν τὰς θράττας παὶ ἀθερίνην τὴν αὐλητρίδα, παὶ σηπίαν τὴν θύρσου, παὶ τοὺς τριγλίας, παὶ Εὐκλείδην τὸν ἀρξαντα, παὶ Ἀναγυρουντόθεν τοὺς πορακιῶνας. παὶ πωβίου τοῦ Σαλαμινίου τόκου. Comici poetae figmentum ex tam paucis verbis superstibus augurari velle nimia fuerit temeritas. Apparet attendenti ludere poetam in appellationibus quarundam Athenis notarum personarum, quae communia cum piscibus nonnullis nomina habebant. Lex initi foederis proponitur haec: ut redderent piscibus homines quicquid ab iis accepissent. et similiter piscibus homines. Deinde quaedam nominantur quae restituturi erant pisces mortalibus. θράτται in his primo loco recensentur. pisces nimirum eo nomine quosdam Archippus noverat: sed viles et parum in vulgus notos. hinc illae antiquissimorum criticorum variae de loco Archippi sententiae: aliis corruptos ejus codices affirmantibus: aliis aliud pronuntiantibus. Mirum est fuisse qui aliud hic legi vellent, quam τὰς θράττας. Thrattis autem piscibus commune nomen inter homines habebant mulieres Thressae, vel oriundae e Thracia, quales multas semper fuisse Athenis scimus ex veterum scriptis. Ἀθερίνη notum est piscis nomen: sed fuit Athenis cum doceretur

ea fabula *Atherina* quaedam tibicen. *Sepia* item aliqua  
tum vixit, cujus patri nomen fuit Thyrso. Erant et  
*Trigliae* quidam, ἀπὸ τῆς τρίγλης ita dicti. In *Euclide*  
haeremus: nam praetorem quidem Euclidem satis notum  
habemus, ut libro primo dicebamus capite secundo: sed  
inter piscium nomina, nullum novimus huic ad fine:  
nisi fortasse allusum est ad illas quas vocabant οἰλεῖδας  
inter saltamenta. Frigidiusculum hoc, fateor, et longius  
arcessitum. sed meminerimus hunc esse Archippum quem  
veteres critici pronuntiant omnium comicorum Φορτικώ-  
τατον, et cujus facetias laepe inficetas suisse testantur  
Aristophanes et ejus antiqui interpretes. *Coraciones*  
fratres videntur suisse aut sodales ex Anagyrunte pago,  
quibus nomen a piscatione aut venditione κορακίνων.  
Lego enim cum Excerptis, οὐαὶ τοὺς Ἀναγυρουντόθεν  
Κορακιῶνας: non κορακιῶντας. Κωβίου τόκον interpreter  
filium cuiusdam vel piscarii vel saltamentarii qui vulgo  
dicebatur *Gobio*, et filii ejus *Gobionis filii*, aut fortasse p. 573.  
Κωβίωνες. usitata in nonnullis patronymica forma. Βά-  
τραχος, et ranam significat, et nomen est alicujus, qui  
cum odio multorum Athenis tum paredri vices fungie-  
batur: vel eo minus vulgo gratus, quod non Athenis  
natus erat: sed in Histiaeae sive Oreo Euboeae. ideo ait  
poeta τὸν ἐξ Ὄρεοῦ. Scribe paulo post Anaxandridae  
verba, οὐαὶ συμπαίζειν κορακινιδοῖς μετὰ περιδιῶν οὐαὶ  
ὢραττιδιῶν. sic enim alibi in his libris: melius quam  
ut hic συμπληγούσειν. Quis autem ille δῆμου ἀλιεὺς,  
populi pescator, in primo Antiphanis versuum e Tyr-  
rhenico? Ego vero suspicor istud δῆμου aliter exponen-  
dum esse. sic nempe ut cum ait Diogenes Socratem suisse  
τῶν δῆμων Ἀλωπεκῆθεν. Xenophontem τῶν δῆμων  
Archiensem. Quare scribo e libro praestantissimi Mes-  
saei, Δῆμου δ' Ἀλαιεὺς ἔστιν. est e pago qui dicitur  
*Halae*. Duo fuerunt in Attica δῆμοι nominati *Halae*:  
sed cognominibus distincti et tribubus: Halae Araphe-  
nides tribus erant Aegeidis: Halae Aexonides, tribus  
Cecropiae. Utriusque gentile nomen erat Ἀλαιεὺς, ut  
legitur hic in illo MSS. vel Ἀλαιεὺς absque i, ut diserte  
docemur a Stephano. In ΨΗΤΤΑΙ melius scribas,  
παραπλήσια Φησὶν εἴραι Ψῆτταν, βούγλωσσον, ταινίαν.  
Locum philosophi qui dicitur esse ἐν πέμπτῳ ζώων μο-  
ρίων, lege quinto Histor. cap. nono. ibi rectius scriptum  
τῶν ιχθύων, quam ιχθυδίων ut hic. nam thunnus certe  
et mugil pisciculis anuumerari non debent. Porro de

chytis piscibus Aristotelis verba sunt, καλοῦνται δὲ χυτοὶ οἱ τῷ διπτύῳ περιεχόμενοι, θύνος, πηλαμὺς, κεστρεὺς, χαλκίδες, ποχλαῖ, χρομὶς, ψῆτται, καὶ τὰ τοιαῦτα. Non multum differunt apud philosophum pisces χυτοὶ, ῥυάδες et ἀγελαῖοι. In superioribus verbis Aristotelis, quidam nomen χαλκίδες censuerunt inducendum: quos

p. 574. refellit Athenaeus hoc loco. et si miramur nos quoque summi viri inconstantiam: qui in sexto Historiarum scribat, χαλκὶς δὲ τίττει τρίς. quod ex ipso refert et Plinius. adeo nemo homo est cui non aliquando somnus obrepitat. Ait, ἔσχαρον δύ καλοῦσι καὶ κόριν. Hesychius, ἔσχαρος, λχθύς. Libro tertio in Archippi versu ἔσχαροι recensentur inter conchylia. An autem sint idem escharus et eschara, non facile dictu est. Alterius appellationis κόρις, alibi fieri mentionem non memini. Eruditissimus Gesnerus horum trahebat verba Hesychii κοριδεστράες, γῶν θαλάσσιον. emendabatque κόρις, ἔσχαρος. probabili nimis conjectura: nisi literarum series repugnaret. Non video quid hic faciant illa verba, βουγλώσσους δ' ὄνομάζει καὶ Ἐπιχ. et sequentia: cum totidem verbis eadem suo loco sint scripta. Archestrati versum scribe ut ante, Βούγλωσσον. ταύτην θήρα περὶ Χαλκίδα κεδνήν. Chalcis non est Euboea, ut temere scribunt: sed urbs Euboeae ad Euripum sita. Nausicratis versiculi jam ante eodem hoc libro descripti habentur. hic autem ea solum sine recitantur, ut probetur ψῆτταν piscem, etiam ῥόμβον suisse vocatum Graecis, non Romanis tantum. hoc igitur ex postremis hujus ῥήσεως verbis necessario nobis eliciendum est. Quare nisi paratum habemus credere Athenaeum nugatorem egisse hic insigniter, corruptissima verba hoc similive modo emendabimus, — γαλακτοχρῶτα Σικελὸς δύ Ὁχλος ὄνομάζει ῥόμβον. ἦ ψῆτταν λέγεις; Ex hac lectione discimus, quam ψῆτταν interior, ut ita dicam, Graecia appellabat: Siculos, (quorum idioma suit ab antiquo depravatum, vel Plauto teste) vocasse ῥόμβους. a Siculis Romani et hoc et alia multa vocabula acceperunt.

ISAACI CASAUBONI.

A N I M A D V E R S I O N U M

I N

A T H E N A E I D I P N O S O P H I S T A S

L I B E R O C T A V U S.

---

C A P U T P R I M U M.

*Cohaerentia libri octavi cum septimo. Σπανία, pro Hispania: et regionis ejus felicitas. σίκλος et σίγλος. ὃς δειπνων. ἀλλαγὴν πεισθαι. λογια. Tios et Cromna. Pisces vocales. Ladon, Clitor, Aroanius fl. Pisces mansueti.*

**E**XPOSITA sunt libro superiore pleraque genera piscium, quorum praesertim veteres comici et poetae alii fecissent mentionem: octavo isto referuntur varii sermones a dipnosophistis habiti super piscibus, aut occasione piscium. Initio dilaudatur convivator Larensis: qui nullis parcens sumptibus, eam dicitur Romae suis conviviis foelicitatem et mirabilem omnium rerum copiam praestitisse, quam in Lusitania praedicabat Polybius. Multa de fertilitate ejus regionis, et aliarum aliquot Hispaniae partium, varii scriptores jam olim memoriae prodiderunt: sed nemo aut uberioris aut maiore fide quam ille nobilis historiarum conditor Megalopolitanus: quod ex Strabone, Diodoro Siculo, Plinio, et Athenaeo hodie cognoscimus. 'Ισπανία quae dicitur in vulgatis libris, Σπανία est in antiquis membranis Athenaei: sicut apud Paulum Apostolum in ea ad Romanos, et apud [Theophilum libro altero ad Autolycum et in MS. codice Commentariorum Chrysostomi in acta

Apostolorum: hom. 5. καὶ στὸς Σπανίαν ἔλθης. et apud alios. Etiam in antiquis Juvenalis scholiis *Spana vestis legas de veste Hispana et Baeotica.*] Non est vox Graeca σίλος, sed Graecis Barbara. Polybius, qui in rebus Hispanorum explicandis ea utitur, docet nos in communi usu eam fuisse apud illos. Ait enim, καὶ ὁ τῶν κριθῶν σίλος, (μέδιμνός ἐστι) δραχμῆς. *siculum* interpretatur medimum sive modium, ut puto, Atticum. Ita videntur Carthaginenses eam dictionem usurpare: unde Hispani multa sumperunt et locorum et aliarum rerum vocabula. Hebraeis, a quibus caeteri omnes acceperunt, ἡρῶ est mensuram pondere examinare: et *secul* pondus. Ab eadem origine σίγλος in Perside genus nummi est, appellatum, teste Xenophonte. Addit Polybius, ὃς δείπνων ἐκατὸν μυᾶς ἄγων, πέντε δραχμῶν. Ne errant hic tyrones, doctorum virorum interpretatione decepti, negamus Graecum loquendi genus esse, ὃς δείπνων. scribendum est, ὃς δὲ πίων. quamvis reclamantibus antiquis exemplaribus, et Excerptis. Verte ista, τὰ δὲ τῶν ἀγρίων ζώων κρέα σχεδὸν οὐδὲ καταξιοῦται τιμῆς, ἀλλ' ἐν ἐπιδόσσι παῖς χάριτι τὴν ἀλλαγὴν ποιοῦνται τούτων. ferina pretio nullo habetur: sed vel auctarii loco eam tradunt, vel gratis largiuntur, ἀλλαγὴν ποιεῖσθαι dicuntur, et qui emptiones et venditiones contrahunt, ut fit in foro et macello: hic vero etiam qui donant aliquid. In universum omnis contractus est ἀλλαγὴ, ex antiqua permutandi consuetudine. Corrupta mox sunt grati convivae de splendido convivatore haec verba. ἐμπίπλησι παντοῖων ἀγαθῶν ὁ σημέραι, τοῦ δεὸς παῖς μεγαλόφρονος Φιλοτιμούμενος οὐδὲν Φερομένοις οἴκοθεν, ἢ λογάρια. manuales Athenaei codices nihil nos adjuvant; at juvant Excerpta, ex quorum fide scribendum ἐμπίπλησι παντοῖων ἀγαθῶν ὁ σημέραι μετὰ τοῦ ἥδεος καὶ μεγαλοφρόνως Φιλοτιμούμενος οὐδὲν Φερομένους οἴκοθεν ἢ λογάρια. id est, non solum suavem nobis se praebens, sed etiam magnifice liberalem ac munificum, quotidie omne genus bonis nos replet, qui domo nihil afferimus nisi dissertatiunculas. Appellat λογάρια recitatiunculas ex vetere lectione, quas libro primo vocabat τὰ ἀπὸ τῶν στρωματοδέσμων γράμματα: et libro septimo τὰς ἐν τῶν βιβλίων συμβολάς. λογάρια hic oratiunculas interpretari nolim. In Glossis legitur, λογάδιον, ratiuncula. malim λογάριον aut λογάδιον, nam λογὰς est aliud. Scribe deinceps, ἀλλὰ μή,

αγδρες ἵχθύες κατὰ τὸν Ἀρχιππον, παρελπετέ τι. et-  
 enim o viri pisces ut est apud Archippum, aliquid  
 est a vobis praetermissum. Archippi nihil est praeter  
 illa, ἄνδρες ἵχθύες: quae et infra non longe repetun-  
 tur. Sunt autem ex Archippi fabula, quam *Pisces*  
 inscripserat, ex qua multa libro superiore. Deinceps  
 narrantur aliquot piscium miracula. Ac primum de pis-  
 cibus terrenis agit: δεῖ γὰρ, inquit, καὶ ημᾶς μηρὰ  
 προσοψωνῆσαι τοὺς ὄρυκτους ἵχθύας. Interpretes υμᾶς,  
 libri ut est editum. de piscibus fossilibus Aristoteles in p. 576.  
 libello De miraculis auditis, et Strabo libro quarto, ac  
 12. Aetatis quoque nostrae viri docti ad Albim in Ger-  
 mania atque alios fluvios, pisces effodi observarunt, ac  
 monumentis suis prodiderunt. Ait, καὶ περὶ Τίον τοῦ  
 Πόντου τὴν Μιλησίων ἀποικίαν, ιστοροῦντος περὶ αὐτοῦ  
 Θεοφράστου. narrante id Theophrasto. sed male, ιστ.  
 περὶ αὐτῶν τοῦ Θ. commemorante eos Th. In frag-  
 mento libelli Theophrastei De piscibus inscripto. Τίος  
 non nominatur, sed simpliciter regiones Ponticae. Plinius  
 ex eodem pro Tio *Cromnam* habet. Fuit is pagus  
 Tio vicinus. Ex his et aliis item duabus Amastris urbs  
 in Ponto nobilis fuit composita. Ait, ὄρύττεσθαι γὰρ  
 κατὰ βάθος πλέον ἐς τοὺς τόπους. Lege κατὰ βάθους  
 πλέονος τ. Plinius idem tradit, In Paphlagonia effodi  
 pisces gratissimos cibis terrenos, altis scrobibus in  
 his locis ubi nullae restagnant aquae. miraturque et  
 ipse gigni sine coitu. videamus quid sibi illa velint,  
 οὔτε θερμῶν ναμάτων· nam quorsum aquae Herculaneae  
 ad piscium generationem? sed neque Plin. harum me-  
 minit Theophrasti hunc locum interpretans: neque illa-  
 rum ulla in Theophrasti codicibus mentio: ubi scribitur,  
 τὸν δὲ τόπον οὐτ' ἐπίκλυσιν ποταμοῦ λαμβάνειν, οὐθ'  
 ὑδατος σύστασιν. Sine dubio scripserat hic Athenaeus  
 ὄρύττεσθαι γὰρ κατὰ βάθους πλέονος τόπους οὔτε ποτα-  
 μῶν ἐπιχύσεις ἔχοντας, οὐθ' ἐτέρων ναμάτων. Eandem  
 sententiam magnus praeceptor jam ante aliis verbis ita  
 expresserat. οὐθ' ὑδάτων Φανερῶν πλησίον ὄντων, οὔτε  
 ποταμῶν ἐπιρρεόντων. Inveni in optimis Excerptis sic,  
 οὔτε ποτ. ἐπιχ. ἔχ. οὔτε θερμῶν ναμάτων τὸ καινότατον.  
 sed postrema verba neque Theophrasti sunt, neque Athe-  
 naei. quamquam illa habet etiam Eustathius: quem sae-  
 pius lapsum hoc duce initio ostendimus. Sequitur jam  
 aliud miraculum de piscibus vocalibus. Ait, Μνασέας  
 ὁ Πατρεὺς εν τῷ Περίπλῳ, τοὺς εν τῷ Κλείτορι Φησὶν

*ἰχθύς Φεγγεσθαι.* In eodem Arcadiae tractu, tres vicini fluvii sunt, Ladon, Clitor, et Aroanius. In quo ex istis tribus amnibus pisces vocales fuerint, magna inter veteres dissensio. Mnaseas ait in Clitore: Philostephanus mox in Aroanio: Clearchus paulo post in Ladone. Eustathius ut Mnaseam et Clearchum conciliaret, scribit, τοὺς ἐν τῷ Κλείτορι ποταμῷ Ἀρηαδίας περὶ τὸν Λάδωνα ἰχθύας. melius paulo post Athenaeus: περὶ Κλείτορα τῆς Ἀρηαδίας, ἐν τῷ Λάδωνι ναλουμένῳ ποταμῷ. id est, *in Ladone* fluvio *Arcadiae circa urbem Clitorem.* Errat auctor Epitomae, si modo ille ita scripsit, ut noster liber habet, ἐν τῷ Κλείτορι ποταμῷ Ἀρηαδίας, ἐν τῷ Λάδωνι ποταμῷ. In verbis Philostephani, pro ἐν Ἀόρυῳ τῷ ποταμῷ, scribendum est ἐν Ἀροανίῳ τῷ π. quod et Dalecamp. venisse in mentem video. Philostephani et Mnaseae sententias non difficile composueris. Clitor enim et Aroanius fluvii, e diversis locis orti, in unum postea convenient, illo in hunc influente. Itaque ex duobus fit unus binominis. Pausanias auctor: qui istos pisces nominat poecilias, et addit se captos quidem poecilias vidisse: at sonum illorum non audisse: cum tamen capiendi experimenti caussa ad amnum hunc ac p.577. cessisset, atque in ripa ad vesperam usque esset prae-stolatus: quod eo maxime tempore dicerentur audiiri. Plinium qui vocalem facit exocoetum Clitoris fluvii piscem, non dubito poecilias cum exocoeto confundisse. ut dicemus sequente capite. Hic autem ex Aristotele resertur, solos ex omnibus piscibus Φεγγεσθαι νάπρον καὶ τὸν ποτάμιον χοῖρον, ubi nos editum voluimus σκάρον, non νάπρον. edebatur ante σκάρον. Eustath. ad Ὁδυσσ. μ. diserte scribit σκάρον. quam lectionem con-firmat, quod de lingua scari ex eodem Aristotele su-pe-riore libro narrabatur. vide caput 20. Ex quo autem philosophi opere haec describat auctor, nescio: in quarto certe Historiarum cap. 9. ubi hoc argumentum accurate tractatur, longe docemur aliter. Tertiī miraculi loco sunt pisces mansueli, quorum nonnulla proseruntur exempla. Possunt iis addi quae de aliis mansuetis piscibus scribit Lucianus in libello De Syria dea, quorum et Plinius meminit. Varro, Rei rusticae lib. 3. *Hi loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habent pisces, quos proinde ut sacri sint, ac sanctiores quam illi in Lydia, quos sacrificanti tibi Varro ad tibicinem Graecum gregatim venisse dicebas ad extremum littus*

atque aram quod eos capere auderet nemo. [Martialis, libro 4. de lacu Baiano: *Sacris piscibus hae natantur undae, Qui norunt dominum, manumque lambunt Illam, qua nihil est in orbe majus. Quid quod nomen habent, et ad magistri Vocem quisque sui venit citatus?*] Possent etiam veteribus his exemplis recentia addi non minus mirabilia. Recta scriptura est, τάς τε ἀπὸ τῶν ἱερείων σπλάγχνα. neque audiendi qui faciunt ἱερέων. Portento illi quo maris imperium Atheniensibus promissum, simile illud quod bello Siculo Augustum erexit in spem potiundi maris, ut narrant historici, et Plinius lib. 9. cap. 16.

## CAPUT SECUNDUM.

*Pisces terreni ad Pyrenaeos. Indici pisces miraculosi. μάζοι vel μαζειοι. Exocoetus fluvialis an marinus fl. Plinii hallucinatio. τράγος piscis. Aves παρευδιασται. pisces nec guttur habent, nec sonum edunt. τρισμὸς quorundam piscium. Πτολεμαῖς. πλησίαλος et ἀγχίαλος. Neptunus Τροπαιός. δίγα. τὸ ὄρατὸν τοῦ πράγματος. Brevitas figurata. Prov. sicut edere.*

ITERUM de terrenis piscibus ex Polybio. Narrat a Pyreneis ad Narbonem fluvium planitiem quandam porrigi, perque eam Φέρεσθαι ποταμοὺς Ἰλέβερνιν καὶ Ρόσκυνον. in hujus tractus campis passim effodi pisces. de hoc plura olim ad quartum librum Strabonis: qui magnus auctor rem eandem ex eo Polybio ibi commemorat. Itaque scribe hic ex illo loco, ποταμοὺς Ἰλύβιόριν καὶ Ρουσκίνωνα. Scribe etiam, ὑπὸ δὲ ταύτην, διάμυου τῆς γῆς οὖσης. ὑπὸ δύο καὶ τρεῖς πήχεις ὑποβρέψην τὸ πλαζόμενον ἀπὸ τῶν ποταμῶν ὕδωρ. Non ὑπὸ sed ἀπὸ et sensus postulat et Hellenismus. Nam aqua illa quae per obscuros terrae meatus penetrat, dicitur πλάζεσθαι ἀπὸ τῶν ποταμῶν, id est, flumiis relictis er- p. 578. rare. In Excerptis non male, πλαζόμενον τὸ ποτάμιον ὕδωρ. at interpres τὸ πελαζόμενον: sane quam absurde. Inter miraculosos pisces referuntur non injuria Indici illi, quos auctor est Theophrastus ranarum inflar in

siccum salire solitos. εν Ἰνδοῖς δὲ, inquit, Φησὶ Θεόφραστος τοὺς ἵχθυς ἐκ τῶν ποταμῶν ἐξιόντας καὶ πηδῶντας πάλιν ἔς τὸ ὕδωρ ἀπιέναι. ut sunt Athenaei verba, credas omnibus piscibus omnium Indiae fluviorum, hanc esse naturam communem. Theophrastus ait esse quosdam in India pisciculōs hoc ingenio. Astringamus igitur laxam nimis orationem, et scribamus, τινὰς ἵχθυς. Plinius vertit, *Quin et in Indiae fluminibus certum genus piscium exit in terram, ac deinde resilit.* Isti autem de saliorum prosapia pisces, similes dicuntur esse τοῖς μαξεινοῖς καλουμένοις ἵχθύσιν. In Theophrasti codicibus hodie, τοῖς μαξίναις καλουμένοις. et quaerunt docti quinam sint isti mazinae quorum aliis nemo fecerit mentionem. Libro tamen septimo in Epicharmi versu nominantur μάζοι pisces. sed μαξεινοὶ diserte libr. eodem ex Dorione De piscibus: δν καλέουσί τινες ὄντοις τε καὶ μαξεινόν. Et fortasse vera ubique scriptura μαξεινὸς aut μάξεινος. vel certe μαξινὸς ex Aristotele et membranis, ut dicebamus libro superiore, cap. 18. Exiliensium nobilissimus piscis est exocoetus, qui et adonis. Plinius hunc facit Arcadiae proprium libro nono, cap. 19. fluvialis igitur. Arcadia enim in Peloponnesi meditullio sita, nulla ex parte mare contingit, et ut cum Plinio dicam, undique a mari est remota. quin manifesto fluvialem esse exocoetum indicat, scribens, *Miratur et Arcadia suum exocoetum, appellatum ab eo quod in siccum somni caussa exeat. Circa Clitorim vocalis hic traditur et sine branchiis: idem aliquibus adonis dictus.* Graeci scriptores consentiunt marinum esse hunc piscem Clearchi clarissima hic verba, quibus nihil potest opponi. similiter Oppianus, "Ἄλλοι δ' ἐξώνοιτον ἐΦήμισαν, οὐνεα ποτας Ἔπτος ἀλὸς τίθεται. Fallitur igitur Plinius in hac historia, et duo genera piscium, poeciliarum et exocoetorum, unius loco accepit, non simplici errore. Porro exocoetum proununtiat Clearchus τὸ σύνολον ὅμοιότατον τῷ καλουμένῳ τράγῳ ἵχθυδιῳ. maenam marem dici τράγον quo tempore dat operam soboli, auctor est Aristoteles libro octavo Historiarum. an eundem piscem Clearchus Solensis intellexerit, quaeri potest. Placet enim doctis viris τράγον hic esse gobionem nigrum, non Aristoteleum tragum. sed cum ἵχθυδιον hircum istum Clearchus appelleat, maenam potius quam gobionem, nisi fallor, designat: est enim maena re vera pisciculus Gobione minor. Ac-

cedit quod Clearchus Aristotelis fuit discipulus inter primos et γνησιώτατος: a quo didicerat et res, et proprias rerum appellations. Probo scribi, Φυλάττεται τῶν ὄρνιθων τοὺς παρευδιαστὰς οὐλουμένους, potius quam παρευδιστάς. nam παρευδιάζειν dicitur, non παρευδίζειν. Eleganter autem παρευδιάζειν illae aves dicuntur, quae p. 579. alcyonia studiose captant, ut per littora vagantes aliae pisciculis, alga aliae se satient, aut similibus quisquiliis, quae inter maris ejectamenta habentur. Consideremus verba Clearchi de piscibus vocalibus: ἐπεὶ τινες τῶν ἵχθύων οὐκ ἔχοντες βρόγχον Φθέγγονται· τοιοῦτοι δὲ εἰσὶν οἱ περὶ Κλείτορα τῆς Ἀριαδίας ἐν τῷ Λάδῳ οὐλουμένῳ ποταμῷ· Φθέγγονται γὰρ, οὐλὶ πολὺν ἥχον ἀποτελοῦσιν. Aristotelis sententia est, quaecunque animalia vocem edunt, aut Φθόγγον, ea Φωνεῖν τῶν ἄλλων μορίων οὐδενὶ πλὴν τῷ Φάρυγγι: vocem edere non alia corporis parte quam gutture. guttur autem piscibus nullum est, qui neque pulmonem habent, neque respirent. Quare et voce carent iidem, neque aut Φωνεῖν aut Φθέγγεσθαι possunt. Ex his intelligimus, cur dicat hic Clearchus οὐκ ἔχοντες βρόγχον. appellat βρόγχον, quem philosophus Φάρυγγα et λάρυγγα. et si aliud proprio Φάρυγξ, aliud βρόγχος. Tacite igitur Clearchus praceptoris sui placitum convellit: qui διαρρήθη negaverat, animalia gutture carentia posse edere aut vocem aut sonum. Sed ex Plinii verbis de exocoeto quae paulo ante recitavimus, suspicio est scripsisse Clearchum, οὐκ ἔχοντες βράγχια. Non habere bronchon sive guttur, omnium prope piscium commune πάθος est: at branchiis carere: et tamen sonum edere, plane rarum et miraculosum. Nam quod aliis animantibus in edenda voce est guttur, id piscibus sunt branchiae in formando eo stridore quem vocat philosophus τρισμόν. Clearchum tamen puto falsum animi: et pisces istos vocales non penitus carere branchiis existimo, sed ἔχειν μὲν, ἔχειν δὲ αὐτοῦ, ut de talibus loqui solet philosophus, habent, inquam, vel minus perspicuas, et quasi imperfectas branchias: vel aliquid intus ἀνανθῶδες, cuius attritu fit ille qui dicitur stridor, quem nominat Clearchus ἥχον. Quod subjicitur miraculum ex Nicolao Damasco, illustrari debet ex similium casuum historiis quae apud Strabonem libro primo. De piscium et ranarum pluvia, quaerendum alibi accuratius. In ea historia quae refertur ex Posidonio, scribe, ὡς ὁ Σαρπηδὼν λει-

*Φθεὶς, νικτος. non ληφθεὶς.* Sarpedonem et Strabo nominat paucis hanc historiam ex eodem Posidonio describens: sed cuius auspiciis bellum gereret Sarpedon, non dicit geographus. Ex historia illorum temporum facile cognitu est, ducem egisse hunc copiarum Demetrii regis Seleuci E. qui in expeditione contra Parthos periit. Errant qui Demetrium hunc putant esse Demetrium Poliorceten, cuius vitam scripsit Plutarchus, errant inquam tota via. Male etiam accipiunt verba Strabonis qui ex iis eliciunt Ptolemaeo Sarpedonem militasse. οἱ Πτολεμαῖς, inquit Strabo loquens de Ptolemaide Syriae, μάχην συνῆψαν πρὸς Σαρπηδόνα τὸν στρατηγόν. boni viri transformarunt Πτολεμαῖς qui sunt Ptolemaidis oppidi cives, in Ptolemaei regis duces. multa jam incredibilis cuiusdam incogitantiae argumenta habuimus. μετὰ ναὶ τόδε τοῖσι γενέσθω. [At

p. 580. apud Aristeam et scriptum et interpretatum perperam obseruavimus de Jordane, qui mare ingreditur in littore Ptolemaensium, sic. ὃς εἰς ἔτερον ποταμὸν ἐνβάλλει τὸ ρεῦμα, νατὰ τὴν Πτολεμαίων χώραν. scribe, Πτολεμαέων.] Victus igitur eo praelio Sarpedon pro Demetrio pugnans, a Ptolemaensibus qui tum stabant a Tryphonis partibus. De his accipienda sunt haec, οἱ δὲ τοῦ Τρύφωνος ὕδενον νατὰ τὸ πλησίαλον νικήσαντες τῇ μάχῃ. restitue scripturam veterem, et Athenaei ipsius, ὕδενον νατὰ τὸ πλησίαλον νικήσαντες τὴν μάχην. Eustathius, ὃ δὲ ἀγχί-  
ἄλος τόπος ναὶ ἀμφίαλος δασύγουσι τὸ μέσον αἱ νατὰ τοὺς παλαιούς· οὕτω δὲ ναὶ ὁ πλησίαλος, οὗ χρῆσις νατὰ τὸν Ἀθήναιον παρὰ Ποσειδῶνίω, ἐν τῷ ὕδενον, etc. Cum autem repentina inundatio Ptolemaenses obruiisset, et mortuos in littore destituisset, Sarpedonis milites re-  
versi τοῖς τῷ πολεμίων σώμασιν ἐφῆσθησαν, hostium strage visa laetati sunt. Dalecamp. emendat ἐφείσθησαν aut ἐφείσαντο, et vertit pepercereunt. nihil potest inconsultius nisi hoc fortasse, quod mox pro, ἐθνσαν ΠΟΣΕΙΔΩΝΙ ΤΡΟΠΑΙΩ, reperti sunt qui corrigerent scilicet ναὶ ἐστησαν Ποσειδῶνι τρόπαιον. Posidonius hoc voluit ad Ptolemaidis portas suisse facta sacra Neptuno Tropaeo cognomine, quasi dicas hostium aversori, vel Stratori et si aliqd proprie vox sonat. Ac videtur, ad memoriam ejus casus sanum ibi a Sarpedone statutum Neptuno, eo cognomine posthac colendo. Assentior doctis qui sequentem historiam sane mirabilem περὶ ΙΧΘΥΟΜΑΝΤΕΙΑΣ τῆς ἐν Δυνατ., de divinatione illa acci-

plunt, quam Myrensis lacus pisces in Lycia soliti edere. Aeliano teste libro duodecimo De animal. quamquam ejus narratio si cum Polycharmeia hac conseratur, non parum diversa invenietur. verum is est mos auctorum, ut res easdem non eodem modo narrent. Ait, ὅταν γὰρ διέλθωσι πρὸς τὴν Θάλασσαν. melius ὅταν γὰρ δὴ ἔλθωσι. nulla hic loci designatio, sed hoc ideo, quia ante nominatim indicatus fuerat a Polycharmo: quod non erat Athenaeo praetermittendum. Ait, εὐ ω̄ ἐστιν ἡ δίναι ἐπὶ τῆς ἀμάθου. appellat δίναιν vorticem quam Aelianus πηγὴν, fontem. Artemidorus δινάζοντα τόπον. Fons fuit altus et vorticosus. Ait, ἔχοντας υφ' ἐκατέρω σάριας ὅπτας, scribe, ἐφ' ἐκατέρῳ. Ait, ὁ δὲ μαντευόμενος ἐμβάλλει τοὺς ὀβελίσκους εἰς τὴν δίναιν. ineptiores, nisi commode accipiatur. qui consultum venit pisces, inquit, verva aquae injicit. cedo, cur verva potius quam extractas verubus carnes, aut quomodo verubus carnes eximere pisces poterant? Quare arbitrabar per ὀβελίσκους intelligi frusta carnium quae fuerant in obeliscis affatae. sed obstant nostrae sententiae Artemidori mox verba de re eadem, οἱ θυσιάζοντες ἐμβάλλουσιν ἀπαρχὰς τῶν θυσιαζομένων ἐπὶ ξυλίνων ὀβελίσκων. Aelianus multo clarior, ναὶ ὁ τοῦδε τοῦ θεόῦ ιερεὺς πρέπει μόσχεια διασπείρει τῶν τῷ θεῷ τεθυμένων. plane dicit idem, sed aliter. Ait, ὥστ' ἐκπλήττεσθαι τὸ ὄρατὸν τοῦ πράγματος. Breviator, ὥστ' ἐκπλήττεσθαι τὴν ὄρασιν, et profecto insolens genus loquendi est, τὸ ὄρατὸν τοῦ πράγματος pro τὸ ὄρώμενον πρᾶγμα. Ait, Φαίνονται δὲ ὄρφοι, γλαυκοὶ, ἐνιστέ δὲ Φάλαιναι ἡ πρίστεις. Simplicius multo Aelianus, ὄρφοι δὲ οἱ λιχθύες ἀθρόοι προστέουσι. In proxima historia quae ex Phylarchio narratur, insigne est ἀνανταπόδοτον. Nam ista verba, ἀλλ' ὅγε Πάτροκλος, nullam habent constructionis convenientiam neque cum praecedentibus, neque cum sequentibus: sed ita accipi debent, quasi auctor diceret, verum ut ad Patroclum redeam et missum ab illo munus. Amat has βραχυλογίας ναὶ ἀνανταποδότους λόγους unus omnium maxime Aelianus. Ait autem Phylarchus, Antigonus regem missum ad se munus a Patroclo quod constabat ex magnis piscibus et fiscis recentibus sic esse interpretatum, ἡ Θαλαττοράτεῖν Φησίν ἡμᾶς Πάτροκλος, ἡ τῶν σύκων τρώγειν, id est, ait Patroclus vel imperium maris obtainere nos debere, vel fisus edere. videtur Patroclus de Ptolemaeo cui mili-

tabat prodendo cogitasse; et tacite cum ejus hoste conspirasse. quem quidem tanquam aenigmate monet ut rei nauticae curam capessat, ac classem instruat: aut sciat paratam sibi ignominiam quae victos sequitur. *Ficus edere παροιμιακῶς* de iis dici solitum qui mollius et delicatius viverent. Vide quae scribit Aristophanis enarrator ad illa e *Vespis*, σὺ δὲ νῦν σῦνα μ' αἴτεῖς.

## CAPUT TERTIUM.

*Καμασῆνες pisces. Cypriorum poeta. Photii locus.*

*Nemesis Helenae mater. νέμεσις. ἀποπύριδες, et ἀπόπυρις. Apollonia Chalcidica. Ichthyas Megaricus. Brizo dea, sive Brizomantis. Βρίζειν, et καμβρίζειν. λάσθη. Ζεῦν. Sardanapalus ἀδιανοητότερος κατὰ τὴν προσηγορίαν τοῦ πατρός. Idem dictus et Conosconcolorus. Θυμὸν ἀέξειν. Fabularum mediae comoediae numerus. Athenaei πολυαναγνωσία et diligentia in conficiendis Excerptis. Sophistarum πύλαι. Manes. τυρβάζειν. Prov. χελώνης ή δεῖ φαγεῖν η̄ μή φαγεῖν. στραγγεύεσθαι.*

*OI ιχθύες καμασῆνες ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους ἐλέχθησαν. non solus Empedocles ea voce usus, sed alii quoque poetae Graeci antiquarii et κακόζηλοι. Antipater,*

*Φεύγει οὐσοι λόκιας, η̄ λοφυδέας, η̄ καμασῆνας,  
ἄδετε ποιητῶν φῦλον ἀπανθολόγων.*

ο τὰ Κύπρια ποιήσας ἔπη εἴτε Κύπριός τις ἐστιν η̄ Στάσινος, η̄ οστις δήποτε χαίρει ὄνομαζόμενος. Operis hujus antiquissimi, et in multos libros tributi (undecimus eorum ultimo libro laudatur) auctor jam olim incertus. Homerum quidam putarunt, alii Cyprium nescio quem, alii Stasinum, nonnulli Hegesiam. Libro 15. leguntur haec, ἀγθῶν στεφανωματικῶν μέμνηται ο τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς Ἡγησίας η̄ Στάσινος. Δημοδάμας γάρ ο Ἀλικαρνασσεὺς η̄ Μιλήσιος, ἐν τῷ Περὶ Ἀλικαρνασσοῦ Κύπρια Ἀλικαρνασσέως δ' αὐτὰς εἶναι Φησὶ ποιήματα. Locus vitii suopte indicio manifestus. sensus enim existis elici potest nullus. Videtur scribendum, Δημοδάμας

δέ ὁ Ἀλικαρνασσεὺς η̄ Μιλήσιος, ἐν τῷ Περὶ Ἀλικαρ.<sup>p. 58a.</sup>  
 νασσοῦ, Κυπρία τοῦ μὴ Κυπρίου γενομένου, Ἀλικαρ-  
 νασσέως δὲ, αὐτὰς εἶναι Φησὶ ποιῆματα. *Cyprius* et  
*Cyprias* idem. ut *Hegesias*, et *Hegesius*. sic *Hegesius*  
 in Excerptis Photii MSS. qui Athenaeo *Hegesias*. Qui  
 Homerum faciebant auctorem τῶν Κυπρίων ἐπῶν, ad-  
 debant, pium parentem pro dote filiae ποëμα illud  
 Stasino Cyprio genero suo dedisse: et de ipsius patria  
 appellasse Κύπρια ἔπη. Resellit horum sententiam Pho-  
 tius in Eclogis suis. Ratio Photii est, quia si ab insula  
 Cypro esset illis nomen inditum, non Κύπρια, cum ac-  
 centu in antepenultima, sed Κυπριανὰ fuerant inscribenda.  
 hanc sententiam elicio ex istis Photii verbis, μηδὲ γάρ  
 Κύπρια προπαροξυτόνως ἐπιγράφεσθαι τὰ ποιῆματα. id  
 est, neque enim Κύπρια cum accentu in antepenultima  
 inscripta fuissent ea poemata. ἐπιγράφεσθαι interpretor,  
 ἐπιγράφεσθαι ἀν. nisi voluit hoc Photius non Κύπρια  
 sed Κυπρία ἔπη, id est, *Cypriae versus* pro Cyprii ut  
 ante diximus, veram esse tituli hujus scripturam.

Νέμεσιν ποιεῖ διωκόμενην ὑπὸ τοῦ Διὸς καὶ εἰς Ιχθῦν  
 μεταμορφουμένην. Post haec verba adjicit auctor Epi-  
 tomae, η̄ Διοσκούρους καὶ Ἐλένην ἔτεκε. De Nemesi  
 Helena matre habes apud Lycophronis interpretes.  
 Scribe mox, ἐτείρετο γάρ Φρένας αἰδοῖ. Καὶ Νέ-  
 μεσις κατὰ γῆν τε καὶ ἀτρύγετον μέλαν ὕδωρ Φεῦγεν.  
 ita malo quam ut diu placitum. — ἐτείρετο γάρ Φρένας  
 αἰδοῖ, Καὶ νεμέσει· καὶ τόνδε κατ' ἀτρύγετον μέλαν ὕδωρ  
 Φεῦγεν. id est, cruciabat illi animum pudor et vin-  
 dictae metus. itaque Ionem fugiens in mare irruit.  
 νέμεσις non male accipi potest de metu ab indignatione  
 Junonis cuius pellex esse ista verebatur. Scribe etiam,  
 Ἄλλοτ' ἀν' Ωκεανόν. et sequente versu, ἀν' ἥπειρον.

οἱδα δὲ καὶ τὰ πέρι τὴν ἀπόπυριν καλουμένην.  
 Ut ἐψητοὺς Graeci dixerunt pisiculos quosdam a ge-  
 nere cocturae: item alios Φρυκτοὺς, alios ἀπανθρακίδας:  
 sic et ἀποπυρίδας appellantur minutos pisces super pruna  
 torrei solitos, neque multum differunt ἀποπυρίδες et  
 ἀπανθρακίδες. nam ἀνθρακες et πυριὰ ferme idem. Sic  
 accipit paulo post Athenaeus cum ait, super tumulo  
 tibicinis Charmi, qui vivus plurimum pisces amaverat,  
 alium tibicinem ἐναγίσαι ἀποπυρίδας. libro superiore in  
 Epicharmi versu legas ἀποπυρίζειν ἀφύας. Hic vero  
 ἀπόπυρις aut ἀποπυρίς, vox est Apolloniatarum propria.  
 Sic enim illi appellabant illam pisicularum ingentem

copiam, qui statim temporibus in Olyntiaco flumine reperiebantur. περὶ τὴν Βολύκην λίμνην. Scriptura vetus quorundam librorum, Βόλβην. est autem Bolbe lacus in Macedonia ex Thucydide, Stephano aliisque notis. sed an is sit de quo sentit Athenaeus, hoc vero quaerendum. Mox legendum, Περὶ Ἀπολλωνίαν τὴν Χαλκιδικὴν δύο ποταμοὺς ρέουσιν. multae olim erant Apolloniae, quae cognominibus distinguuntur. Chalcidica ista fuit in Macedonia. Scribo etiam, καὶ πατὰ τὸν παιρὸν τοῦτον vel πατὰ γὰρ τὸν παιρὸν τοῦτον. Multa hoc loco ex antiquis membranis adjecimus in nupera

p. 583. editione, ante inedita. Verte autem, *Atque eo tempore infinitam piscium multitudinem e lacu in Olyntiacum fluvium descendere. Is parvus est, ut vix talum tegat. nihil tamen minus tanta piscium copia venit, ut ex iis omnes qui circumjacent populi salsamenta in usus suos abunde parent.* Τοσαῦτ' εἰπόντες αὐτὸν Ἰχθύας ὁ Μεγαρικὸς φιλόσοφος. Scribe, τοσαῦτ' εἰπόντες ὅσα οὐδὲν Ἰχ. et Μεγαρικὸν cave interpreteris Megarensem. id enim sectae nomen est. Laertius in historia philosophorum Megaricorum, Τῶν δὲ ἀπὸ Εὐκλείδου ἔστι παῖς Ἰχθύας Μετάλλου, ἀνὴρ γενναῖος, πρὸς ὃν παῖς Διογένης ὁ ιυνικὸς διάλογον πεποίηται. δι' ὑμᾶς δὲ παῖς τῷ πατὶ παρακελεύσομαι. significat, se dum sermones audit de piscibus longos et prolixos, in ejus optionii venisse fastidium, et esse factum ἀπιχθυν. δι' ὑμᾶς propter νος, aut per νος. non, νεστρα omnium gratia. ὅταν θύωσι τῇ Βριζοῖ, αὗτη δέ ἔστιν η ἐν ὑπνῳ μάντις. ideo haec dea aliis dicta. Brizomantis. Hesychius, Βριζόμαντις, η ἐνυπνιόμαντις. neque censeo corruptum. Βρίζειν quod interpretatur Athenaeus παθεύσιν, proprie esse volunt meridiari, et a cibo dormire. quasi Βριζειν, hoc est, ἀπὸ τῆς βρᾶς θεῖν. Homero βρίζειν est, νυστάζειν, cessatorem agere instar dormantium. ut ἐνθ' οὐκ ἀν βρίζοντα θόις Ἀγαμέμνονα δῖον. ubi tamen legunt alii, ἐνθ' οὐ παυβρίζοντα θόις. ita Hesychius. pro παταβρίζειν. Χλεύην τε ποιεῦ παῖ γέλωτα παῖ λάσθην. Vox est Ionica λάσθη, irrisio et contumelia. Jungi amat cum γέλως. Herodotus Eratone, πέμψας τὸν Θεράποντα ἐπὶ γέλωτι παῖ λάσθη, γράτα τὸν Δημάρατον ὄνοιόν τι εἴη τὸ ἀρχεῖν μετὰ τὸ βασιλεύειν. Vetus scriptor apud Suidam, οἱ δὲ Μεσσηνιοι σὺν λάσθη παῖ γέλωτι ὥσπερ ἀθυρικα τῶν Σπαρτιατῶν τὰ πρῶτα τοῦ Διὸς ἀναθήματα διέσπειραν.

οὐ γὰρ μᾶ τὸν Ζεῦν. Rara vox et quam temere non  
 legas alibi. Respiciebat hunc locum Eustathius com-  
 mentario primo in Ulyxeam. ὅτι τὸν Ζεύς ἔστι ναὶ αἰτια-  
 τικὴ παρὰ Πολυπράτει τῷ σοφιστῇ μονοσύλλαβος, τὸν  
 Ζεῦν, περισπωμένη. ὃν ἀδιανοητότερον εἶναι νατὰ  
 τὴν προσηγορίαν τοῦ πατρὸς Ἀριστοτέλης ἐΦη. quem ob-  
 scuriorem fieri cum de nomine patris appellatur, scribit  
 Aristoteles. ἀδιανόητος, qui difficile dignoscitur. Patrum  
 nomina adjiciebant Graeci ad faciliorem notitiam, atque  
 ut facilius animo conciperetur is quem designarent:  
 quod vere dicebat Aristoteles non habere locum, quando  
 aliquis ad Sardanapali nomen patris ipsius appellatio-  
 nem adjiciat. Sed erat et alia caussa cur de patris no-  
 mine aliquem vocarent Graeci. nam in eo fuit aliquod  
 honoris specimen. Aelianus Ποικίλης libro sexto, c. 11.  
 ψιλαῖς ταῖς χερσὶ πρὸς ναθωπλισμένους ἀγωνιζόμενος,  
 εὔκλεῶς τὸν βίον ἐτελεύτα. πατρόθεν οὖν τὸν νεανίαν  
 προσεῖπον, κυδαίνων αὐτὸν Ὁμηρικῶς. At Sardanapalo  
 etiam aliud fuit nomen, paucis hodie notum, Κονοσκογ-  
 κόλορος. ἐφ' οὗ τοῦ τάφου ἐπιγεγράφθαι Φησὶ Χρύ-  
 σιππος τάδε. Inscriptio haec literis Assyriacis, quem-  
 admodum et Strabo scribit, fuerat concepta. Graeci  
 eam variis modis expresserunt, prosa alias, alias versu:  
 item alias totam, alias ex parte: prout nempe argu-p. 584,  
 mento suo quisque convenire judicabat. Sic lib. 12.  
 ut probaret Athenaeus non penitus otiosum vixisse Sar-  
 danapalum, profert ex illa inscriptione verba quibus  
 dicebatur Tarsum et Anchialam die una condidisse.  
 Chrysippus vero, unde ista nunc describuntur, de lúxi  
 illius tantum agebat. Quare fallitur Dalecamp. qui ex  
 Strabone et libro 12. ut ait, hoc sine ratione infercit,  
 quae sunt prorsus aliena huic loco. Ut taceam de libris  
 antiquis: per quos illi non licet esse liberaли. Θυμὸν  
 ἀέξειν poetica phrasis est, pro genio indulgere, et animo  
 suo morem gerere. non aliter debuit accipi in epitaphio Sardanapali, Εὗ εἰδὼς ὅτι Θυητὸς ἐΦυς σὸν Θυμὸν  
 ἀέξεις Τερπόμενος θαλίησι. Familiare poetis verbum  
 αὐξεῖν ut lib. quarto dicebamus. paulo aliter in epi-  
 grammate Bacchidae, πάντα τῷ ψυχᾷ δόμεν. sententia  
 eadem. at diverso sensu συμφράδμονα Θυμὸν ἀέξειν alias  
 poeta, ut libro superiore dicebamus capite septimo.  
 Quinto versu scripsimus cum antiquis, τὰ δὲ πολλὰ ναὶ  
 ὅλβια πάντα λέλυνται. alii libri λέλειπται, quod videtur  
 ab iis profectum qui putabant suisse dicendum λέλυται:

cum tamen probissimum sit λέλυνται, ut apud poetam, καὶ σπάρτα λέλυνται, corrupta sunt, perierunt. tamen in parodia Chrysippi est λέλειπται. Τούφημερον ζῆν ἥδεως. Scrib. τούφ' ἡμέραν. et verte ista, Μικροῦ δὲ βιότου ζῶντ' ἐπαύρεσθαι χρεών, vita quae sit tam brevis. dum vivimus frui oportet. ἐκ θεῶν δυστυχῆς in versiculis Amphidis, dicitur homo diis exosus, et divinitus infelix: ὃ περ συμβέβηκε συμφορὰ θεήλατος. Prior Bacchidae versuum male vulgo scribitur, Πἰεν, Φάγεν, καὶ πάντα τῷ ψυχῇ δόμεν. restitue Doricam scripturam, Πἰεν, Φαγὲν pro πιεῖν et Φαγεῖν.

πλέονα τῆς μέσης καλουμένης κωμῳδίας ἀναγγούς δράματα τῶν ὄντακοσίων, καὶ τούτων ἐκλογὰς ποιησάμενος. Magnae diligentiae exemplum. Ait legisse et excerpisse se plures octingentas fabulas mediae comoediae. non existimandum est negligentius versatum fuisse in aliis fabulis, qua novae, qua antiquae comoediae. Adde his tragicorum dramata; item alios omnis generis poetas, et illorum interpretes veteres criticos. Taceo historicos et philosophicos, quorum omnium scripta legisse vel sola, improbus sit labos. Athenaeus vero cum ex horum libris, tum ex aliis omnibus sibi lectis, excerpta consecerat viatica, ut saepe dictum nobis. Caeterum in numero hic posito haeremus: quia legere meminimus mediae comoediae fabulas fuisse solum DCXVII. Auctor προλεγομένων in Aristophanem: Τῆς μὲν οὖν μέσης κωμῳδίας εἰσὶ ποιηταὶ νῦν. καὶ τούτων δράματα χιζοῦ. [Potest tamen ratio afferri hujus diversitatis apprime probabilis: nam criticus ille eorum Prolegomenon auctor de iis tantum dramatis videtur sensisse quae fuerant producta in scenam et Didascaliis inserta. Athenaeus tam de iis quae adnotata fuerant in Didascaliis quam de aliis: vide quae scripsimus libro sexto, capite septimo, sub

p. 585. finem. Fortasse etiam in illis Prolegomenis pro χιζοῦ. DCXVII. scribendum est αἱζοῦ MXVII.] ἀλλὰ οὐδὲ οἱ τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγραφὰς ποιησάμενοι. concise dictum τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγρ. pro, τὰς ἀναγραφὰς τῶν ἐν τῆς βιβλιοθήκης τῆς ἐν Περγάμῳ eos enim intelligit: qui indices collegerant et conscripserant librorum qui erant Pergami in bibliotheca regum Attalicorum. Nebulonis illius mens qui in Alexidis Asotodidascallo pronuntiabat ista

Tί ταῦτα ληροῖς Φληναφῶν ἄτω κάτω  
λύκειον, Ἀκαδημίαν, Ωλεῖον, πύλας,  
λήρους σοφιστῶν;

suit haec: sapientiam et sapientium scholas omnes p[re]luxu et voluptaria vita, meras nugas esse. Itaque non possumus πύλας interpretari de Thermopylis et Amphyctyonum confessu. quid enim illis cum sapientiae studiis? Si vera ea scriptura, referam ad mendicabula philosophorum et areatalogos, qui passim per urbium portas, per plateas, per angiportos, et publica omnia loca oberrantes, de virtute multa declamitabant. Viderint tamen eruditum num sit potius legendum, Λύνιον, Ἀναδημίαν. Ωἰδεῖον, Ποικίλην. MSS. quod nunc primum observo, praferunt, ὡδεῖον πύλας. Πίνωμεν ἐκπίνωμεν ..... σικῶν. Male affectus versus in omnibus libris. In quibusdam ἐμπίνωμεν, et in extremo συκῶν. nihil ex cogito: nisi cui non displiceat, ἐκ κυλίων συχνῶν. Sed veram hujus versiculi lectionem imputat nobis codex Huraldius. ille quidem corruptus: verum ita, ut ad veram scripturam nos ducat quasi manu. Ita ille, Πίνωμεν, ἐκπίνωμένω σικῶν. luce clarissimum scribendum esse, Πίνωμεν, ἐκπίνωμεν ὡς Σικῶν, Σικῶν. Proprium viri nomen fuit apud Graecos, Sicon, ut observabamus lib. nono, cap. 6. Servile, opinor, nomen id erat, ut pleraque Graecorum duum syllabarum, aut unius. Τύρβαζες μανῆν, γαστρὸς οὐδὲν ἥδιον. Ajo scribendum vel invitis libris, Τύρβαζες Μάνη γαστρὸς οὐδὲν ἥδιον. O Manes, dede te voluptati: ventre nihil suavius. Manes servile nomen, ut sciunt omnes. quod autem servos alloquatatur iste, testantur verba superiora, οἰνότην πεποιῆσθαι προτρεπόμενον τοὺς ὁμοδούλους. At τυρβάζειν id esse quod expressimus, non quod interpretes, ex Suida potest probari: qui τύρβην interpretatur ἀπόλαυσιν, vitam volup tuariorum, et eorum quos vocat philosophus ἀπολαυστικούς. inde igitur τυρβάζειν, vivere eam vitam. ἀπεσχεδιασάντες τὸν Τερψίωνα καὶ περὶ τῆς χελώνης ἡ Φαγεῖν, ἢ μὴ Φαγεῖν. Explicatur hoc proverbium a Zenobio, et ejus auctor Terpsion dicitur etiam illi. Apponam ejus verba et simul emendabo "Η δεῖ χελώνης ιρέα Φαγεῖν ἢ μὴ Φαγεῖν. Τῆς χελώνης ὄλγα ιρέα βρωθέντα στρόφους ποιεῖ. πολλὰ δὲ παθαίρει. ὅθεν ἡ παρομία. ἔτεροι δὲ ἐπὶ τῶν ἀρχομένων ὄρμαχν ἐπὶ τι, στραγγευομένων δέ. Φασὶ δὲ αὐτὴν Τερψίωνος εἶναι. Testudinis carnes si intra modum edantur generant tormina: si majora copia, purgant. unde natum proverbium, Testudinis carnes aut comedere oportet, aut non comedere. Alii putant dici de iis, qui magno

p. 586. *impetu rem aliquam inchoarunt, sed postea languidos se praebent. auctor dicitur esse Terpsio. In Zenobii libris pessime scriptum, στρατευομένων δέ. atque idem error etiam apud Suidam. fecimus στραγγευομένων. quae emendatio fidejussorem, credo, non desiderat. [Utitur eleganter hoc proverbio Actuarius initio libri 4. Ἡ μὲν παροιμία Φησίν, ait, χελώνης πρέχ ἡ Φαγεῖν, ἡ μὴ Φαγεῖν. ἐγὼ δὲ μικρόν τι τὴν παροιμίαν παρῳδήσας Φαίην ἀν ταῖς ποικίλαις καὶ πολυειδέσι τῶν ὑποθέσεων, ἡ μὴ ἐγχειρεῖν προσῆκον, ἡ τοὺς ἐγχειροῦντας ἀνάγκη καὶ συμπληροῦν. In editione Graecolatina Proverbiorum Zenobii et aliorum, quam infeliciter superior locus sit expressus intelligent, qui nostra cum illa versione contendunt.]*

---

#### CAPUT QUARTUM.

*Dorion συγγραφεὺς ὄψιολόγος et κρουματοποίος.*

*Mylon oppidum Aegypti: Zenopolisdon. aequitas animi sapienti est pro condimento. Dorionis dictum de locusta marina. Nicoereon tyran-nus. Lepidi versus de mente tibiaeinum expli-cantur. pisces Dorioni dicti Θεοί. Timothei poetae Nauplius. ὄπτος. Epicharmi Λόγος ἡ λογίναι. νότος λαμπρός. Alexidis Demetrius versa a Turpilio. Antiphonis Ἀλιευομένη. καλλιμέδων pro locusta. γόγγρος. Simigolas Atheniensis. ἐρεθίζειν sive ἐρέθειν ὠδὰν, et ἐρεθίσματα.*

**L**IBRO superiore saepissime usus est auctor testimoniis Dorionis, in explicanda piscium historia. Is auctor obscurus fuit et paucis cognitus: ideo miratur Democritus, inter ὄψιολόγους, et eos qui de piscibus scripserunt, eum censeri, qui in eruditorum vulgus non aliter innotuerit quam ceu κρουματοποίος, id est, magister symphoniae, aut nescio quorum musicorum instrumentorum pulsator. Πόθεν δ' ὑμῖν ᾖ σοφώτατοι, inquit, ἐπῆλθε, καὶ ὁ ὄψιολόγος Δωρίων, ᾖς καὶ συγγραφεύς τις γενόμενος, ὃν ἐγὼ κρουματοποίον οἶδα ὄνομαζόμενον καὶ Φίλιχθυν, συγγραφέα δὲ οὐ. clarissima verba obscurant

interpretes, dum ὄψιλόγος aliter vertunt quam oportuit. sed et corrumpunt iidem, cum temere emendant, cum hic, tum aliis etiam in locis, χρωματοποιὸν, pro ἡρουματοποιόν. meminerant videlicet inter modulationum genera quae a musicis explicantur *chromata* nominari. ceu vero non et ἡρούματα sint musicorum: de quibus tam multa Plato, Aristoteles, Plutarchus. Illud potius meminissent in Plutarchi commentario De musica, ἡρουμάτων ποιητὴν dici, quem una dictione ἡρουματοποιὸν vocat auctor. Minus autem mirandum est, de hoc Dorione quaedam Athenaeo suisse comperta, quae vulgo doctis essent incognita, nam et Athenaeus Aegyptius fuit, et Dorion quoque, aut in Aegypto certe vixit: quod docent nos Machonis de Dorione verba, 'Ο ἡρουματοποιὸς Δωρίων ποτ' εἰς μύλων' Ἐλθών. nam Mylon Aegyptiaci oppidi nomen teste Hermolao Byzantio. Quintum versum Machonis, 'Ιδών τ' ἐπιθύοντα τὸν νεωκόρον: malim ita scribi, 'Ιδών τ' ἐπειτα θύοντα τὸν νεω-

p. 587:

κόρον. In octavo facit poeta mentionem fani cuiusdam Ζηνοποσειθῶνος: id est, Jovineptuni. Nam interdum veteres duo numina in uno signo coluerunt: unde illa nomina apud M. Tullium, *Hermathena*, *Hermēraclia*, et hic Zenoposidon. Egregium est Dorionis apophthegma quod statim commemoratur. ἐπαινοῦντος ἄλλου τὰ τῶν θύνων ὑπογχόστρια. οὐκὶ μάλα ἔφη δεῖ μέντοι γε οὖν ἐσθίειν αὐτὰ ὥσπερ ἔγω ἐσθίω. εἰπόντος δὲ, πῶς; οὐ δὲ, πῶς; ηδέως, ἔφη. Omnia quibus vescimur, atque adeo quaecunque in longa vita mortalibus eveniunt, vel per se et natura sua nobis grata sunt, vel possunt fieri. Nam qui sapienter vitam instituant, si non possunt quod volunt, id volunt quod possunt. Dorionis haec mens fuit, cum diceret, probari sibi thunnorum abdomina, et bonum cibum videri: non quod talis esset natura sua: sed quia ipse talem efficiebat, aequitatem animi pro condimento adhibens, et moderationem, per quam vel mali saporis cibi palato comedentis sapiant. Hoc voluit Dorion: neque obstat quod Archestratus et poetae alii quorum in his libris verba recitantur, laudare hypogastria thunnorum videntur: nam si deterioribus comparantur, laudem mereantur non injuria: si cum aliis non contendantur, et illa et omnia alia salsamentorum genera beatorum mensis parum digna. Ideo dicebat Galenus in tertio de facult. alim. pisces τοὺς τεμαχιζόμενους καὶ ταριχευομένους ἐδωδήγη εἶναι ἀνθρώπων τῶν

**ἐπιτυχόντων.** Ajebat idem Dorion, τοὺς παράβους τρία  
ἔχειν, διατριβὴν, ναι εὐωχλὰν ναι θεωρίαν. locutas  
marinas tria habere, (id est, ad haec tria esse com-  
moda) oblectationem, escam, et contemplationem. non  
intellexerunt hunc locum qui verterunt, διατριβὴν exer-  
citationem. Jocundas occupationes ad tempus fallendum  
et otium oblectandum, διατριβὰς vocant Graeci. Locu-  
stae vero marinae ea compages ac fabrica est, ut paegnii  
et ludicri cujusdam loco haberri queat. θεωρίαν appellat,  
opificii divini in natura hujus aquatilis sedulam consi-  
derationem. Quando vixerit Dorion non est difficile  
cognitu ex sequentibus, ἐν Κύπρῳ παρὰ Νικορέοντι  
δειπνῶν, ἐπήνεστο ποτήριόν τι· ναι ὁ Νικορέων ἔφη, ὁ  
ἄν βούλη ὁ αὐτὸς τεχνίτης ποιήσει σοι ἔτερον. σοι γα  
ἔφη, ἐμοὶ δὲ τοῦτο δός. coenans in Cypro apud Nico-  
creontem, laudavit poculum quoddam: tum Nicocreon,  
Quod volueris cumque, inquit, idem artifex simile  
alterum tibi conficiet, at Dorion, Tibi quidem, ait:  
mihi vero da tu nunc istud, Nicocreon hic Cypri ty-  
rannus vixit Isocrati aequalis. Melius autem et uberiore  
sententia MSS. ὁ ἄν βούλη: quam interpretes, εἰς τὸν βούλη.  
quasi dicat Nicocreon, ex omnibus generibus poculorum  
quae vides in cylicio apposita, elige quod maxime pro-  
baveris, et simile illi alterum confici tibi. De more  
apponendi cylicium, libri undecimi initio. Non carent  
difficultate versiculi lepidissimi, quibus negatur mens  
inesse tibicinibus. Sunt autem hi.

'Ανδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέψυσαν,  
ἀλλ' ἄμα τῷ Φυσᾶν χ' ὡς νόος ἐπέταται.

p. 583. posteriore istorum versuum dicuntur tibicines dum tibias  
inflant mentem amittere. si amittunt, ergo habent. quare  
falsum illud in priore, θεοὶ νόον οὐκ ἐνέψυσαν. Aut  
igitur commoda interpretatione molliendum quod dictum  
videtur est duriuscule: et accipiendum, quasi diceret,  
datam quidem et tibicinibus mentem a diis: sed non  
firmam nec perpetuam: verum quae tunc illis adimatur,  
cum tibias inflant. aut legendum, 'Ανδρὶ μὲν αὐλητῆρι  
θεοὶ νόον εἰσενέψυσαν. Stant ab hac emendatione, non  
codices quidem, in queis vulgata lectio habetur: sed  
particulae μὲν et ἀλλά: si volumus earum vim recta-  
ratione expendere. Jussérat Dorion puerum opsonato-  
rem pisces emere: cum ille non fecisset, herus flagris  
eum caecidit, atque inter vapulaundum jussit optimorum  
pisium nomina recitare. morem gerit misellus, et or-

phum, glauciscum, congrum et similes his alios nominat  
 tum Dorion, *Ego tamen, inquit, piscium nomina iussi dicere, non deorum*, cur pisces illos appellat Deos? an  
 haec acciderunt cum adhuc in Aegypto esset Dorion? ibi enim plerosque pisces pro numinibus fuisse cultos,  
 testantur veteres comici, ut libro septimo legere est. Verius censeo, Dorionem cum esset insigniter piscium  
 amans, (unde illi Philichthys cognomen) et de eo ge-  
 nere hominum quibus venter Deus est, ut beatus Paulus  
 ait, piscium illos qui palato suo maxime saperent, ap-  
 pellas deos. Notamus tale quid et libro 14. cap. duo-  
 decimo. Ait, ὁ αὐτὸς Δωρίων παταγελῶν τοῦ ἐν τῷ  
 Τιμοθέου Ναυτιλῷ χειμῶνος. Lego Ναυπλίῳ. Non enim  
*Nautilus* sed *Nauplius* fecerat poeta Timotheus. Sui-  
 das nominat Πέρσας ἢ Ναύπλιον. De Nauplio quod  
 facit *huc leges in Apollodori Bibliotheca libr. 11.* Lasi  
 Hermioneensis vetustissimi sapientis, et ut quidam arbi-  
 trati sunt, unius e septem, jocus, dicentis, τὸν ὀμόν  
 ιχθῦν ὄπτον εἶναι, specie analogiae ludit nos. nam ut  
 dicimus γοντὸν ὁ ἔστι γονῖαι, et ἀνουστὸν ὁ ἔστιν ἀνοῦ-  
 σαι. sic prorsus ὁ ἔστιν ὄπτειν τοῦτο ἔστιν ὄπτον. Athe-  
 naeus dum scribit, ναὶ ὁ ἔστιν ἴδεῖν, τοῦτο ἔστιν ὄπτον,  
 manifestissimam analogiam fecit esse obscurissimam, cor-  
 rupta argumentatione quae dicitur a conjugatis. sed  
 vitavit obsoletum verbum ὄπτειν, pro ἴδεῖν videre. extat  
 in vetere senatusconsulto Lacedaemoniorum de Timo-  
 theo, quod recitamus capite 11. hujus. nisi malumus ex  
 glossimate τὸ ἴδεῖν in contextum irrepsisse. Verum est  
 autem, ab ὄπται fieri ὄπτος *visibilis*. [unde εὔοπτος  
 frequens verbum etiam optimis scriptoribus.] at ὄπτος  
*affus*, contractum est ex ὄπτηται. Addit dipnosophista,  
 τοιαῦτα δὲ καὶ Ἐπίχαρμος παίζει, ὥσπερ ἐν λόγῳ καὶ  
 λόγον εἶναι. haec sunt corrupta sine dubio: et si conatus  
 est eruditissimus Dalecamp. sensum commodum reperire  
 aliquem. Ego memini reperire laudatam Epicharmi  
 fabulam cuius titulus scriberetur *Λόγος* ἢ *λογίναι*: quod  
 et si non satis assequor, et suspectum etiam habeo: ta-  
 men certus sum ejus comoediae indicem hoc loco re-  
 stituendum esse: plura diximus de illius Epicharmeae  
 fabulae titulo, libro tertio, capite 33. Vide quae ad p. 589.  
 illum locum nunc addidimus. Caeterum de eo dramate  
 et caeteris ejus poetae dicendum nobis alibi accurate.  
*Δαμπρὸν ἀνεμον* Graeci appellant vehementem et *σφόδρα πνέοντα*. Sýnesius, ἔπειτα καὶ νότος συνεπιλαμβάνει

λαμπρὸς, ὃ φ' οὐ ταχὺ τὴν γῆν ἀπεκρύπτομεν. Ita accipi debuit ea vox in his Alexidis, Πρότερον μὲν εἰ πνεύσεις βορρᾶς ἦν ρότος. Ἐν τῇ θαλάττῃ λαμπρὸς, ἵχθυς οὐκ ἐνῆν. nam qui aliter distinguunt in errore versantur. Caeterum Alexidis *Demetrium* unde erant superiores versus, Turpilius verterat Barbare, ut ait Plautus. nam inde citat Nonius, *Antea si stabat aquilo aut auster, inopia, Erat piscati.* quae est verborum Alexidis interpretatio paene ad verbum, imo ad literam. Antiphonis 'Αλιευομένην memorat Pollux libro nono. In ea fabula inducebatur quidam pisces emens a piscatore, vel a piscario. Ac primum sepias dari sibi postulat, ut more emturrentium dispiciat quam bonae sint. Poetae verba videamus: quae quidem ita scribuntur,

Τῆς σηπιάδος πρῶτον Ἡράκλεις ἄναξ,  
ἄπαντα τεθολώνασιν. οὐ βαλεῖς πάλιν  
εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ πλυνεῖς, μὴ Φῶσ! σε  
δωρίας ἀλλ' οὐδὲ σηπιάς εἰληφέναι.

Primus versus sic emendandus, Τὰς σηπιάς δὸς πρῶτον. 'Ἡρακλ. Similiter versu sexto ἀπόδος. Videntur fuisse vivae sepiiae de quibus hic poeta. quas cum prehendit emptor: illae atramento suo et illum et se inquinant. quod poeta dixit, άπαντα τεθολώνασι. Ideo petit emperor a venditore ut ipsas in mare projiciat abluendas: ne, inquit, cepisse dicaris non sepias, sed δωρίας. sed haec vox corrupta alterius locum occupat. nam interpretum somnia vigilantibus non possunt placere. Sententia hanc aut similem huic scripturam flagitat, Σιωρ μιαρὸν οὐχὶ σηπιάς εἰληφέναι. vel 'Απόπατον οὐχὶ σ. Sequentia ita concipi debent:

Τὸν κάραβον δὲ τόνδε πρὸς τὰς μαϊνίδας  
ἀπόδος· παχύς γε νὴ Δί', ὦ Ζεῦ! τίς ποτε  
ὦ καλλιμέδων σὲ κατέδει ἄρτι τῶν Φίλων.

Scripsimus minuscula litera initiante nomen καλλιμέδων. Nam ea vox hoc loco locustam significat, estque plane idem ac κάραβος. Callimedon orator fuit Athenis, ut toties dictum, cui cognomen Καράβως. comicus alterum nomen alterius loco usurpavit μεταληπτικῶς. In quo venustatem esse non translatitiam fatebuntur, qui erunt harum rerum idonei judices. Multa interpretes de hoc genere μεταλήψεως, et Strabo etiam aliquid. Aliter longe hic docti: sed non debuerant. Versu 12. scribendum, Καὶ τὸν Σιωπῆς γόγγρον, ἥδη τραχυτέρας "Ἐχουτ' ἀκάνθας. Petulantia comica Callimedonem perstringit, ut

yetulae Sinopes amatorem: quam ne in extremo quidem senio artem desuisse, Anaxilae versus docent libro 13.  
 οι Σινώπη δ' αὐτούς συνόντες οὐχ ὕδρα σύνεισι νῦν; Γραῦς  
 μὲν γάρ αὕτη. In effoeta anū γόγγρου appellat eam  
 partem, quam alii poetæ κῆπον, λειμῶνα, Χοῖρον. 15  
 verbum corrige, et scribe, — ἀλλὰ κίθαρον οὗτος! Οὐ  
 ἀνήδη τὰς χεῖρας οὐκ ἀφέξεται. *Smigolas hic, inquit,* p. 590.  
*quaecumque citharum viderit, in eum manus injiciet.*  
 19. corruptissimus est, 'Ανδρωτάριστον κωβίὸν πηδῶντ'  
 ἔτι. Vel caecus, prope dixerim, videat scribendum;  
 'Ανδρῶν δ' ἄριστον Κωβίὸν πηδῶντ', quanquam in codd.  
 optimis invenimus αὐδρωτάριχον. quod minus placet.  
 Ludit poeta, et gobionem piscem non suo nomine ap-  
 pellat, sed cuiusdam Gobionis viri Atheniensis de quo  
 habes non multo post. Hunc aliquando Pythionice ama-  
 torem habuit. ideo addit iste, Gobionem hunc Πρὸς  
 Πυθιονίκην τὴν παλῆν πέμψαι με δεῖ. sed meretrix non  
 diu Gobionem amavit: quin mox insuper habuit, et ad  
 divitis cuiusdam falsamentarii filios animum convertit.  
 Declarant ista manifestissime, si modo scribantur recte:  
 hoc nempe modo. ἀλλ' ὅμως οὐ γεύσεται. 'Ἐπὶ τὸ τάρι-  
 χός ἐστιν ὡρμηνῆα γάρ. quamvis (ait) gobius quem ad  
 Pythionicem mittit est pinguis ac succulentus (errant,  
 qui illa mutant, 'Ἄδρος γάρ ἐστι.) illa tamen, scio,  
 ipsum habebit despiciatui: nam ad falsamentum suum  
 jam animum et amorem transtulit. Athenaeus ipse ex-  
 plicat statim. Postremo ait poeta,

'Αφύας δὲ λεπτὰς τάσδε καὶ τὴν τρυγόνα,  
 χωρὶς Θεανοῖ εἰ εὑρεθῆ καντιρρόπους.

legendum: εἰ εὑρεθῇ γ' ἀντίρροπος. si invenietur pasti-  
 naca aequi ponderis. Jocus videtur esse in parvam  
 Theartus staturam. Paene praeterieram Smigolam de  
 quo hic auctor, et Antiphanes etiam in praecedentibus  
 versibus, corrupto nomine sic nuncupari. nam verum  
 est Μισγόλας, ut semper in Aeschinis libris. Hesychius,  
 μισγόλας, θόρυβος. sed hic proprium est viri nomen,  
 aut ut in Excerptis Σμισγόλας, quod Αττικώτερον est.  
 simili errore σμιγεσθαῖς alio loco offendimus, pro μισγε-  
 σθαῖς aut σμισγεσθαῖς. De hoc Misgola postquam reci-  
 tasset dipnosophista Aeschinis verba, quibus ait, ipsum  
 circa musicam et citharoedos ἐσπουδακέναις δασκονίως,  
 subjiciuntur Teleclidis e Phaone versus iii, 'Ο Σμισγόλας  
 (scribe Σμισγόλας) οὐ προσέρατοι φαίνεται Ανθοῦσι  
 τοῖς νέοισιν ἥρεθισμένος: ubi si postrema vox nihil aliud

significat quam quod interpretes exprimunt, qui vertere *irritatus*, nescias quo hic locus pertineat. Enimvero si antecedentia legimus non somnolente, facile intelligemus probatum esse auctorem Misgolam tibicinibus et instrumentis musicis fuisse deditissimum. Vocem igitur ἡρεθισμένος interpretetur opus est, non *stimulatus*: sed καταυλούμενος καὶ ψαλλόμενος ἢ κιθαρίζόμενος, cantu oblectatus, aut tibiarum flatu. Nam et ἐρεθεῖν ὠδὰν pro *canere* observavimus dixisse Theocritum in Piscatoribus: — ἐκ βλεφάρων δὲ "Τπνον ἀπωσάμενοι σφετέραις Φρεσὶν ἡρεθον ὠδάν. et ἐρεθίζειν pro *susurro* oblectare, apud Anacreontem. Παρὰ δ' αὐτῷ ἐρεθίζει Πηγὴ ρέουσα Πειθοῦς. Idem poeta ut refert Athenaeus, Musicam dixit esse συμποσίων ἐρεθισμα, γυναικῶν ἡπερόπενμα. id est, *conviviorum oblectamentum, mulierum deceptionem*. proprie ita vocatur aemulatio plurium musicorum, et ex ea manans voluptas. Chorus apud

p. 591. comicum in Nebulis laudans Athenas, ait, vere ibi esse εὔκελάδων χορῶν ἐρεθισματα. scholia stes explicat, ἀμίλλας, ἢ ὄργανα μουσικά. Scribe, Τὸν Συισγόλαν· οὐ γὰρ κιθαριδός εἰμ' ἔγώ. vel metri modulus in hoc et superiori senario doceat sic debere scribi hoc nomen. [Qui superioribus in locis τερετίζειν et τερέτισμα putant rescribendum, non habent me assentientem.]

## CAPUT QUINTUM.

*Nicoclis Acarii. Pythonicae amatores cur Scombri dicti. ἀλμη ἀγρια. ὄψον, piscarium forum. καταγίζειν εἰς τοῦψον vel εἰς τὴν ἀγοράν. pisces oleo ἀλείφειν καὶ λούειν. ὄρνιθιος ζωμός. Androcydis ὄψοφάγου tabula de Scyllae pescatione. Timothei Charon ὁ ἐκ Νιόβης. Charonis πορθμὸς aut πορθμῖς. γαστὴρ ἐπιθεμένη ex cholera morbo. larus. Syrorum a piscibus abstinentia. alia item multa.*

*PYTHONICEN amasse Chaerephili salfamentarii filios, probatur duplici testimonio Nicoclis comici, ex *Acaris*. obscurus hic poeta: drama istud illud obscurissimum: menda codicis, opinor, non obscura. Suidas qui dili-*

gentissime comicos veteres ex Athenaeo commemoravit, et plerasque eorum fabulas, Ἀναρίων non meminit, ac ne poetae quidem hujus nomen posuit. Athenaeus quoque neque poetam hunc, neque fabulam hanc laudat alibi. Quid multa? Scribendum censeo, ὡς Τιμοκλῆς εὐ Ιαρπίοις Φησί. Timocles ex hoc scriptore et Suida, notissimus. *Icarios* autem illius et noster citat aliquanto post: et Suidas agnoscit, inter ejus fabulas: Anytus cuius in priore testimonio mentionem facit Nicocles, is videtur esse quem accusatio Socratis omnibus notum fecit. Hunc ait ita a Pythionica solitum invitari ὄπόταν Χαιρεφίλου τοὺς δύο σκόμβρους ξενίση μεγάλους ἥδομένη. non sine causa malit aliquis μεγάλως. sed stare potest quod editur. perpetuum stolidorum convitium, ut vocentur *magni*. tales erant isti Pythionicae amatores: stolidi, inquam, insipidi, insulti: unde etiam *Scombrorum* cognomen invenerunt: quod virus falsamentorum redolerent, falsis muriaticis similes, de quibus Plautus, Paenulo:

*Soror cogita amabo, item nos perhiberi*

*Quasi salsa muriatica esse autumantur:*

*Sine omni lepore, et sine suavitate.*

*Nisi multa aqua et diu macerantur,*

*Olent, salsa sunt, tangere ut non velis: item nos sumus*

*Ejusmodi mulieres sunt insultae*

*Admodum atque invenustae sine munditia et sumtu.*

Ex hoc elegantissimo loco intelligimus, cur σκόμβρους poeta hic, atque alii vulgo appellant Pythionicae amatores: perinde enim est ac si eos vocarent τάριχους vel ἥλυην, quemadmodum alibi loquitur Athenaeus, et nos in loco exposuimus. atque adeo hic ipse poeta in verbis qui sequuntur, eosdem illos fratres vocat τάριχους αἱ ταῦτα ἀνάλτους οὐαὶ πλατυρρύγχους, falsamenta, et p. 592. uidem insulta, ac deformia ob nasi latitudinem. τὴν ἥλυην appellat ἀγρίαν Axionicus infra hoc libro: quia muria tetrum virus solet exhalare. unde etiam dicitur ibro tertio τάριχος βρωμώδης. In sexto etiam Cerybion uidam Σκόμβρος nominatur isto versu Alexidis, Ἐπειτα ρόρδος, Κωβίων, Κηρυβίων ὁ σκόμβρος. sed Chaerephili sius filiis maxime hoc cognomen adhaesit. Alexis in pidauro,

Τοὺς Χαιρεφίλου δ' υἱεῖς Ἀθηναίους ὅτε  
εἰσήγαγεν τάριχος· οὓς οὐαὶ Τιμοκλῆς  
Ιδῶν ἐπὶ τῶν ἵππων δύο σκόμβρους ἔφη  
ἐν τοῖς σατύροις εἶναι.

In proxima Nicoclis ecloga, quarto versu scribit Dalec.  
 "Ομως δὲ δοῦνατ σοι πέλευσον σαρδίνους. nihil melius  
 possum excogitare. quanquam et σαργίνους inter species  
 mugilum invenies. Sequuntur ista, εὐπόρως γὰρ τυγ-  
 χάνει." Εχουσα, καὶ σύνεστιν ἄπερ + δ' εἰς δύσιν: unde  
 fecit Dalec. καὶ σύνεστι ταρίχους δύσιν. quae vera lectio  
 est, aut ista certe [quam excogitavit illustris Scaliger e  
 vestigiis corruptae non longe abiens: καὶ σύνεστι σαπέρ-  
 δαις εἰς δύσιν. toto die ad solis usque occasum rem  
 habuit, cum saperdis, id est, saperdas esitavit. συνεῖναι  
 σαπέρδαις, ut ὄμιλεῖν cibo, quod ante exposuimus.]  
 Mox scribi malim, "Αλεξίς ἐν Κρατεύα ἡ Φαρμακοπώλη."  
 caussam ante exposuimus. In eo Alexidis loco recte  
 libri omnes, "Ἄς οὐδὲ Μελάμπους ὃς μόνος τὰς Προιτί-  
 δας: nec scio undo sit, quod legitur in Latino textu  
*Melanthus*. Taceo Graecorum de hoc testimonia. adea-  
 tur ad Servium super illō, *Proetides implerunt falsis  
 mugitibus agros*. Notum est solitos Athienenses varia  
 fora, aut fori partes, de nominibus rerum quae ibi  
 vaenales prostarent, nominare. Sic passim accipi debent  
 apud scriptores Atticos εἰς τοῦλαιον, εἰς τὰς χύτρας,  
 εἰς τὰ σκόρδα, et quod usitatissimum, εἰς τοὺς ἵχθύας,  
 hoc est, *forum piscarium*: quod et ἵχθυόπωλις et ὄψό-  
 πωλις ἀγορὰ, aut simpliciter ὄψον. Nam omnino in-  
 terpretari debes ὄψον *forum piscarium* in istis Alexidis,  
 quae auctor subjicit,

'Αγορανομήσεις ἀν Θεοὶ θέλωσι σύ·

Ὕνα Καλλιμέδοντ' εἰς τοῦψον, εἰ Φιλεῖς ἐμὲ,  
 παύσης παταιγίζοντα, δι' ὅλης ἡμέρας.

breviter poeta Callimedontem, magnum gluttonem pisces-  
 vorare, procellae comparat, quae in *forum piscarium*  
 incumbens omnia everrat cum pulvisculo, nedum an-  
 nonam excandefaciat. Ita accipiendo est verbum πα-  
 ταιγίζειν. atque ut παταιγίζειν εἰς τοῦψον Alexis hic  
 dixit, pro *forum piscarium* procellae *instar turbare*,  
 sic in Demetrio παταιγίζειν εἰς τὴν ἀγορὰν, poeta idem,  
 cuius verba sunt cum superioribus conferenda;

Τούτοις Φάϋλλος προσγέγονε, χειμῶν τρίτος.

ἐπὰν γὰρ ἐκνεφίας παταιγίσας τύχη

εἰς τὴν ἀγορὰν, τοῦψον πριάμενος οἴχεται.

Scribe in Eubuli ecloga, "Ἐτεροι δὲ τοῖς Θεοῖσι· vel Ἐτε-  
 ροι δ' ἔταιροισι. et τεμαχίτας, cum MSS. per ι, non γ.  
 In iis quae ex Theophilo τὸ πατρός alterius vocis, ut  
 videtur locum occupat. Deinceps enumerantur quidam

οὐφάγοι, id est, *piscivori*: quo in catalogo primus p. 593. recensetur Antagoras. Αὐταγόρας, inquit, ὁ ποιητὴς οὐκ εἴς τὸν παῖδα ἀλεῖψαι τὸν ἵχθυν, ἀλλὰ λοῦσαι. Dalec. verba ἀλεῖψαι et λοῦσαι transtulit alterum in alterius locum: non video quid ea ratione vigoris afferatur languenti sententiae. Quid si ita interpretemur? Antagoram pueru suo solitum praecipere, ut pisces quos sibi pararet, non oleo inungeret, ut fieri amat, sed oleo lavaret, λούειν, majus est aliquid, et sumptus certe majoris quam ἀλεῖφειν. An eo modo gratia aliqua pisci concilietur, viderint μαγείρων παῖδες. Si ita est, scribendum, οὐκ εἴς τὸν παῖδα ἐλαῖω ἀλεῖψαι τὸν ἵχθυν, ἀλλὰ λοῦσαι. quae subdita est de eodem Antagora et Antigono rege historia extat in Apophthegmatis et Symposiacis Plutarchi. Dein refertur ejusdem Antagorae dictum, quo negabat se vel matris fidei commissurum jusculum ubi gallina coxisset. ἐγὼ οὖν εἴπε τῇ μητρὶ ὄρνιθειον ζωμὸν πιστεύσω; id est, *Egone ut matri meae gallinaceum jusculum credam?* Interpretes ὄρνιθειον putarunt esse idem ac πτηνὸν, et volucre jusculum nobis exhibent. O rem ridiculam, et nimis facetam! Secundus inter piscivoros refertur Androcydes pictor, qui prae amore piscium, eximie ac γραφιώτατα pinxit dicitur τοὺς περὶ τὴν Σιύλλαν ἵχθυς. Tabulam hic summo artificio elaboraverat, cuius argumentum sumpferat ex his poetae versibus de Scylla,

Αὐτοῦ δ' ἵχθυάς συοπελὸν πέριμαιμώσα  
δελφῖνάς τε οὔνας τε, ναὶ εἴποτε μεῖζον ἔλησι  
ηῆτος, ἀ μυρία βόσκει αγάστονος Αμφιτρίτη.

Expresserat igitur in ea tabula Androcydes Scyllam pescantem, et variorum piscium effigiem, colorem, et ἥθη, quae quidem penicillo potest indicare. Ac scribit etiam Plutarchus, quod piscibus mirifice oblectaretur, eo factum esse, ut ἐμπαθέστατα ναὶ ζωτιώτατα pescationem hanc reprezentaret. Sed male accepit Androcydes poetae verba: nam et si usus est verbo ἵχθυῶν, quod propriè significat *pisces capere*: tamen apud Homerum Scylla non pisces captat: sed solum delphinos, canes marinos, et cetos alios, qui appellatione ἵχθυῶν non continentur. Haec quorundam ex antiquis criticis sententia est. Tertius in οὐφάγων albo est Philoxenus Cytherius: de quo multa in his libris. Machonis septimus versus claudit ut vulgo scribitur, Κανῶς σφόδρα ἔχειν· εἴτ' ιατροῦ τινός. Stabit si scribas plene σφόδρα

et *sīτα*. In 19 Timothei Charon ὁ ἐν Νιόβῃς non illud est, quod docti volunt. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. sed est allusio ad locum Timothei *Niobe* inscriptam, ubi erat Charon inter alias tragoeiae personas. Poeta hic parum habitus ingeniosus, et multum ψυχρός. Ideo certatim illum urbani scurrae irriferunt. Ejusmodi est Dorionis crummatopoei illud non multo ante, Dorion, ait, *καταγελῶν τοῦ ἐν τῷ Τιμοθέου Ναυτίλῳ χειμῶνος Ἐφασιεν*, ἐν πανηάβᾳ ζεούσα μετζονα ἐωρακέναι χειμῶνα. Tale est etiam quod capite 11. sumus dicturi. Sed Machonem audiamus, qui morientem Philoxenum ita facit alloqui me-  
p. 594. dicum a quo interpellatus fuerat, 'Ο Τιμοθέου Χάρων σχολάζειν μ' οὐκ ἔξει, Οὐκ τῆς Νιόβῃς. χωρεῖν δὲ πορθμὸν αὐναβοῖ. Καλεῖ δὲ μοῖρα νύχιος, ἦς οὐλύειν χρεών. *Timothei*, inquit, *Charon*, ex *Niobe*, otium mihi non concedit: sed abire suam cymbam inclamat. πορθμὸν nominat Timotheus quam alii πορθμοῖ. sed vereor ut hoc persuaderi cuiquam possit Graece docto. Itaque scribendum, χωρεῖν δὲ πορθμοῖδ' αὐναβοῖ. Tolle ex isto versu, Ηὕξατο τριῶν ἔχειν τὸν λάρυγγα πηχέων, voculam τὸν, quae metrum corruptit. Elegantissime dictum est Athenaeo, Διογένης ὁ Κύων ὡμὸν πολύποδα καταφαγῶν, ἐπιθεμένης αὐτῷ τῆς γαστρὸς, ἀπέθανε. Vult dicere quod Sotades: cuius extat de obitu Diogenis Cynici versus, Πολύποδα φαγὼν ὁ Διογένης ὡμὸν τέθνησεν: et Diogenes Laertius in eadem historia, Diogenem cynicum χολερικῶς ληφθῆναι: et Censorinus quoque: *in cholera*, inquit, *solutus est*. quod quid sit, semel experti scimus, ante annos aliquot beneficio supremi numinis praesentissimo vitae periculo perfuneti. Vim ejus morbi appositissimo verbo auctor expressit. ἐπιθεμένης τῆς γαστρὸς. Est vero ἐπιτίθεσθαι, instare et persequi aliquem atque urgere. in idiotismo nostro dicimus, donner la chasse. ἐπιτίθεσθαι ή γαστήρ dicitur, fluxa alvus quae quiescere non sinit. Doctorum emendationes hujus loci cur simplici hūic interpretationi anteponamus causae non est. [Scimus Josephum Scaligerum aliquando probasse, ut πυθομένης scriberetur, hoc est, ventre corrupto et putrescente. ut apud poetam οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ. et Hesychius πυθομένων exponit σηπομένων, a πύος pus. Sed neque verisimile est Athenaeum poetica illa et obsoleta voce usurum: et nostra expositio vocis ἐπιθεμένης. ita congruit naturae morbi quem cholera dicunt, ut neglectio omnium librorum

fit sollicitanda: neque ejus vocis alia interpretatio sit quaerenda. Verbum hoc in genere de his accipitur, quae molestam habent accessionem, et infestam: sic ignis gehennae miseris ἐπιτίθεσθαι dicitur. Chrysostomus ad Theodorum lapsum: lib. secundo: οἰμώξομεν μέγα σφόδρότερον ἐπιτίθεμενης ἡμῖν τῆς φλογές.] Etiam illud Timoclis elegantissimum est: nec recte interpretibus acceptum. de Hyperide celeberrimi nominis oratore Athieniensium,

Τοὺς ἰχθυοπάλας οὗτος ἡμῶν πλουτιεῖ.  
ὅψιφάγος ὥστε τοὺς λάρους εἶναι Σύρους.

Hyperides, ait, piscarios nostros ditabit: tantus enim piscium vorator est ut illius canssa piscium praedatrices aves, ut sunt larus, gavia, mergus, et aliae, fiant Syrae: hoc est, piscibus abstinere cogantur vacuefactis mariibus: adeo profunda est Hyperidis τοῦ ὅψιφάγου gula. Larum avem esse, quae captura piscium vivat, quis potest ignorare, qui Homeri saltem illa legerit?

Σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ οὐμα, λάρω ὄρνιθι ἔσιπος,  
ὅστε κατὰ δεινοὺς πόλπους ἀλὸς ἀτρυγέτοιο  
ἰχθῦς ἀγρώσσων πύνινὰ πτερὰ δεύεται ἀλυγή.

Recte igitur exponi hic locus potest ut eum sumus interpretati: Si cui tamen fidem veri excedere sententia haec videatur (quale enim est ob unius helluonis ven- p. 595. trem maria esse exhiasta piscibus?) possimus λάρους interpretari de lurconibus aliis Hyperidi similibus: quos omnes ait poeta factos Syros. Abstinuisse Syros piscium esu, si non didicerant interpretes, qui Hyperidem falso produnt nobis Syrium, ex Diodoro, Strabone, Hygino, et Arati Graecis Latinisque interpretibus: saltem [e Xenophontis primo Ascensus Cicerone D.] Athenaeo discerent, cujus sunt verba hoc ipso in lib. non longe hinc, Οὐλπιανὸς διὰ τὰ Σύρων πάτρια ναι ἡμᾶς τῶν ἰχθύων ἀπεστέρησε. Addit, Καὶ ἐν Ἰναρίοις δὲ ὁ αὐτὸς ποιητής Φῆσιν, Τόν τ' ἰχθυόρρονν π. Praeseremus quae ex isto loco scripta offendimus in Excerptis: nam aliud nihil possimus amplius. Καὶ ἀλλαχοῦ, Τόν τε ἰχθυόρρονν ποταμὸν Υπέρειδην περάσας, ὃς μισθωτὸς ἀρδει τὰ πεδία τοῦ δεδηιότος. caetera quae in nostris libris habentur, et ille vir pro conclamatis habuit, et nos emendare quiti non sumus.

## CAPUT SEXTUM.

*Κομίξας Doricum. Timaei in Aristotelem calumnia.*  
*Atheniensium θαλαττοκρατία. εἰσπλεῖν. Nesiarchi*  
*Atheniensium: παραπομπή. νόμω κατακλείειν.*  
*Euphanes. Leuconis comoedia, Φράτερες. Pher-*  
*recratis Petala. Diocles ὄψιφάγος. Juba regis*  
*epigramma varie emendatum et illustratum.*

**ΑΛΛΟΝ** δὲ ιχθῦν μεγέθει πίσυνόν τινα. alium pisces  
*magnitudine sua fretum*, id est, permagnum et validum,  
*dictio poetica et Ionica, πίσυνος*. at interpres, διπηχυαῖον.  
*κομίξας Γλαυκός τις ἐν πόντῳ γαλεός*. Prohabili-  
 ter Dalecamp. ἐκ πόντου γαλεόν. illud κομίξας, Dori-  
 cum, ut multa apud Theocritum. Φέρω κατ' ὥμων  
 τινά. Fortasse, κατ' ὥμων τιν. et pro λιάσμασι lego  
 λιπάσμασιν, in istis, ἡ τῆς ἀγριας ἄλμης λιάσμασι σῶμα  
 λιπάνας. quid enim est λιάσμασι? nam quae de illa  
 scriptura docti viri scripserunt, non probo. ἄλμην ἀγριαν  
 exposuimus superiore capite.. Et pro καὶ μῷ ταρίχης  
 ἀγάλλη, scribendum, καὶ μῷ ταρίχη γ' ἀγάλλη. Male-  
 dicentissimo hominum Timaeo Tauromenitae qui scrip-  
 tum reliquit Aristotelem gulæ suisse deditum et ὄψιφά-  
 γον, quantum tribuendum sit ad Diogenem Laertium  
 pridem docuimus. Sapientes non dubitabunt scio fal-  
 fissima esse omnia quaecumque de divino viro Epitimaeu-  
 iste muginatus est. οὐ πάρεστι τῆς Ἀρχεστράτου.  
 λιχνεῖας ἔμφανται ύμην. Lege ἐκ τῆς Ἀρ. id est, quod.  
 licet vobis palam facere ex Archestrati cupediis. sic:  
 vocat Archestrati Gastrologiam. In eo libro docuerat  
 poeta inter alia etiam hoc: quae pars in quoque pisce  
 optime saperet. qua de re extant libro superiore in  
 glauco, loci aliquot veterum poetarum. Videtur Athe-  
 naeus cum haec scriberet, Archestrati librum non habuisse  
 ad manum, sed excerpta solum sua: in quibus cum  
 nihil reperiret de capite mugilis, ad ipsos Archestrati  
 libros nos rejicit. Τῆς μὲν θαλάττης ἀντιποιεῖ-  
 p. 596. σταὶ τινὰς Τυρῶν, αὐ. id est, Indignum facinus esse  
 quosdam e vobis, o Athenienses, imperium maris huic  
 civitati vindicare, atque in eam rem multos sumptus

publice fieri: et tamen nihil propterea piscium in urbem importari. *Frustra igitur praefectos nostros in insulis habemus.* interp. ἡμῶν pro ὑμῶν. res eodem redit. De Atheniensibus autem poeta loquitur: quos scimus θαλαττοράτησαι, et maris imperium tenuisse annos 75. semper autem conatos id sibi afferere et vindicare. Inter caetera commoda quae ἡ θαλαττοράτια afferebat, sicut haec, τὸ ὄψον εἰσπλεῖν, ut hic dicitur ab Antiphane: hoc est, quod ex subjectis insulis pisces Athenas importabantur. Ita debent illae voces exponi. εἰσπλεῖν dicuntur non solum naves cum portum ingrediuntur, sed et merces cum in aliquem locum navibus importantur. Sed deest versui pes unus Ὁψον δὲ μηδὲν εἰσπλεῖν μηδὲ γρῦ. scribo, ὄψον δὲ μηδὲν ἐνθάδ' εἰσπλ. Νησιάρχους Antiphanes vocat insularum praefectos Athenis eo mitti solitos, cum ait, Τί οὖν ὁ φαλος τῶν νησιαρχῶν ἔστι? at viri docti emendant τριγραρχῶν. hoc scilicet mendare est. δεῖ Νόμῳ πατακλίσαι τοῦτο, παραπομπὴν ποιεῖν Τῶν ιχθύων. verte Oportet lege cavere ut teneantur qui praeerunt cumque insulis, tutam piscium importationem praeistare. παραπομπὴ est proprie deductio vel honoris, vel praesidii caussa. Hac notione accipi potest isto loco: ut ad nesiarchas referatur: sed aliquando παραπομπὴ est idem ac πομπὴ, in vectio aliquius rei. quo etiam modo accipi hic potest, si ad ipsos insulanos referimus: νόμῳ πατακλίσιν elegantissime dictum, pro lego comprehendere et fancire. Εὐφάνης δὲ ἐν Μούσαις. Tam incognitus mihi hic Euphanes, quam ille Aphanes de quo libro superiore, capite sexto.

Tίς Φῆσιν εἶναι δεινὸς ἐκ ποιοῦ Φυγεῖν. Ridicula lectio. Φαγεῖν scribendum: et ita edi volueramus. Parasiti hominis haec descriptio est. Itaque subjicit poeta convenienter his, ποὺ Κόρυδος ἡ Φυρόμαχος, ἡ ποίλου βία. Parasiti fuerunt Corydus et Phrymachus, de quibus libro sexto: neque assentiendum interpretibus, qui istos putant notari ut μολγοὺς, et fures pecuniae publicae. sed hujus versus postrema sunt corrupta. Forte, ἡ ποιοῦ βία: *Phrymachus populi violentia.* id est, qui jura populi cum violentia tutari solet. ex iis quae de Phrymacho narrantur libro sexto, apparet suisse hominem impetuosum et violentum. Habuisse autem et populum Athenensem suos parasitos, satis alibi demonstratum est. In Huraldino codice, superducta virgula voci ποίλου, proprium id viri nomen esse de-

signat. Erit igitur Homerica phrasis, imo periphrasis, ἡ Κοίλου βίᾳ. pro Caelus: ut βίῃ Ἡρακλέους. et similia.

Κωμῳδοῦσιν αὐτὸν ἐπὶ ὄψιφαγίᾳ Λεύκων ἐν Φράτερσι. Leuconis comoediam Suidas commemorat, cuius

suit titulus Φράτορες. sed scribendum in Suida Φράτερες.

nam in illius commentariis, legimus alibi, Πάκαπις. οὗτος

ποτήριά τινα τοῖς Ἀθηναῖοις ἔπειμψε δῶρα. Λεύκων Φράτερσιν. Ἄταρ ὁ Μεγακλέους ὑστάτου Πακάπιδος Ὑπέρ-

p. 597. βολος τάκπωματα πατεδήδονε. Φράτηρ antiquioribus Graecis idem ac posterioribus Φράτωρ. Addit, καὶ Φερευράτης ἐν Πετάλῃ. Verte, et Pherecrates in Petala.

Pollux libro 7. cap. 30. ἀπὸ δὲ πιθῶν ὁ πιθῶν, Φερευράτους εἰπόντος ἐν Πετάλῃ, καὶ πιθῶνος ἥρυστεν ἄνρατον.

et lib. 10. cap. 20. ex eadem fabula profert hunc ver-

sum, Κύλικα τοινυν μέλανος ἀνθοσμίου ἥντλουν διὰ χώνης.

Priscianus lib. 18. Pherecrates ἐν Πετάλοις, ὡς τοὶ πα-

νὸν ὅζει. Lego, ἐν Πετάλῃ. vide Harpocrationem in

πωρωνίταις. meminit etiam Hesychius in Μετάλλειον.

Diocles qui inter piscium avidos nepotes mox nominatur,

medicus ille est, opinor, ex cuius scriptis praeclera

multa in hoc opere descripta. conjecturam facio ex ipsa

quaestione quae illi proposita fuisse dicitur, πότερος χρη-

στότερος ιχθὺς, γόγγρος ἢ λάβραξ. id est, uter piscis

est melior, et ad valetudinem conducibilior. Sequitur

epigramma regis Jubae in Leonteum histrionein tragicum,

ὅτε πανῶς τὴν Ὑψιπύλην ὑπειρίνατο, id est, cum male

Hypsipylen saltasset. Haec est Hypsipyla Lemni regina,

quae ob pietatem in patrem Thoantem, celeberrimum

nomen in fabulari historia nacta est. Porro pridem

factum esse cum depravatum est regium hoc epigramma,

Hoescheliana Excerpta arguunt. Quare dignissimi venia

sunt interpretes, qui in his tenebris caecutierunt, et

ab auctoris mente ὡς ἐναστοτάτω aberrarunt. Non

omnibus licet Corinthum adire. Ipsi an soeliores fue-

rimus, doctorum judicium esto. Hoc quidem affirmare

non dubitaverim, Jubae mentem si non pervisam, certe

visam esse nobis: licet emendationes nostras pro veris

et certis venditare nolimus. Verum ad rem. Facit Juba

Leonteum loqui post infoeliciter actam Hypsipylam. Petit

autem a spectatoribus qui testes fuerant illius infelitiae,

et viderant δυσημεροῦντα, ne se propter unam Hypsi-

pylen saltatam infoeliciter, tam artis suaे rudem semper

fuisse putent. sicut namque tempus, ait Leonteus, cum

ego inter histriones, qui sunt Διονύσου τεχνῖται, excel-

lerem, et Baccho gratus essem: qui prosector de cuiusquam voce et artificio toto histrionico non judicat Midae auribus, hoc est inepte et imperite. At postquam gulæ cepi me dedere, cibi quibus me ingurgitare sum solitus, varie parati et multiplices, vocem mihi ademerunt, quam ante optimam habui. Sic fantem inducit Rex Juba histrionem suum, et de sua ingluvie ac voracitate fatentem. Qui ad verba Athenaei et scopum illius in describendo hoc epigrammate attenderit, non negabit mihi, aut hoc omnino aut aliud quid parum dissimile Jubam voluisse. sed rationem interpretationis nostræ reddamus. Ac primum ipsum epigramma proponamus ut est a nobis concinnatum,

Μή με Δεοντῆας τραγιμοῦ τὸν ἀρείφατον ἥχον  
λεύσσων Τψιπύλης, ἐς πανὸν ἥθος ὄρα.

ἥν μὲν γάρ ποτ' ἐγὼ Βάνχω Φίλος· οὐδὲ τινὸς δὴ  
γῆρου χρυσοβόροις οὖσιν ἡγάσατο.

νῦν δέ με χυτρόποδες νέραμοι, παὶ τήγανα Ξηρὰ  
χήρωσαν Φωνῆς, γαστρὶ χαριζόμενον.

In primo disticho λεύσσων emendavimus ex libris, pro p. 598. χεύσσων quod inepte editum. est autem sensus pro sensu positus. λεύσσων enim est, *spectans*, *videns*. alqui sonus non usurpatur oculis, verum auribus. τὸν ἀρείφατον ἥχον fecimus ex illis, πεναρήφαγον ἥχος, quod nihil significat. Illud interpretamur, vocem malam corruptam et imperfectam, ut apud Plautum, *interfecta haec res est*. apud Aristophanem, τὸ τρύβλιον τέθυηκε μοι pro πένλασται fractum est, periit. et in codice Theodosiano *interfectum negotium*. et multa his similia. vel, vocem asperam et bello convenientiorem quam theatro. nam ita etiam vox ἀρείφατος potest capi. ἥθος Τψιπύλης est vox qua usus histrio cum ageret Hypsipylam. sed fuit cum distinguerem post λεύσσων, et nomen Hypsipylæ ad sequentia referrem. hoc sensu: si male egit histrio Hypsipylam, noli propterea de nobili heroïna male sentire, et ob inepti actoris peccata, illam putare ineptam aut stultam. Quarto versu ἡγάσατο legimus consentientibus membranis pro ἡγήσατο, quod versus non capit. χρυσοβόροις etiam pro χρυσοβόλοις emendamus. aurivoras Midæ aures eleganter, si quid judico, appellavit, et poetice, quæ propter auræ famam illi sunt datae. nota Midæ fabula. imperitum autem musicarum rerum judicem, Midæ aures habere, hoc est asininas, venustissimum dictum est. Persius de Nerone, qui nec meliores

versus fecit, nec sapientius de aliorum carminibus judicavit, quam vixit, *Auriculas asini Mida rex habet*. Quinto versu per χυτρόποδας περάμους et ollas fictiles, intelligit Juba cibos elixos: per τήγανα ἔηρα pisces ταγηνιστοὺς, id est, frictos in sartagine. In sexto χήρωσαν scribimus auctoribus libris, non χώρησαν.

## CAPUT SEPTIMUM.

*Hermippi Μοῖραι. Βελονοπάλιδες. Platonis Syrphax. epigramma de Clione piscivora, πιχλίζειν. Cephisodori Sus. προσπεπονθέναι. περιπαθής. εἰσάγειν introducere. Νικολαΐδες Μυκόνιαι. Μύκωνος et Μύκονος. ή Πισάτις. Diana Elaphiae, vel Alphiaea. Strabonis locus.*

ΟΤ δυνηθέντα δύσον ἥθελεν ἀφελεῖν τοῦ Ιχθύος. id est, cum non potuisset de piscoe id solum carpere quod volebat. non enim totum piscem initio voluit capere, sed partem tantum: verum cum piscem frangere non posset, a quo fortasse aberat longius, totum ad se traxit οὐ προηγουμένως, sed ex occasione. deest μόνον in hac sententia, ut saepe apud scriptores. At interpretes aliter, sed perperam. Venustissime autem usurpatur et in diversum sensum torquetur hic versus, Τὰ δ' αὐτιτείνοντ' αὐτόπρεμ' ἀπόλλυται. Sophoclis est ex Antigona. Locum descripsimus libro primo. στρέψας ναὶ αὐτὸς ναὶ διψιλῶς Φαγών. Nae scriptura vetus hanc paulo melior: στρέψας ναὶ αὐτὸς ναὶ διψιλώσας, Φαγών ἐπεῖπεν. hoc vult enim: piscoem cuius pars superior erat p. 599. nudata, inversum esse a Bione: qui statim id quoque latus in carne nudaverit, et comedere incipiens, tragicum versum usurpaverit, Ἰνώ δὲ τὰπὶ Θατ. etc. ἐπειδὴ ποιῶν αὐτῇ τὸ περίδειπνον ὄψιΦάγοι. Melius ὄψιΦάγοι, vel ὄψου Φάγοι. ἀποπυρίδας ἐπὶ τοῦ μηματος ἐνήγιζεν αὐτῷ. quod in sacrificiis deorum θύειν, in mortuorum parentationibus dicitur ἐναγίζειν, adolere et sacrificare. quid sit ἀπόπυρις, exposuimus cap. tertio. Molrae fabulam Hermippi, unde probatur Nothippi tragicū ὄψιΦάγα, laudat Pollux libro septimo: τὰς δέ γε βελοπάλιδας εἴρηκεν Ἐρμιππος ἐν Μοίραις: scribi malim

βελονοπάλιδας. multa enim inducunt me ut sensisse puttem Hermippum de mulieribus quae acus ad opera Minervae, aut ad ornandum, (Graeci βελόνας ιομμωτρίας nominant) potius quam telarum venditricibus, nescio quibus. Juvant alii ex eadem fabula loci in eodem scriptore, ut libro decimo, capite 31. ἐν Ἐρμιππου Μοίραις, ράμμ' ἐπέκλωσας. et statim, καὶ βελονίδες ὡς Ἐρμιππος ἐν Μοίραις. Qui autem ex ea comoedia hic descripti sunt ab auctore versus, anapaestici sunt, ita digerendi.

Εἰ δ' ἦν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων τῶν νῦν τοιόνδε μάχεσθαι, καὶ βατίς αὐτῶν ἡγεῖτ' ὄπτη μεγάλη, καὶ πλευρὸν ὕειον. τοὺς μὲν ἄρ' ἄλλους οἰνουρεῖν ἔχοντας, πέμπειν δὲ Νόθιππου ἑκόντα. εὗς γὰρ μόνος ᾧ πατεβρόχθισεν ἀν τὴν Πελοπόννησου ἄπασαν.

ιωμωδεῖται ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Σύρφαι. *Syrphacem* Platonis comici laudat Harpocration in *πατάστασις*. Binominis ea fabula fuisse videtur Σύρφαξ et Μωμοθήρας. Hesychius, παλινδορία, τὸ σινότος. Πλάτων Σύρφαι καὶ Μωμοθήρας, παλινδορίαν παίσας αὐτοῦ παταθήσω. sed fortasse diversae fuerunt fabulae, quia dicit καὶ non ἦ.

Δάμπωνα τὸν οὐ βροτῶν ψῆφος δύναται Φλεγυραδείπνου φίλων ἀπείργειν. Nemo hic de menda monendus, quae soricinae naturae est. Ego lubens monear ab aliquo diligentiore quam ipse sim, quo loco legantur alibi in his libris ista verba: legi enim scio, et probe memini, aut fallor egregie. Inde tollendae istae maculae. Quantum meminisse possum ita sere scriptum alio loco, τὸν οὐ βροτῶν ψόγος δύναται ἀσυμβόλου δείπνου φίλων ἀπείργειν. Postea scribo, νῦν δ' οὐδ' ἀν τις ἐρυγγάνει. βρύνει γὰρ ἀπαν τὸ παρόν· τρίγλη δὲ καὶ μάχοιτο. Lacerum est Hedyli testimonium de Phaedone: item illud de Agide. In fine tertii versus scribe, ἀλλ' ἀπόπλεις. ut in MSS. Depravatissimum etiam est epigramma de Clione piscivora muliere: quod nos cum pedibus manibusque emaculare contendemus, adhuc frustra suimus. a libris antiquis leve aut nullum auxilium: ab Epitome nihil: cuius auctor primos versus tres et quarti partem, quia nihil in iis intelligebat, suas res habere jussit. In tertio tamen placet δεσμὸν δν, potius quam, θεσμόν. Postremum distichum ferine caret mendis:

‘Ημετέρη σὺ Μέδουσα· λιθούμεθ' ἀπαντα πάλαι που,

οὐ Γοργοῦς, γόγγρου δ' οἱ μέλεοι λοπάδι.

Scribe in priore versu, λιθούμεθα ὡς τὰ πάλαι που. et p. 600.

integrum distichum praestabo fartum tectum. Ajunt gulofae Clius convivae, sibi illam esse instar Medusae. adeo enim stupere se ad spectaculum voracitatis ejus, congrum in patina comedentis, ut iis affilientur, quos olim visa Gorgo in saxa mutabat. Familiare est poetis, ut magnum stuporem ita exprimant. Sic initio libri sexti, ait helluo quidam se conspectu pisciorum, caro pisces in foro indicantium, lapideum statim fieri, ut qui olim Gorgones vidissent. Ita verte: *Tu nostra es Medusa: in saxa mutamur, o miseri, ut olim factum ajunt, non quidem Gorgus capite, sed congra patina.* de hoc congro dixit versu secundo. ο μὲν τὸν οφθαλμὸν πατελάβετο, in oculum glauci manum injecit ut caput videlicet illi auferret, ac sibi sumeret: nam glanci optima pars censebatur caput. οἶδες τὸν πατεσθίειν, similis erat comedenti. Frequens apud Graecos dicendi genus. Boves qui piscibus vescerentur commemorant praeter Athen. alii quoque: ut Strabo lib. 15. item Aelianus lib. 15. cap. 25. De proprietate animalium. similia etiam quae de Cypriis bobus fabulantur ichthyo-phagis et scatophagis. Εἴρηται δὲ παῖς οὐ ψυφάγος ως ἔτεροι, παῖς τὸ ψυφάγειν. Mirum loquendi genus. Quare etiam docti mutarunt, legeruntque παῖς ἔτεροις. vel παῖς παρ' ἔτεροις. nos putabamus Athenaeum voluisse dicere ψυφάγος; ita dici ut alia similia vocabula puta, μονοφάγος, πρεωφάγος, τυροφάγος, ιχθυοφάγος, et similia his. Non displicet tamen altera sententia. Versus Aristophanis in ejus libris ita scribitur, Οὐδὲ ψυφάγειν, οὐδὲ πιχλίζειν, οὐδὲ ἔχειν τῷ πόδι ἐναλλάξ. at πιχλίζειν quod in nostris est, Graecis non in usu. et ita hunc versum Plutarchus quoque in libro, Εἰ διδάκτου ή αρετή. Scribendum postea, Κηφισόδωρος Τι, οὐδὲ ψυφάγος, οὐδὲ αἰδολέσχης. Suetum comici hujus Atheneus libro 3. et Suidas nominant. Θεμέλιος γάνη, προσπεπονθέναι τι δεῖ. Coquus loquitur, et se gulae deditum praedicat: idque affirmat artis totius fundatum esse. Caussa ejus rei continentur verbo προσπεπονθέναι: quod ab interpretibus non intellectum, fecit ut integrum sententiam insigniter depravarent. At poeta hoc voluit, debere coquum qui non est cibos corrupturus, sed in arte sua praestiturus, προσπεπονθέναι τι, id est, tangi aliquo affectu erga cibos: ut de eorum bona conditura, non ex alieno pronuntiet palato, sed ex suo ipsius, et affectu proprio. Tum addit hic magister, eum

qui rei isti studuerit, nunquam malum coquum fore. atque ita affectum esse, vocat habere *καθαρὰ τὰ αἰσθητήρια*. Jam intelligimus quid sit *προσπεπονθέναι*. sic accipitur nomen *περιπαθῆς* lib. 1. ubi dicitur Philoxenus *περιπαθῆς ὥν τοῖς ὄψοις*, id est, *piscium avidus vorator*, qui lib. isto paulo ante inter ichthyophagos est commemoratus. et fortasse melius ei loco *προσπαθῆς* quam *περιπαθῆς* conveniat. nam sermonis Graeci calentes concedent mihi aliud esse, *προσπεπονθέναι τινὶ*, aliud *περιπαθεῖν τινί*. ille affectus est avidissime fruentis, p. 601. aut frui cupientis: hic cum quadam junctus est miseratione. Postremo versu hujuscē *ρήσεως* jocatur cocus, cum descripto coenae totius apparatu, tandem adjicit, *Εἴσαγε διὰ πασῶν Νικολαΐδας Μυνωνίας*. jocus est in *διὰ πασῶν*, quod genus loquendi est musicorum. sed longe aliter hic accipitur: Sensus enim est, tot numero introducendas esse meretrices praestantissima forma, quot sunt convivae. *εἰσάγειν* in ea re signatum verbum: ut apud Latinos *introducere*. unde apud Ciceronem et Senecam *introductiones matronarum, et exoletorum*. *Nikolaidas* vocat mulieres (si tamen publicae libidinis victimae sunt mulieres) quae *νικῶσι Λαΐδα*, Laidem forma superant et lascivia. ideo vocat *Μυνωνίας*, faciens allusionem ad proverbium quo notati Myconii, soliti ad convivia venire invocati. Fuisse eundem morem et iis quae corpore merebant, testis Plautinus parasitus.

*Inventus nomen indidit scorto mihi,  
Eo quia invocatus soleo esse in convivio.*

Caeterum claudentem versum redde *ἀρτίποδα*, ac scribe *Munoniāς* per  $\sigma$  parvum. Scio scribi non semel *Μυνώνιος*, per  $\omega$  lib. 1. itemque apud Snidam, et in libello Graecorum proverbiorum: ubi etiam *Μύνων* ista insula nominatur. sed apud geographos semper *Μύνονος*. sic etiam in exemplaribus Clementis Alex. atque aliorum. *Οἶδα δὲ καὶ τὴν ἐν Πισάτιδι γραφὴν ἀναπειμένην ἐν τῷ τῆς Ἀλφειώσας Ἀρτέμιδος ἱερῷ. Habeo etiam cognitam illam picturam, quae in regione Pisatide, dedicata est in Dianae Alphiuae templo.* Legebatur *τὴν ἐπὶ Σάτιδι mendose.* ex re ipsa et antiquis exemplaribus, locum emendavimus. Interpretes unde suam lectionem exculpserint, demiror. Erat autem in Pisatide ad Alphaei ostium lucus et templum Diana, quam alii *Elaiphiaeam*, alii *Alphiaeam*, vel *Alphiusam* nuncupabant. Docet clare Paulianas in Eliacis: innuit breviter Strabo

libro octavo. Magni hujus scriptoris verba recitare jucvat. πρὸς δὲ τῇ ἐνβολῇ Alphaei nempe, τὸ τῆς Ἀλφιονίας Ἀρτέμιδος η̄ Ἀλφειούσης ἀλσος ἔστι (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως) ἀπέχον τῆς Ὄλυμπίας εἰς ὄγδοήνοντα στάδίους. haec scripture est omnium exemplarium. sed cum Alphioniae Dianaem veterum nemo faciat mentionem: et constet ex Pausania Alphiaeam Dianam ab aliis Elaphiaeam suisse dictam: non est dubitandum scripsiisse: etiam Strabonem τὸ τῆς Ἐλαφιαίας Ἀρτέμιδος η̄ Ἀλφ. ortum id cognomen, ut placet Pausaniae, a cervorum venatione: ut maluerunt alii, a muliere quadam, cui nomen Elaphio. Alterum ab Alphaeo cognomen varie effertur ab auctoribus: aut scribitur certe varie. apud Strabonem Ἀλφείουσα. Athenaeum, Ἀλφειῶσα. in Pindari scholiis Pythionicarum oda 2. Ἀλφειῶα. Pausaniae est Ἀλφείαια.

## CAPUT OCTAVUM.

Ὀψωνεῖν, προσοψωνεῖν, et ἵχθυολογεῖν. ἔτερόν ἐξ  
ἔτέρων παρεισφέρειν. Institutum Syrorum absti-  
nere a piscibus. Gatis et Atergatis. Astarte et  
p. 606. Astartae. οὐ γινώσκειν Ψήφους. Ψελλὸν difficile  
ad intelligendum. λεβητοχάρων. Stratonici falsa  
dicta. Prov. οὐδεὶς μέγας σαπρὸς ἵχθυς. δυσω-  
νεῖσθαι τὸ πωλούμενον. Formula in sacris fa-  
miliaris, Ἀκούετε λαοί.

CUM multa de piscibus esset locutus Democritus, quo satisfaceret Ulpiani Cituciti curiositati, vela jam orationis suae contrahens, τοσαῦτα, inquit, ναὶ αὐτὸς ὑμῖν προσοψωνήσας, οὐκ ὄψιφαγήσων παρῆλθον, διὰ τὸν πάντα ἀριστὸν Οὐλπιανὸν, ὃς διὰ τὰ Σύρων πάτρια ναὶ ἡμᾶς τῶν ἵχθύων ἀπεστέρησεν, ἔτερόν ἐξ Ἐρετρίας παρεισφέρων. Etsi haec scripture est omnium exemplarium, depravatissima tamen est. Prima quidem verba planiora longe fuerint si ita potius concipientur, τοσαῦτα ναὶ αὐτὸς ὑμῖν προσωψώνησα. οὐκ ὄψιφαγήσων γὰρ ἥλθον διὰ τὸν πάντα ἀριστὸν Οὐλπιανόν. Conserenda haec sunt cum primis Democriti verbis: dixit enim initio, velle se προσοψωνῆσαι τοὺς ὄρυκτοὺς ἵχθύας. ut ἔστι ἄν λόγου

dicimus: sic Democritus ὄψωνεῖν usurpat pro sermones  
 habere de piscibus: sive ἰχθυολογίν. Infra hoc libro,  
 ταῦτα ναι παρ' ἡμῶν ἔχετε ἀνδρες Φίλοι. ὄψωνησάντων  
 πατὰ δύναμιν τὴν ἐαυτῶν ὑγιεινῶς. et προσοψωνεῖν, pro  
 addere iis quae dicta sunt de piscibus. Latine hic  
 locus satis commode verti non potest, ob paronomasiā  
 in vocibus προσοψωνεῖν et ὄψοφαγεῖν. Sed sensus est.  
 Haec sunt quae de piscibus habemus adjicienda ante  
 dictis: nam uti video, pisces esurus huc non veni,  
 propter Ulpianum. Sequentia verba declarant, qua de  
 causa, et quomodo Ulpianus impediens cum hunc, tum  
 alios convivas, ne piscibus vescerentur, caussa fuit, quia  
 homo Syrus ex moribus gentis suae, alios quoque vo-  
 luit ab esu piscium avertere. modum impediendi decla-  
 rant ista, ἐτερός εξ Ἐρετρίας παρεισφέρων. alia ex Ere-  
 tria clam inferens. mirum non exposuisse auctorem,  
 quaenam istae fuerint Eretriacae cupediae, quae avidos  
 piscium, fecerint a praesente et oculis illorum objecta  
 copia piscium abstinere. Ne multis lectorem morer:  
 ajo haec esse corruptissima. Legebatur, ἐσθίειν Ἐρετρού  
 auctoribus chirographis exempl. secimus ἐτερόν, id qui-  
 dem recte: sed nondum veram scripturam tenemus:  
 quae est haec sine controversia: ἐτερόν εἰς ἐτέρων αἱ  
 παρεισφέρων alia semper ex aliis inferens. hoc est, alias  
 semper quaestiones post alias nectens et proponens:  
 atque ita sermonibus occupatos non habens, ut appo-  
 sitis piscibus vescendi non fuerit facultas. quam bene  
 Citucito ista convenient si pluribus dicendum putem,  
 ineptus sim. Deinceps explicat dipnosophista unde sit  
 hoc receptum in Syrorum mores, ut piscium esum ab-  
 omninentur. Gatim quandam fuisse reginam Syriae quae  
 hoc prima instituerit, et edicto caverit. Nam quae  
 vulgo dicebatur Atergatis, ex sententia Antipatri Stoici  
 Gatim esse nominandam. quoniam vero edictum a Ga-  
 tide fuisse aliquando promulgatum, *Ne quis ἀτερπός Γά-*  
*τιδος* (id est, praeter Gatidem) *pisces vellet esse υπ'*  
*ἄγροιας τοὺς πολλοὺς αὐτὴν μὲν Ἀτεργάτιν ὀνομάζειν,*  
*ἰχθύων δὲ ἀπέχεσθαι. vulgus veritatis ignarum, ipsam p. 603.*  
*quidem Atergatim nominare, a piscibus vero abstinere.*  
 Haec Athenaeus ex Antipatro Stoico: cuius sectae homi-  
 nes nusquam ineptiores quam in scrutandis antiquorum  
 vocabulorum caussis. Tam enim verum etymum istud  
 est, quam vera illorum sententia, qui Hierosolyma dicta  
 sic esse tradiderunt, ἀπὸ τοῦ τὰ ἵερα συλλαγῆν. Incredibilis

sane Graecorum hominum in hoc genere stupor, incredibilis confidentia. Certum est nomen Atergatis, vel ut alii scribunt Atargatis, corruptum esse ex Astarta. Nam Atargatis eadem quae Derceto, Strabone teste lib. 16. Derceto autem et Astartae ejusdem Deae nomina sunt. Atharam prius vocatam scribit geographus. sed fortasse ibi legendum ἀσθάρα, non Ἀσθάρα. Syrorum pura puta vox est תְּרַתָּה שׁ 'Ασθάρα. quanquam in sacris literis semper scriptum תְּרַתָּה שׁ *Astaroth*, numero multitudinis: quem et 70. interdum servarunt, ut ludicum capite secundo, ἐλάτρευσάν τῇ Βάσι καὶ ταῖς Ἀσθάρταις. Ephippi ῥῆσιν de piscibus portentosae cujusdam magnitudinis, missos facio: sunt enim difficillimi ad emendandum, ut omnia jocularia, et quae nihil nisi mera figmenta, omni veritate cassa continent. Mox in istis, Τοιαῦθ' ὑπὸ λόγου δειπνεῖ καὶ ζῆται θαυμαζόμενος μετὰ μειράκιων οὐ γινώσκων ψήφων ἀριθμούς, laudo sententiam Dalecampii, qui ζῆν οὐ γινώσκοντα ψήφους interpretatur, alieno sumptu vivere, et impensarum rationem calculis non putare. Aut igitur sic accipe, aut interpretare de homine imperitissimo. Graeci enim de alienis ab omni cultu dicere soliti ἀριθμοῦ οὐκ ἐπίσταται. In Aeschyli versu e Prometheus vincito, Τῶιδ' εἴτι τοι ψελλὸν καὶ δυσεύρστον, translatione venustra ψελλὸν pro obscuro ponitur: quia parum intelliguntur qui balbutie laborant. Quid apud vetustum poetam Cercidam significaret vocabulum λεβητοχάρων, quo nomine hic a Cynulco hic afficitur Ulpianus, non facile divinatu est: neque satis scio an recte ita nostri codices. In Epitoma quidem haec invenimus: Λέβητος χάρης Φησίν οὐ περὶ τῷ Ἀθηναῖο τούτῳ Οὐλπιανός. sed auctor fortasse scripsérat λεβητοχάρης, qui lebetibus gaudet. ironia est Cynulci, ventrem et gulam objicientis homini qui toties in hisce libris dictus est cibi non multi, qui que sermones epuletur pro esca. Sequuntur jam aliquammulta Stratonici citharoedi dicta urbana: quae unius occasione in quo piscium extat nomen, relata omnia sunt isto loco. Illud quod caeteris aditum patefecit, et loco principe memoratur, hujusmodi est. Propis quidam fuit Rhodius citharista, mole corporis major quam artis suae peritior. de hoc interrogatus Stratonicus quid sibi videretur, respondit, οὐδεὶς, ναυὸς, μέγας, ιχθύς. Lepos omnis in eo, quod proverbium vetus μέγας οὐδεὶς, ναυὸς, (vel σαπρὸς) ιχθύς, in diversissimum sensum

detor sit, distinete vocem unamquamque pronuntians: cum verus sensus adagionis omnes illas uno spiritu sine distinctione ulla postulet efficeri. Nulla hic est difficultas: nisi quod male concipiuntur vulgo ista ab interpretibus p. 604.  
 hoc modo: διελόντος τὴν παροιμίαν, μέγας, οὐδεὶς, συπρὸς, ἵχθυς. Dalecamp. prava haec interpunctio impulit, ut παροιμίαν hic verteret, *sententiolam*. Sed distinctiones omnes tollendae, et vertendum, *divisis* vocibus proverbii hujus, *Magnus nullus est malus piscis*. Δυσωνεῖσθαι τὸ πωλούμενον de emptore dicunt Graeci, qui difficilem se praebet in emendo, et justum aequumque rei emendaे premium venditori denegat. qui sunt eo ingenio δυσῶραι nominabantur, ut libro 3. diximus et septimo. Illo autem verbo utitur mox Aristoteles in superioris proverbii explicatione. Scribe, ὅτι μᾶλλον ἀν προέλοιπτο Τελεσταγόρᾳ δοῦναι, ἢ τοσοῦτον ἀναδόσθαι. non τοσοῦτον. Veteres cum sacra facerent, praecones adhibere soliti qui ut facerent audientiam, et adstantium coronam monerent favere linguis, clamabant, Ἀκούετε λαος: vel ut dicebant Attici λεώ. et εὐφημεῖτε πᾶς λαός. live λεώς. ad hanc formulam respiciebat Stratonicus, cum Mylassa Cariae oppidum ingressus, tempora multa videns, cives autem raros clamavit, Ἀκούετε ναοί.

## CAPUT NONUM.

Percurruntur Stratonici apophthegmata quae Macho poeta in literas retulerat. Αὐτίκα et εὐθέως initio periodi. Ψαλλόμενος. Mos, Soli narrabant sua somnia. κύαθος. δειπνίσαι. Anni ratio incerta et perturbata apud veteres. κήρυκες, murices. Mos sacra facientium, linguis favere. οὐ χρεῖσθαι λύρᾳ. Paryades et Berisades. Nicocreon, Nicotheon et Nicocles. Graecorum mulieres ventitasse ad convivia. Biotheae subtile commentum ad celandam ἀποψόφησιν. κιθᾶν pro cithara oblectare aut juvare. Locus insigniter restitutus.

MPENDETUR caput istud Machonis elegantibus senariis, iibus Stratonici acuta et scita quaedam responsa memoriae prodidit. Primo versu, Στρατόνιος ἀπεδήμησεν

*εἰς Πέλλαν ποτέ: legam ἐπεδήμησε. ut paulo ante, εἰς Μύλασσα δὲ ἐπιδημήσας. at versu 29. recte, εἰς Ἀβδηρας ἀποδημήσας ἐπὶ τὸν ἄγωνα. non ἐπιδημήσας.* In 2. scribe ἔμπροσθε metri caussa et in 5. παραὶ non παρό. Nonum et sequentem ita restitue, *Τῆς νοιλας τὸν σπλῆν' ἔχοντας διπλασιω, Καθήμενός, Φησ', εὐθάδ' οὗτος Φαίνεται Τὰ ιμάτια, etc.* alludit ad servos balnearios, qui ini apodyterio vestes servabant. *Καθήμενος* cave jungas cumi *Φησι.* debet enim cum οὗτος connecti. Sed quaero qui potuerit Stratonicus lienis hunc tantum tumorem in homine vestibus induto, aut etiam nudo, aspectu solo deprehendere? nimis istud quidem si quid judico, nugatorium est. *εὐθέως* ut posita est distinctio in editis jungendum cum λαμβάνων: sed malim ita, *Τηρεῖν ἄμα οὐκι τοὺς σπλῆνας. εὐθέως, οὐα Μηδ' ἡτιστοῦν τοῖς ἔνδον ἥπι στενοχωρίᾳ.* Eleganter initio solet τὸ αὐτίνα pro [i] primis, primo, sive, exempli gratia], vel puta, aut fortasse. Macho etiam eodem modo hic usurpat τὸ εὐ-

p. 605. *θέως.* cuius usurpationis non recordor aliud exemplum.

17. *Ψαλλόμενος ὁ Στρατόνικος οὐκ ἔχων δ' ὅτῳ Διαλέξηθ' ἔτέρῳ, συγκατέθλα τὸ ποτήριον.* Scribe, Διαλέξεθι ἔτέρῳ. sic metro Excerpta consulunt. *Ψαλλόμενος* vertit Dalecamp. *auscultans canentem.* cum auctoris mente pugnat e diametro haec interpretatio. Nam canebat quidem psaltes: et Stratonicus ἐψάλλετο: sed ipse tamen non auscultabat: verum occasionem potius quaerebat animum ab ejus cantu avocandi. Itaque cum omnibus silentibus, et ad cantorem diligenter attendantibus, haberet neminem quicum colloqueretur, appositum sibi poculum fregit: quasi eo pacto habiturus qui secum sermones fereret, et colloquii vices exciperet. Omnia autem periphrasi utendum, ut Latine exprimamus participia *ψαλλόμενος, πιθαριζόμενος, παταυλούμενος,* eid genus alia. Atque hic judicium opus est interpretum ut pro loco vertant commode: alibi igitur aliter: hic vero sic, *cum obtunderetur ejus cantu Stratonicus.*

20. *Τῷ θ' ήλιῳ τὴν οὐλινὰ δεῖξας, συντόμως Πιῶν ἐπάθευτος.* citharoedus imitatur tragicos poetas: apud quo qui somnia videre, si neminem habent cui suas calamitates narrent, Soli illas recitant: quia ut vere ai sanctissimus Nazianzenus, *Φάρμακον ἀλγεός ἐστι οὐαὶ ηὔρισθον ἐνισπεῖν.* Sic Stratonicus, qui neminem habebat cui praebiberet, Soli calycem ostentavit, propinans similis. nam verbo δεῖξας exprimitur mos et gestus prae-

bibentium, et quod Homerus dicere solet δειδίσκεσθαι. Interpres emendavit τὰς πύληας absurdissime. verum hoc ideo, quia superiore versu vocem πνάθους non intellexit. est vero πύλης, trulla qua vinum de cratera hauriebant. sed accipitur pro haustu uno. Stratonicus igitur multis trullae haustibus calycem illum magnum implevit, atque eo pleno se proluit. 24. Ἔξοινος ὁ Στρατόνικος ἐγένετ' εὐθέως. Muta distinctionem et hic et in sequentibus, ac scribe,

Ἐξοινος ὁ Στρατόνικος ἐγένετ' εὐθέως  
προσπυνθανομένων διότι πολὺ πίνων αἱ  
οῖνον, ἐμεθύσθη· συντόμως ἀπειρίνατο.

comessatores qui post coenam advenerant, et nesciebant magnum vini calycem, illum de quo modo est dictum, extra ordinem a Stratonicu esse epotum, mirantur, quod homo largiter bibere vinum suetus, tam facile inebriatus fuisset. Haec omnia corrupere interpretes: nec minus responsum Stratonici: quod est hujusmodi,

Ο γὰρ ἐπίβουλος παὶ ἐναργῆς ψάλτης, ἔφη,  
ώς βοῦν ἐπὶ Φάτνη δειπνίσας ἀπέκτονεν.

interpretes τὸ δειπνίσας verterunt ad coenam invitatum. non intellexerunt Stratonici acumen. verte, coenatum, sive post coenam. vult dicere, jam saturum et vini cibi que plenum. alluditur ad caedem Agamemnonis et poetae verba. Imo vero Stratonicus verba Homeri in hac responsione usurpaverat: quae ut potuit suis senariis adaptavit Machon. Versus Homeri quem pronuntiavit Stratonicus est hic: ἐμὲ, dixit, psaltes iste πατέπεΦνε.

Δειπνίσσας, ως τις τε πατέπτατε βοῦν ἐπὶ Φάτνη. p. 606

32. οηρύττοντά τε "Εκαστον αὐτῶν ὅτε θέλοι νουμηνίαν. Haec fuit olim anni confusio et perturbatio, in iis praesertim civitatibus ubi minus literae florebant. Similis fere ἄταξια in annum Romanum invecta per Pontifices ante Julium Caesarem, ut auctor est Suetonius. Male haec aliter a nonnullis accipiuntur. 40. τοῖς δλοις μὲν ἔρρωματι ξένε. Lego, τοῖς πώλοις. Κῶλα sunt brachia et pedes. 41. Καὶ τῶν πολάκων πολὺ μᾶλλον ἐπὶ δεῖπνου τρέχω. alluditur ad cognomen joculare parasitorum et id genus gulæ mancipiorum. τρεχέδειπνοι enim vulgo isti nominabantur. 43. Μή ποτ' ἐπιβὴς οήρυκι τὸν πόδ' χναπαρῶ. In praecedentibus versibus οήρυξ erat praeco: hic est murex. In Glossis recte, Murices, οήρυκες, πορφύρια. Inde Latinis in re militari murices dicti, qui Graecis τριβολοι, vel σανίδες οεντρωτα. nec video cur

istos *runices* appellant eruditi. sed haec ad Polybium, ut speramus, brevi. 45. εὐΦημεῖν μὲ χρῆ, Σπείσαντες εὐξώμεσθα Φησὶ τοῖς θεοῖς. Lego et distinguo, εὐΦημεῖν γε χρῆ. Σπείσαντες εὐξόμεσθα Φησὶ τοῖς θεοῖς. Acutissime dictum, sed cuius vim non capiunt omnes. Rituibus sacrorum receptum olim, ut cum sacra facerent abstinerent ab omnibus malis verbis, propterā qui aderant monebantur praeconis voce, εὐΦημεῖν, id est favere linguis, et verbis parcere male ominatis. Id vero maxime desiderabatur cum diis vota facerent. Hinc jocus hic Stratonici. nam cum inciperet tibias inflare tibicen indoctus et malus, homo facetus significans malum hujus sonum non minus quam mala verba a sacris summoveri debere, quando, inquit, εὐΦημία ad preces necessaria, peractis sacris (hoc valet σπείσαντες) diis vota nuncupabimus, hoc est, postquam tibicen ille inflare tibias desierit. definebat autem libatione et reliquis sacrorum ritibus peractis. 48. Δεινῶς ἀπάδων τῇ λύρᾳ τ' οὐ χρώμενος. qui vocem absconam habebat, et cithara utebatur non bene. οὐ χρᾶσθαι λύρᾳ Graecum dicendi genus profneire lyra uti. 51. Στρατόρινος ὁ οἰδαρωδὸς ὡς Βηρισάδην "Ἐπλευσεν εἰς τὸν Πόντον. Putabam esse Parysadem, quem inter Ponti reges olim ad Strabonem commemoravimus. sed Berisades iste Thraciae rex fuit: de quo multa Graecus orator in ea contra Aristocratem: et Dinarchus in ea contra Demosthenem. 54. 'Ως δ' αὐτὸν ὡς ἔοικεν οὐ προσίετο. cum rex Stratonicum sibi valedicere cupientem non admitteret: atque hoc modo illum apud se diutius detineret. vel αὐτὸν οὐ προσίετο pro τοὺς αὐτοῦ λόγους περὶ ἀπελεύσεως οὐ προσίετο. cum Stratonici sermonem de reditu ipsius respueret. 56. Εὖ γὰρ διανοῆ αὐτοῦ καταμένειν. Forte, Εὖ ὅτι διαν. versus est non nihil obscurus: neque satis capio acumen hujus responsionis. Intelligendum autem est, his dictis abiisse Stratonicum in superhabita regis voluntate. 62. Διηπόρησα Φησίν. illa nempe annus hoc dixit, non Stratonicus. Quare caussae non erat cur inter responsa Stratonici hoc referretur: quod dictum est non Stratonici, sed de Stratonico. Verum extat simile huic, vel ipissimum hoc potius, dictum Stratonici de Satyro sophista, non multo post Athenaeo relatulum inter alia hujus ἀστείσματα. 65. 'Η Νικόθέοντος εἰσιοῦσα Βιοθέα. Assentior doctis qui censem Nicocreontem hunc esse Cypri tyrannum, de quo dicebamus capite 4. Regis

iujs sive tyranni nomen scriptores varie efferunt: *Nicocreontem* pars maxima nominat: *Nicoclem*, paulo post Phanias, et Diodorus Siculus: Macho hic *Nicoheontem*, non enim videtur temere contra antiquissimarum membranarum consensum emendandus hic locus: e Eclogae quidem Hoeschelianae constant sibi: nam in lachonis versu Nicocreoutem hunc nominant, paulo post vero Nicoclem in testimonio Phaniae peripatetici: e hujus uxore scribit Machon,

— εἰσιοῦσα Βιοθέα

Γυνὴ μετὰ παιδίσκης ἀβρας εἰς τὸν τοπαμὸν  
ἀπεψόφησε.

anifesta hic scripturae depravatio. Eruditissimus, et uae non multorum laus est) judicii in literis recti, iulus Leopardus emendabat εἰς ἀπόπτατον. cui tamen sentiri nequeo. Puto enim veram lectionem esse, εἰς τὸν: nam si quis objiciat ex Cornelio Nepote, foeminas in convivia more Graecorum non esse adhibitas: promptu sunt Graecorum scriptorum testimonia, quae ntrarium saepissime factum arguant. Taceo injuriam ri uxori tyranni, si aequo jure cum caeteris Graeciae ilierculis censeatur. Ancilla ἀβρα est, quae honoris nssa nobilem mulierem comitatur. 67. οὐτα τῶν Σιωνίων Ἀμυγδαλὴν ἐπιβάσα συνέτριβεν τύχη. Acute opardus, Τὴν ἀγνύλην ἐπιβάσα. ut de calceorum iento intelligatur. Dextre hoc et de industria factum Biothea, ut tegeret τὴν ἀποψόφησιν, de qua dictum , voluit enim videri, non ventris crepitum eum esse, cum laceri calcei stridorem. Ingeniosa mulier, ingesus etiam Leopardus, qui hoc illius subtile commen- a divinavit, et hunc locum ita constituit. At in escheliana Epitoma haec historia non hic, sed ali- into post sic narratur. Βιοθέα γ. Νικοκρέοντος γυνὴ ψόφησε ποτε. οὐτα Σιουωνίων ἀμυγδαλὴν ἐπιβαλοῦσα ἐτριψε. id est, Biothea Nicocreonis uxor crepitum quando emisit: deinde Sicyoniam amygdalam dejecit, pede contrivit. Sane et nuces et amygdalae cum anguntur crepant: neque est a verisimili alienum, quod e scriptura continet. Amygdalae Sicyoniae hic no- iantur, fortasse quod molliori essent cortice quam terae. non enim quaevis amygdala pedis pressura est gilis. 69. Στρατόνικος εἶπεν, Οὐχ ὄμοιος ὁ ψόφος ὡνύκτα. Inselicem Stratonicum, qui ut forex judicio perit. Nam verbis hisce voluit dare significationem

intellecti Biotheae doli: quam impotentis mulieris offensam morte expiavit. Sed quid significant illa verba ὑπὸ νύκτα? nam equidem illa explicare non possum. Susp

cabar scribendum ὑπὸ ρῆνα. hoc sensu: uterque sonu

p. 608. non similis ad nares accedit. sive, posterior sonus nota ita ferit nares ut prior, neque idem olet. At Excerpt vulgatam lectionem tuerintur: quae hoc dictum Stratoni referunt sic: οὐχ ὅμοιος ὁ ΨόΦος ὁ ὑπὸ νύκτα. 75. Σαύτος αὐτὸν οὐκ + ιθαλλούσηθε. Et hic versus postentose corruptus est: et caeleri qui praecedunt in ha narratiuncula neque scripti, neque distincti sunt recti. Totum locum ita concipiet qui nos audiat.

'Επιδεικνυμένου ποθ' ᾧς ἔοικεν ἐν Εφέσῳ  
ἀφυοῦς οἰδηρῶδοῦ τὸν μαθητὴν τοῖς Φίλοις,  
παρὼν κατὰ τύχην ὁ Στρατόνιος τοῦτ' ἔφη,  
ὅς αὐτὸς αὐτὸν οὐ οἰδὲ ἄλλους οἰδὲ.

id est, cum Ephesi ineptus citharoedus discipulum quendam suum amicis ostentaret, Stratonicus casu interveniens dixit: Qui non potest se ipsum facere citharoedum alios facit. caetera plana, neque de lectione potest dubitari: pro παρὼν malit aliquis παριών. postremi versus vulgata scriptura nulli Africæ portente monstruositate concesserit. Quam multa de hoc loco ab eruditissimis viris scripta sint frustra doctos moneant Omnia tamen, judicio nostro sunt ejusmodi, ut meri conatum laudes omnium, emendationem nullius. Quae rebant nempe longius, quod habebant præ manibus. Nam in vulgata lectione vera latet, ne litera quidea una addita: sed unica solum deperdita quae gemina debuit. solum enim in ἄλλους deest τὸ α: quia dictus praecedens definebat in α, leve autem est, quod propperam scripturæ ᾧς. Magnum sane tot doctissimi viros non vidisse manifestissimam antithesin inter αὐτὸν et ἄλλους: quae vel minimum attendentium occurserni poterat. Sed eorum acumen retudit vox οἰδὲ quam nos putamus lascivia ingenii vel a Stratonicu via Machone fictam jocose, aut ab antiquiore alio poeta pro cithara oblectare. Primum hoc loci sententia fligit manifestissime: deinde certum est, in hac volubili lingua nihil non sibi licere poetas praesertim comicos voluisse. quamquam et alii poetæ non dissimili licenter δῶ pro δῶμα, ἥλ, pro ἥλος, πηδά pro πηδάλιον, βῆ pro βριαρὸς, ρᾶ pro ράδιος, παῦ pro παῦσαι: λοφό Aristophanes pro λοφοπωλεῖν in Pace, [in Equitibus]

ολῶ pro eo quod οὐδοις γάστρις paulo ante dixerat.]  
 t similia his multa formarunt: de quibus poetarum interpretes, et Cappadox Geographus libro 8. [Allusum utem est a Stratonico venustissime ad proverbium Graecorum, ὃ αὐτὸς αὐτὸν οὐ φιλεῖς ἄλλον φιλεῖς; quod scripsimus in Diatriba ad Dionem Chrysostomum nemate 63. varie mutatum est ab eruditis hominibus, sicut variis rebus illud accommodabant. Sic Laco ut fert Plutarchus in Laconicis apoptheg. de Atheniis dixit Ὁς αὐτὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει Σάμου θέλει. alias eogeno canes alente hanc fecit parodiam, Ὁς αὐτὲς ιτὸν οὐ τρέφει, κύνας τρέφει.]

## CAPUT DECIMUM.

ΙΟΧΘΗΓΟΣ μόχθηγος. *Cilicum et Pamphyliorum ingenia. Phaselitae et Sidetae. κατὰ et contra p. 609. in inscriptionibus. Poenae improborum arguunt DEUM esse. Mos veterum regum, urbes aut provincias dare dynastis ad vectigal. Ἰλίεια ludi. Rhodii Cyrenenses albi. mores Cyrenensium. Heraclea ἀνδροκόρυθος. Byzantium cur μασχάλη τῆς Ἑλλάδος. Leucadii cur ἔωλος Κορίνθιοι. Ambraciotae cur μεμβρακιώται. μικροπολιτικὸν τὸ μὴ δύνασθαι συμπληρῶσαι, varie expositum. verbi ἐθέλειν usus Atticus. δύμα. εἰς subauditur. Carcinus poeta.*

ΙΟΧΘΗΠΟΝ Graeci dicunt et qui aerumnosam vitam git, et qui improbis moribus est. Non injuria dubius potest, utro modo id verbi acceperit is qui Stratonico hanc quaestionem proposuit, τίνες εἰσὶν οἱ μοχθότατοι τῶν ἐν Παμφυλίᾳ; Et olim et nunc Cilicum que Pamphyliorum misera et dura vita inter saxa et ates degentium. Sed et latrociniis fraudibusque innes iidem. Scire hoc licet ex vetere historia, Graecum proverbiiis, et eorum sermonibus, qui per illorum iter aliquando fecerunt. Fere enim ingenia hominum de coelo suo et solo mores trahunt, et ut Graecis eganter dicitur, οἱ τρόποι συνεξομοιοῦνται τοῖς τόποις.

Haec posterior interpretatio potior videatur. quam firma non nihil alterum ejusdem dictum de eodem populo, quo paulo post commemoratur, et si ad priorem interpretationem non minus reluctantem illum quoque locum traxeris. Stratonici responsum ita habet, Φασηλίτα μὲν ἔΦησε μοχθηροτάτους εἶναι, Σιδήτας δὲ τῶν ἐν τῇ οἰνουμένῃ. Quod aliis locis sexcentis accidisse saepdiximus, idem huic quoque censemus evenisse: ut geminandae aliquot voces negligentia exscribentium sint praetermissae. Nam et dixit Stratonicus, et scripsit Athenaeus, Τῶν ἐν Παμφυλίᾳ μὲν Φασηλίτας ἔΦησε μοχθηροτάτους. Σιδήτας δὲ τῶν ἐν τῇ οἰνουμένῃ. Interrogatus fuerat de Pamphyliis, respondet de Phaselitis, qui non in Pamphylia erant, sed in Lycia, vel quia finitimorum populorum fines parum discreti: vel jocose nomine παμφυλίας in alium sensum accipiens pro universitat mortaliū, hoc est, ἀντὶ πάντων φύλων. Tropaeorum inscriptiones apud Graecos fere sine verbo concipiabantur. KATA ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. Talis illa nobilis scorti, KATA ΤΗΣ ΤΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ ΑΚΡΑΣΙΑΣ. Talis etiam ista hoc loco KATA ΤΩΝ ΚΑΚΩΣ ΚΤΘΑΠΙΖΟΝΤΩΝ. Latini pro *natā* dicunt *contra*, Suetonius: vel *adversus*, ut in antiqua inscriptione pantomimi CORONATUS ADVERSUS HISTRIONES OMNES SCENICOS ARTIFICES. Θυμελιοὺς ἄγωνας qui paulo post in θυντιοὺς verterant, ridiculi sunt, raliud dicam gravius. sed indignor doctos viros errantium illis maluisse quam libros meliores et Eustathium de quo erat ipsis compertum, sequi. Cum aliquando trabis ruina homo sceleratus esset oppressus, dixit Stratonicus, "Ἄνδρες, δοκῶ, εἰσὶ θεοί· εἰ δὲ μὴ εἰσὶ, δοκεῖ εἰσὶ. varie haec interpretantur: nos ita probamus, O viri sunt dii, δοκῶ, puto equidem: sed si non sunt dii sunt δοκῶ per hanc trabem. id est, quamvis dii non essent, poterat hujus improbi mors persuadere hominibus deos esse. Poenae improborum vel perditis et desperatae audaciae hominibus confessionem hanc exprimere solent, Deos esse. Ideo Alagabo occiso exclamavit Senatus Rom. *Contaminator honorum jure punitus est*. *Judicia Deorum hinc apparent*. Vide versus Martialis lib. 4. de Selio beato homine, scelesto. Lege promium prioris libr. in Rusinum, apud elegantissimum poetam Claudianum. Contra scelestorum felicitas multe dubitare facit an sit Deus. Tertullianus De patienti

*Deus sua sibi patientia detrahit, plures enim Dominum idcirco non credunt, quia seculo iratum tam diu nesciunt. Notissimi sunt versus,*

*Marmoreo Licinus tumulo tegitur: Cato parvo:*

*Pompejus nullo: creditis esse Deos?*

Ille qui apud Stratonicum gloriabatur, ὅτι πάντα ὑπάρχει αὐτῷ οἰνσῖα, hoc voluit. omnia quae ad vitam recte, commode, et jocunde degendam expeti solent, sibi esse abunde domi. vitae commoda praestare poterant quaesilius quos redimendis operibus faciebat: honestatem et jocunditatem filii spondebant, quorum alter fuit Iudimagister, tibicen alter. Scribe, Ἐρουένου δέ τιρος, διὰ τὸ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν περινοστεῖ, ἀλλ' οὐκ ἐν μιᾷ πόλει περιμένει. clarissima ista quidem: at non adeo quae respondet Stratonicus. Παρὰ τῶν Μουσῶν ἔφη εἰληφέναι τέλος τοὺς Ἑλληνας ἀπαντας, παρ' ᾧ πράττεσθαι μισθὸν ἀμουσίας. Magna lux tenebricoso loco accesserit si scribas, εἰληφέναι εἰς τέλος, hoc est, *Dixit Stratonicus a Musis se accepisse ad vectigal omnes Graecos: a quibus mercedem exigat ipsorum imperitiae.* Sallum et venustum dictum. Respicit Stratonicus ad magnorum principium antiquam consuetudinem: qui Satrapis et dynastis suis, aliisque quibus cupiebant certas vel provincias, vel urbes assignabant unde vectigalia in usus suos exigerent. Sic legimus antiquae reginae cuidam Aegyptum datam fuisse εἰς νόσμον a marito: Themistocli Lampsacum εἰς οἴρον, Magnesiam εἰς ὄρτον, Myuntem εἰς ὄψον, Percotam et Palaescepsin εἰς στρωμανὴν καὶ ιματισμόν. Similia narrantur de Pytharco, de Alcibiade, de aliis. [Sic etiam legimus Aegypti reges ab aliis urbium suarum esculenta, ab aliis poculenta, ab aliis stragula solitos exigere. lege Aristea.] Eo respiciens homo εὐφυῆς, Musas quidem monarchae alicui assimilat, cui omnes mortales non ut subditi, verum ἀμουσοι et indocti, tributum teneantur pendere. Ex omnibus porro provinciis unam sibi concessam, Graecorum nempe, a quibus id tributum exigat: quod vocat ipse μισθὸν ἀμουσίας. de vocula εἰς quam desiderari diximus, plura sequente capite. *Iliea* appellati sunt ludi quos Ilienses agebant: Ἰλιεια ab Ilio, ut ludi Romani a Roma. Festi celebritas ex eo appareat, quod etiam ex remotissimis locis scenici artifices eo properarent. Falluntur qui mutant hanc scripturam, Πυνθανόμενος δ' εὐ Ἰλιῳ ἐπιδημεῖν αὐτὸν ἐν τοῖς Ἰλιείοις, Αει, ἔφησεν, Ἰλιῳ παντα.

id est, cum audisset Satyrum Ilium venisse cum celebrarentur Iliae, Semper, inquit, Ilio mala. Ait, Μινάνου δὲ αὐτῷ περὶ μουσικῆς διαμφισθητοῦτος. Scribendum Μυράνου, sic enim Pollux hunc futorem nominat, et Hesychius: in cuius codices mendi suspicio, hic quidem, vix cadit. Ait, τοὺς Ποντικοὺς ἐν τῷ πολλοῦ ἥκειν Πόντου, ὡσπερ ἐν τῷ ὄλέθρῳ. Suspecta vox πολλοῦ: neque mentem satis video. Ponti regionem opinor, vituperat. Ait, τοὺς δὲ Ροδίους ἐνάλει λεύκους Κυρηναίους. similibus moribus fuisse Rhodios et Cyrenenses significat. Simillime hodie homines scelestos sunt qui vocent Mauros albos. qui autem Cyrenensium fuerint mores, verbo indicat, cum addit, ναὶ μνηστήρων πόλιν. erant enim Cyrenenses splendidi, magnifici et ἀβροδίαιτοι, et ut mox dicitur, σπαταλῶνες ναὶ Θερμοπόται. de Aristippo et Anniceride caeterorum nosce ingenia. et sunt ad manum testimonia poetarum aliorumque scriptorum. Scribe vero, ναὶ τὴν Ρόδον, μνηστήρων πόλιν. ναὶ τὴν Ἡρακλείαν ἀνδροπόρινθον. Obscurum est ecquam e multis Heracleis hic intelligat. etiam illud, quare vocet ἀνδροπόρινθον. an hoc significat, tantam esse Heracleae impudicorum virorum multitudinem, quanta erat Corinthi foeminarum Veneris sacris operatarum? Ait, ναὶ τὸ Βυζάντιον μασχάλην τῆς Ἑλλάδος. et istud diverse acceperunt docti. In homine μασχάλη est ala five alarum cavitas. inde translatum id nomen ad multa. Byzantium Stratonicus vocat μασχάλην, hoc significans: si quis eam urbem occupaverit similem reliquam Graeciam fore homini quem aliquis ala prehensum teneat. five loci naturam consideres, five historias consulas, neque Stratonico viri prudentis, neque mihi fidelis interpretis laudem invidebis: si cui tamen hoc minus arridet, affereimus aliam interpretationem, opinor, hanc malam. Potest enim Stratonicus ea appellatione aut urbi immundicias, aut civibus sordidum victimum objecisse. nam cavitati alarum proprius est foetor qui dicitur τράγος: unde illos τραγομασχάλους nominabant, quibus *gravis hirsutis cubat hircus in alis*. Ait, τοὺς δὲ Λευκαδίους ἑώλους Κορινθίους. hoc est, frigidos et vanos Corinthiorum imitatores. Leucas colonia Corinthiorum fuit, ut scribit Strabo. restabant igitur in eorum moribus vestigia quaedam prioris patriae: sed parum expressa et obsoleta: sicut nec pridianae reliquia sapiunt idem ac recens cocti cibi. quicquid argutetur deparens et tristis

Tiberius. Vocem ξωλος non uno loco exposuimus, neque nunc repetendum. Ait, τους δ' Ἀμβρακιώτας μεμβρακιώτας. haut scio an ita scriperit. tamen ita disertae antiquae fidei exemplaria. allusit fortasse ad membrades pisciculum vilem. si ita est, cur non dixit potius μεμβρακιώτας? aut ad nomen μειρακιώτης. Utrumque dicunt Graeci et μειρακιοῦσθαι et μειρακιεύεσθαι. Ait, ιδὼν ἐν τῷ οὐφωνι δεδεμένους δύο, ὡς μικροπολιτικὸν οὐφη, τὸ μὴ δύνασθαι συμπληρῶσαι. Quia variis modis solet accipi verbum πληρῶσαι, ideo haeremus ad quam p. 612. potissimum notionem Stratonicus respexerit. Proponeamus diversas interpretationes, ut acutus lector eligat quod amplectatur, πληροῦν interdum est, quod institueris consummare. Potes igitur vertere, *cum in lignis compedibus duos publice vincos vidisset. Quam hoc est, inquit, civitatis invalidae argumentum, rem non posse perficere.* Non habendos in vinculis diutius, sed supremono statim supplicio afficiendos fuisse noxios, si recta haec interpretatio est, significat Stratonicus. Facit aliquid stabilienda huic sententiae, quod non simpliciter ait vincos: sed ἐν τῷ οὐφωνι. sic enim videtur innuere capital ab istis fuisse admissum: ideoque habitos in cyphone. quem fuisse scribunt veteres, ξύλον ὡς οὐατέτεμνον τους θανάτῳ οὐατακεριμένους. πληρῶν etiam dicitur navis magister, qui navem instruit remigibus: πληρόματα enim Graecis sunt remiges ipsi, fortasse eo allusum est a Stratonico: nam in multis civitatibus capitis damnati ant bello capti, remis addicebantur. Aliter accipitur idem verbum, quando dicimus πληροῦν ἔρανον, pro ἀποδιδόναι, vel etiam εἰσφέρειν. unde apud Demosthenem non semel πληρωτῆς ἔρανον. Philostratus libro sexto De vita Apollonii, οἱ δὲ χρηστοὶ Ἐλληνες, ἦν μὴ ὄβολος ὄβολὸν τένη, οὐαὶ τὰ ἄνια αὐτοῖς ἐπιτιμήσωσι οὐαπηλεύοντες ἢ οὐαθειργυῦντες, οὐ φασι ζῆν· ἀλλ' ὁ μὲν θυγατέρα συηπτόμενος ἐν ὥρᾳ γάμων, ὁ δὲ νιὸν ἥδη τελοῦνται ἐς ἄνδρας, ὁ δ' ἔρανον πλήρωσιν, etc. inter varias caussas quae praetexi ab hominibus avaris solent, cur soenus et fraudes exerceant, ponit et ἔρανον πλήρωσιν, id est, collationem eorum quae vel publice pendi solent a civibus: vel quae privatim amicis pauperibus et afflictis praestabantur nomine erani: ut multis dudum expositum nobis ad Theophrasti libellum aureolum Characteres. Hic igitur συμπληροῦν hoc loco interpretari licet, collata pecunia dependere quod alius debeat, concise dictum,

pro συαπληρῶσαι τὸν ἔρανον αὐτοῖς. Ita vertimus: *quam angusti animi cives sunt, qui non possunt stipe collecta pro his solvere.* Homines avari, illiberales ac deparci, et sunt et dicuntur Graecis μικρόψυχοι, μικρολόγοι, atque etiam, μικροπρεπεῖς, ut alibi probavimus. quo allusum a Stratonico vocem μικροπολιτικὸν in hac re usurpante. Erani ad dissolvendum aes alienum collati, exemplum habes extremo libr. 13. Mala nomina, aut qui judicatum non solvissent habere ἐν κύφωνι, id est, ligneis comprehendibus, antiqui sicut moris. Hesychius, ἐγκαλοσικλεῖς, οἱ μὴ ἀποδιδόντες τὰ χρέα, ἐγκάλοις, (live ἐν πάλοις) ἐδεσμεύοντο τοὺς πόδας. Ait, ἐθέλειν ἔφη γνῶναι πατέ τινα τόπου ἔστι τῆς πόλεως. dixit se posse cognoscere in qua parte sit urbis. ἐθέλειν eleganter et Ἀττικώτατα προδύνασθαι. sic in idiotismo nostro, volo hoc facere, pro, spondeo me hoc posse facere. [Sed hanc locutionem pene sibi propriam habet sermo Anglicus] tamen Excerptor noster, ἔχειν ἔφη γνῶναι. Ait, τὸν δὲ Τηλεφάνη ἐπεὶ ἀναφυσᾶν ἥρχετο, παρακατακείμενος ἔφη, ὡς οἱ ἐρυγγάνοντες. Vindelician. Breviator, παρακατακείμενος.

p. 613. ἄνω ἔφη, ὡς οἱ ἐρυγγάνοντες. Ait, τοῦ δὲ βαλανέως ἐν Καρδίᾳ ρύματα γῆν μοχθηρὰν καὶ ὕδωρ μοχθηρὸν παρέχοντος. saponis loco aut κονίας βαλανευτικῆς, id est, cretae balnearis. malam terram balneator exhibuerat. ρύματα, pro εἰς ρύματα. sed praepositio interdum omitti solet: et ita possit defendi fortasse vulgata lectio eo loco, παρὰ τῶν Μουσῶν ἔφη εἰληφέναι τέλος τοὺς Ἐλληνας ἀπαντας. ubi scribebamus εἰς τέλος. sane melius. Scribe mox, ἀσαντος δέ τινος, ἥρετο τίνος τὸ μέλος. Carcinus quem Stratonicus ridet, is est, qui ab Aristophane tam acerbe traducitur. appareat autem ex hoc loco, non solum tragoeiarum poetam fuisse, verum etiam carminum lyricorum.

---

## CAPUT UNDECIMUM.

*Timothei carmen, Semelae partus. Stratonici de eo dictum. Lacedaemoniorum Senatusconsultum adversus Timotheum. Vetus Spartiarum lingua frequentissime usā litera canina. exempla*

*hujus dialecti plurima. acus et venter Latinae  
voces unde. alia multa.*

TIMOTHEUS poeta tragicus, dithyrambicuſ atque etiam lyricuſ, quem dicebamus capite quinto, ut frigidum et nimis ſaepe ineptum facetorum riſum ſuſtuliffe, inter alia multa carmen fecerat, cujuſ ſuit et argumentum et tituluſ, Σεμέλης ὠδίν. ſed in hoc poemate Muſae illi favoris ſui auram nihilo magis aspirarant quam in caeteris: imo, ut exitus probavit, multo etiam minus in iſto quam in aliis. De hoc carmine, (quod vidit primus omnium Paulus Leopardus) accipienda, quae ſcribit Atheneus inter commemorandum Stratonicuſ acutę dicta. ἐπανούσας δὲ τῆς ὠδίνος τῆς Τιμοθέου, Εἰ δ' ἔργολάβον, ἔφη, ἔτικτε, καὶ μὴ θεὸν, ποίας ἀγνόφει φωνάς; fecerat nēmpe Semelen in Bacchi partu deformiter et indecore ejulantem: nulla habita ratione majestatis ejus dei: quem par erat minore matris cruciatu et aliis legibus reniffe in hanc lucem, quam e vili popello aliquem homunculum. Jure igitur ineptus poeta ineptiarum Stratonicuſ poenas dedit. At Spartani non vitio tantum hoc illi verterunt, ſed ut crimen vindicarunt. Nam in Senatusconfuſto Lacedaemoniorum quo urbe pellitur Timotheus, duo ſolum illi objiciuntur, quod veterem musicam corrupiſſet novis inventis: et quod indecoris ſegmentis ſuis de Semelae partu juventutis animos corrumperet. Iſum consultum, quia inſigne eſt, ait Boëtius, Spartatarum lingua, σ literam in ρ vertentium, neque uſquam ſatis emendate ſcribitur, appoſti. ΕΠΕΙΔΕ ΤΙΜΟΘΕΟΡ Ο ΜΙΛΗΣΙΟΡ ΕΛΘΩΝ ΑΜΕΤΕΡΑΝ ΠΟΛΙΝ ΤΑΝ ΠΑΛΑΙΑΝ ΜΟΛΠΑΝ ΑΤΙΜΑΣΔΕ. ΚΑΙ ΤΑΝ ΔΙΑ ΤΑΝ ΕΠΤΑ ΧΟΡΔΑΝ ΚΙΘΑΡΙΕΙΝ ΑΠΟΣΤΡΕΦΟΜΕΝΟΡ, ΠΟΛΥΦΩΝΙΑΝ ΕΙΣΑΓΩΝ ΛΥΜΑΙΝΕΤΑΙ ΤΑΡ ΑΚΟΑΡ ΤΩΝ ΝΕΩΝ ΔΙΑ ΤΑΡ ΠΟΛΥΧΟΡΔΙΑΡ· ΚΑΙ ΓΑΡ ΚΑΙΝΟΤΑΤΑ ΤΩ ΜΕΛΕΟΡ ΑΝΕΓΚΕ ΠΟΙΚΙΛΑΝ ΑΝΤΙ ΑΠΛΟΑΡ, p. 614. ΚΑΙ ΤΕΤΑΓΜΕΝΑΡ ΑΜΦΙΕΝΝΥΤΑΙ ΤΑΝ ΜΟΛΠΑΝ ΕΠΙ ΧΡΩΜΑΤΟΡ, ΣΥΝΙΣΤΑΜΕΝΟΡ ΤΑΝ ΤΩ ΜΕΛΕΟΡ ΔΙΑΣΤΑΣΙΝ ΑΝΤΙ ΤΑΡ ΕΝΑΡΜΟΝΙΩ ΠΟΙΩΝ ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΟΝ ΑΜΟΙΒΑΝ. ΠΑΡΑΚΑΛΑΘΕΙΣ ΔΕ ΚΑΙ ΕΝ ΤΟΝ ΑΓΩΝΑ ΤΑΡ ΕΛΕΥΣΙΝΙΑΡ ΔΑΜΑΤΡΟΡ ΑΠΡΕΠΕΑ ΔΙΕΣΚΕΔΑΣΑΤΟ ΤΑΝ ΤΩ ΜΙΘΩ ΔΙΔΑΧΑΝ. ΤΑΝ ΓΑΡ ΣΕΜΕΛΑΡ ΣΩΔΙΝΑ ΟΤΚ ΕΝ ΔΙΚΑ ΤΩΡ ΝΕΟΡ ΕΔΙΔΑΣΚΕ.

ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΤΩΡ ΒΑΣΙΛΕΑΡ ΚΑΙ ΤΩΡ ΕΦΟΡΩΡ ΜΕΜΨΑΣΘΑΙ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΕΠΑΝΑΚΤΑΣΘΑΙ ΔΕ ΚΑΚ ΤΑΝ ΕΝΔΕΚΑ ΧΟΡΔΑΝ ΕΚΤΑΜΟΝΤΑΡ ΤΑΡ ΠΕΡΙΤΤΑΡ ΥΠΟΛΕΙΠΟΜΕΝΑΝ ΤΑΝ ΕΠΤΑ· ΟΠΩΡ ΕΚΑΣΤΟΡ ΤΟ ΤΑΡ ΠΟΛΙΟΡ ΒΑΡΟΣ ΟΠΤΩΝ ΤΕΤΑΡΒΗΤΑΙ ΕΤΤΑΝ ΣΠΑΡΤΑΝ ΕΠΙΦΕΡΕΝ ΤΙ ΤΩΝ ΜΗ ΚΑΛΩΝ ΕΘΩΝ, ΜΗ ΠΟΤΕ ΤΑΡΑΤΤΗΤΑΙ ΚΛΕΟΡ ΑΓΩΝΩΝ. In ea decreti hujus parte qua condemnatur Timotheus, pro μέμψασθαι suspicabar scribendum πέμψασθαι, ut esset simplex pro composito, ἀποπέμψασθαι amandare, urbe pellere, alioquin ex hoc Senatusconsulto colligi non potest, Lacedaemonios Timotheum exegisse de Laconica, quod Boëtius scribit. Sed idem Boëtius, summam proponens hujus scripti, utitur verbo succensuisse: quae causa est cur mutare ausi non simus. Marcus Tullius secundo de legibus, *Illa severa Lacedaemon nervos jussit, quod plures quam septem haberet, in Timothei fidibus incidi.* Expressit illa verba, ἐν ταῖς ἔνδειας χορδῶν ἐκταμόνταρ τὰρ περιττὰρ, ὑπολειπομένων ταῦν ἐπτά. [ipsa decreti verba retinet in Tarifica priore Dio Chrysostomus scribens, Lacedaemonios Timotheum, τὴν τε πιθάραν ἀφελέσθαι καὶ τῶν χορδῶν τὰς περιττὰς ἐκτεμεῖν. meminit idem, iisdem fere verbis, et in ea ad Alexandrinos, necnon] Plutarchus in Laconicis institutis. Non desuerunt qui auctores essent, Timotheum cum invidiam novitatis a se depulisset, producta in medium vetusta effigie Apollinis, in ipsa urbe Lacedaemoniorum inventa, lyram tenentis quae novem nervos haberet, fuisse absolutum. Narrat ex Artemone Athenaeus lib. 14. ubi non obscure alluditur ad verba hujus Senatusconsulti, cum ait de Τίμοθ. εὐθυνόμενου ὡς παραφθείροι τὴν ἀρχαίαν μουσικὴν, καὶ μέλλοντός τινος ἐκτέμνειν αὐτοῦ τὰς περιττὰς τῶν χορδῶν. Quod autem vetus non solum Spartiarum, ut Boëtius scribit, sed omnium Dorum atque Aeolum lingua plurimum uteretur τῷ ρ tam in mediis quam in extremis dictiōnibus, praeter antiquos grammaticos testis Strabo libro decimo. ubi de Eretria Euboeae scribit auctor eruditissimus, ἐποίησαν δ' ἔσχον ἀπ' "Ηλιδος. ἀφ' οὗ καὶ τῷ γράμματι τῷ ρ πολλῷ χρησάμενοι ούκ ἐπὶ τέλει μόνον τῶν δημάτων, ἀλλὰ καὶ ἐν μέσῳ ιενωμέδηνται. Plato in Cratyllo, Οἶσθα οὖν ὅτι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ήμεῖς μὲν Φαμὲν p. 615. σιληρότης, Ἐρετριεῖς δὲ σιληροτήρ. Extant adhuc in

antiquorum Glossographorum libris nonnulla vocabula veteris illius Spartiarum linguae, qua scriptum vides antiquissimum hoc et pulcherrimum vetustatis monimentum. Clare liquet ex illis, caninam literam plurimum adamatam et frequentatam suisse a priscis Spartanis. Nam, exempli causa, ἀβῆρ, vetere ejus populi dialecto erat *cella penaria*. ἄβωρ, *clamor*: ἀγλευκέρ, *tibia*. ἀδελιφῆρ, ἀδελφὸς, *frater*. Αἰγλαήρ, *Aesculapius*. ἀλθῶρ, *magnum*. ἀναλαναντίρ, *avicula achantis dicta* aliis Graecis, vel *ποιηλίς*. ἀνιόρ, aliis ἀσιός. Latini utrem. ἀνχαλίβωρ, *grabatus*. ἀμπιστάτηρ, pro ἐπιστάτης. praefectus et ἐξεταστής. ἀμπιτίαρ *Hesychio* exponitur παρατατομένη, quae stat in acie. sic idem ἀνωρ explicat ἡπουστα, quae venit. ἀντηρ, *herbae nomen*. ἀνσατήρ, *inguen*, *bubo*. ἀπαβοῖδορ, *concinne*. ἀππιρ, *carceres stadii*. aliis ὕσπληξ. ἄχυρ, unde *acus Latinorum*. vulgo ἄχυρον. Sic Κέρυνος Alcmani Spartano poetae, pro Κερυνραιος. βελλίρ, *galea*. βίωρ pro ὕσως, *fortasse*. βουάγορ, *dux armenti*. vel is qui postea dictus Spartaē παιδονόμος. ὁ τῆς ἀγέλης ἄρχων παῖς *Hesychius*. βρευτάγιορ *imago*. Γέντερ locus τῶν ἐντέρων τὸ γ εft hic, digamma Aeolicum. inde Latinum *venter*. Γῶνορ, pro γωνία, *angulus*. Δαδώχωρ aut δαιδώχωρ, *candelabrum*. δενέμορ, *terra petrādης*. δευτερίναρ, *lora*. vulgo δευτερίας οἶνος. διασάτηρ, *ludere*. διαφοιγόμορ, *dies phiditorum*. δίναρ *judices*. ἐλιμαρ. vulgo ἐλυμος. panicum vel aliud σπέρμα σιτῶδες milii simile, ut quidam scribunt. ἐνδεκαδίνορ, *vasculi genus*. ἐνιχώρ dicebant pro ἐν τῷ χορῷ. ἐξαιρέταρ, *instrumentum ad hauriendum*. ζουιώνερ, βόες ἐργάται. ita scribendum in *Hesychio*. quo auctore idem significabat et ζυγόνερ. ὕδαρ, *cibus*. poetae dicunt εἴδαρ. quod vocabulum et similia huic, ut ἄλιαρ, εῖλαρ, et caetera, Laconica sunt. Ἰημαρ, *humor*, νοτίς. ἰωπάτερ *clavi vestimentorum*. Καλαυίνδαρ, *πλάτανος*, ol Δωριεῖς. sic corrigendus codex *Hesychii*. ηαλλίαρ *simia*. ηίττερορ pro ηιττός. *hedera*. ιόρυρ a ιορυφή, *summitas alicuius rei*. ιρονίδαρ, *longaevus*. alii Graeci, χρόνιος, aut πολυχρόνιος. ιραύγαρ, *qui valet viribus*. Homero βοὴν ἀγαθός. [ητίτερ, pro ηιτστης *conditor*.] similiter λιγάναρ, *cicada*. poetis ἀχέτης τέττιξ. μαχάταρ *adversarius*. pro μαχητής. [μέσωρ, pro μέσος, *medius*] μιργάβωρ, τὸ λυκόφως, *crepusculum*. cum lux et tenebrae miscentur. est enim dictum quasi μισγάως. inter duas vocales inseritur β ut in multis Latinis dictionibus τὸ

V, ex dialecto Aeolica, ὠὸν, ονυμ. αἰών, aevum. σκαιός, *scaenus*. μοῦρος pro μυχός. μοῦρταρ, *pileus*. μύμαρ et μῶμαρ, pro μῶμος, proprie *macula*. est enim Hebr. מָוֵת sed a corpore ad animum transtulerunt. νέκυρ, pro νέκυς. νῆσορ pro νεοττός. *pullus avis*. νίνορ pernities. παλατωρ, *stultus*, pro παλαιός. reliqui Graeci ἀρχαῖον vocant. πέλανορ, nummi genus. πάσορ, pro πάθος. male in editionibus Hesych. πάσον. πέληρ, vide Hesych. at πέλληρ, exponitur vorax. πίσορ pro πίθος, *dolium*. πλατῆρ, *expansa manu ferire*. πλατὺρ, *servus*. pro πελάτης. πλεφίλερ, *sesamum frictum*. πόπαρ, pater aut *anus*. πὸρ pro ποῦς. πυὴρ, *plenum*: φιπίρ, pro φιπίς. *flabellum*. σαλαβάρ, *coquus*. σαρὶρ, *palmae termes*. aliis p. 616. Graecis est σπάδιξ. σιὸρ, pro Θεός. vide amplius capite ultimo. σκέλεφερ, *jactus tesserarum nomen*. σόρορ vel σόρορ. pro τυρός, *caseus*. σπαδαχήρ, *discerpit*. σύλλιρ, *saccus*. pro Θύλαινος. τέορ pro σοῦ. ψεάδερ, *olivae nucleus*. Ψιλάντερ, *coryphaeum agere*. Postquam haec a nobis scripta essent, et jam chalcographi typis dudum expressa, perlata ad nos est Maniliani Astronomici nova editio, a praestantissimo viro Josepho Scaligero ejus auctore muneri missa. Quod opus aureum dum avide statim percurreremus, reperimus doctissimum acutissimumque virum hoc ipsum Lacedaemoniorum, sive ψήφισμα sive προβούλευμα, cuius emendationem eramus hic aggressi, correctum a se publicasse, atque illustrasse. Gavisi sumus nec mediocriter, eodem tempore ipsum quidem Lugduni Batavorum, nos vero Lugduni Segusianorum, idem δέον πάρεργον occasione diversa aggressos, idem propemodum sensisse, idem scripsisse. Sed nos videlicet πεζοὶ παρὰ Λύδιον ἄρμα θέομεν τὸν ἐκείνου δρόμον.

## CAPUT DUODECIMUM.

*Dictum Stratonici de Cyrenensibus emendatur. Mūsicorum διαγράμματα, sive tabulatura. Inventor harum descriptionum Stratonicus. διάγραμμα συστήσασθαι. Proverbium, ἀφ' ἐνὸς διαγράμματος ἀεὶ τὸ αὐτὸ ὑποκρέκειν. Mors Stratonici varie prodita. Unde didicerit Aristoteles quae scribit de piscibus. οἰνὸς columba. hedera in*

*cervi cornu nata. κόρακες nycticoraces. Locus Aristotelis animadversus. ἀκρέσπερος et ἀρχέσπερος.*

VERBA Athenaei sunt, quibus explicat nobis cur Stratonicus Rhodios appellari *Cyrenenses albos*: Rhodiorum urbem, μνηστήρων πόλιν: χρώματι μὲν, inquit, εἰς ἀσωτίαν διαλλάττειν ἐκείνων ἡγούμενος αὐτούς. ὁμοιότητι δὲ εἰς οὐταφέρειαν ἥδονῆς τὴν πόλιν μνηστήρων εἰνάζων. et si non est obscurum quid sentiat Stratonicus: offendit me tamen oratio haec. quid enim est χρώματι εἰς ἀσωτίαν διαλλάττειν? et τὴν πόλιν μνηστήρων εἰνάζων, vereor ut ferant teretes aures. Omnem difficultatem sustuleris, si hanc scripturam admiseris, χρώματι μόνον, εἰς ἀσωτίαν δὲ οὐδὲν διαλλάττειν ἐκείνων ἡγούμενος αὐτούς. ὁμοιότητι εἰς οὐταφέρειαν ἥδονῆς τὴν πόλιν μνηστήρων εἰνάζων βίῳ. Solent mulici et harmonici discipulis suis proponere quas *tabulaturas* vulgus nuncupat. Eae sunt descriptiones phthongorum ex quibus composita fuerit alienus cantici harmonia. Res pulcherrima et ingeniosissima: nam ea est quali scriptura tonorum et soni. Hujus praeclarri inventi auctorem facit Eresius Phanias nobilis peripateticus Stratonicum citharoedum; et τῆς οἰδαριστικῆς διδάσκαλον: illum cuius tot recitantur apophthegmata a Strabone, Plutarcho, Athenaeo, et aliis antiquis. Ait autem Phanias, Στρατόνιος ὁ Ἀθηναῖος δοκεῖ τὴν πολυχορδίαν εἰς τὴν ψιλὴν οἰδαρισιν πρῶτος εἰσενεγκεῖν, καὶ πρῶτος μαθητὰς τῶν ἀρμονιῶν ἔλαβε, καὶ διάγραμμα συνεστήσατο. Appellat διάγραμμα, descriptionem qualem p. 617. dicebamus: et διάγραμμα συστήσασθαι est, phthongorum systemata, ut mulici appellant, in tabula describere ac spectanda oculis exhibere. Non clam me est viros doctos aliter hanc vocem esse interpretatos. Sed falluntur profecto eruditi homines: omnium vero longissime a vicinia veritatis aberravit Leopardus, qui διάγραμμα συστήσασθαι vertit, *mercedem instituere*. quod equidem non semel miratus sum: erat enim Leopardus in Graecis scriptoribus apprime versatus. Atqui certum est quod diximus: neque soli geometrae aut astrologi διαγράμματα habent, verum etiam mulici: a quibus manavit proverbium de eo qui dicit idem saepius, et ut poeta ait, eadem oberrat chorda, αὐτὸς διαγράμματος αὐτὸς τὸ αὐτὸν ὑποηρένει. Plutarchus in libro De discrimine adulatoris et amici, ὅθεν ὥσπερ ἀρμονικὸς ὁ φίλος τῇ πρὸς τὸ οὐλὸν

καὶ συμφέρον μεταβολῆ, τὰ μὲν ἐνδίδους, τὰ δ' ἐπιτελων, πολλάκις μὲν ἥδὺς, αἱ δὲ ὠφέλιμός εστιν. οὐ δὲ κόλαξ; ἀφ' ἐνὸς διαγράμματος αἱ τὸ ἥδὺ καὶ τὸ πρὸς χάριν εἰωθῶς ὑποηρέντιν, οὔτε ἔργον εἶδεν ἀντιτεῖνον, οὔτε ῥῆμα λυποῦν, ἀλλὰ μόνω παρέπεται τῷ βουλομένῳ, συνάδων αἱ καὶ συμφεγγόμενος. Quod additur ex eodem Phania, Stratonicum quia petulantius jocatus esset in filios Nicoclis Cyprii regis, haustu veneni suis extinctum: in nomine regis, caussa mortis, et genere illius dissentit Macho, cujus versus ante recitati sunt. Quare renti autem Athenaeo unde et a quo didicerit Aristoteles piscium mores: quid agant? quomodo cubent? quam teneant vivendi rationem, responderi potest pro philosopho: diligenter ipsum piscaores consuluisse, qui cum in aquis vivant assidue, non adeo mirum longo usu mariis talia suis ab iis observata: multa etiam de piscibus qui in vivariis servantur potuisse facile cognosci, quis dubitat? Facit philosophus non uno loco τῶν περιστεροειδῶν plura genera: Φάτταν, οἰνάδα, τρυγόνα. Potest videri οἰνάδα factum nomen esse ex depravatione Hebraicæ appellationis יונֵה vel יונָה jonah: Graecos tamen a nomine οἴνος istud derivasse, quia viderentur hæ columbae colorem illum referre quem οἰνωπὸν vocant, constanter scribunt veteres grammatici. Quare non debuere interpres neglecto exemplarium omnium consensu, scribentium et hic et apud Aristotelem οἰνάδα, Rondeletii suspitione mera freti, emendare ίναδα, quam vocem scimus omni vetustati suis incognitam. Scribit Athenaeus, ἐν τῷ Περὶ μακροβιότητος Φησὶν, ὅτι ὡπταί τις μυῖα ἔτη ἔξ ή ἐπτὰ ζήσασα. In eo commentariolo Aristotelis qui extat hodie eo titulo ista non reperias: sed in eo De respiratione invenias haec verba, τῶν μελιτῶν ἔνιας ζῶσι καὶ ἐπτὰ ἔτη, καὶ τ' ἄλλα δὲ ὅσα βομβεῖ, οἷον σφῆμες, καὶ μηλολόνθαι, καὶ τέττιγες. Quaerit amplius philologus, ποῦ δὲ εἶδεν ἐκ νέρατος ἐλάφου κισσὸν ἀναφύντα; respicit historiam quae extat lib. nono, capite quinto: neque ego dubium ullum facio, quod ibi scribitur verum esse: captum aliquando suis cervum habentem in cornibus innatam hederam. Sed Athenaeus p. 618. cum in Excerptis suis haec legeret, videtur existimasse, philosophi mentem esse, occulta quadam naturae proprietate ex cuiuscunque cervi cornu hederam posse nasci: de quo ille ne per somnium quidem cogitavit unquam. Subjicitur, γλαῦκες δέ Φησι καὶ κόρακες ἡμέρας ἀδυνα-

τοῦσι βλέπειν. διὸ νύκτωρ τὴν τροφὴν ἔαυτοῖς θηρεύουσι. ναὶ οὐ πᾶσαν νύκτα, ἀλλὰ τὴν ἀρχέσπερον. Philosophi verba cum ipsis componenda, libro nono, cap. 34. γλαῦκες ναὶ νυκτικόρακες ναὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τῆς ἡμέρας ἀδυνατεῖ βλέπειν, τῆς νυκτὸς μὲν θηρεύοντα τὴν τροφὴν αὐτοῖς πορίζεται. οὐ νατὰ πᾶσαν δὲ τὴν νύκτα τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ’ ἄχρις ἐσπέρου ναὶ περὶ ὁρθρου. Coracas Athenaeus simplici nomine vocat sine exemplo, quos Aristoteles νυκτικόρακας, genere, figura et natura diversos a corvis. sed fortasse scripserat noster integrum nomen, ut est apud philosophum. tamen aliter omnes veteres membranae et Breviatores. Caeterum in superioribus verbis Aristotelis scribitur perperam et contra ejus mentem ἄχρις ἐσπέρου usque ad vesperam. Scribendum est, ἀλλὰ τὴν ἀρχέσπερον, ναὶ περὶ ὁρθρου, id est, sub crepusculum, et sub diluculum. Vocem ἀρχέσπερου inventam in omnibus antiquis codd. non possumus damnare. alioquin verius censeam, τὴν ἀκρέσπερου. sic vocant Hippocrates et Nicander primam vesperam, quando jam est dies creperus, Galenus explicat, τὴν ἀκραν ἐσπέραν, τοῦτ' ἔστι πρώτην ναὶ ἀρχομένην. Mox afferruntur exempla haec eorum animalium quae fel habent intellectus conjunctum vel etiam cohaerens, ὡς ἔλαυψ ναὶ συναγρίς ναὶ σμύραινα, ναὶ ξιφίας ναὶ χελιδών. omisit primum et postremum verbum quae in Aristotelis catalogo, βάτραχος et στρουθός. Talia multa observabit qui verba auctoris nostri cum autographo, unde sunt descripta, non negligenter contulerit.

## CAPUT TERTIUM DECIMUM.

*Locus Aristotelis de propriis cuique elemento animalibus. defenditur philosophus adversus querundam criminationem super genitis in igne animalibus. Philonis locus insignis. mundum plenum esse animarum. Epicuri in Aristotelem calumniae. Φορμὸς, σπεῖρα, cesticillus, arculus.*

CONSTANT sibi antiqua omnia exemplaria in afferra falso scriptura, in ipsis ex Aristotele petitis verbis: τῶν δὲ ιχθύων τὰ μὲν εἶναι χερσαῖα, τὰ δὲ ἔνυδρα, τὰ Casaub. Anim. in Athen. T. II. T

δὲ πυριγενῆ. terrestres quidem pisces interpretari licet fossiles, quos Aristoteles et Theophrastus ὄρυκτοις, Plinius semper *terrenos* appellat. sed quinam sunt pisces πυριγενεῖς, in igne geniti? Omnino scribendum est cum eruditis viris τῶν δὲ ζώων, ut non piscium, sed omnium in universum animalium haec distributio esse intelligatur. Philosophorum placitum est, omnia elementa, sui generis animantia producere, alere, et fovere. Aristoteles in 3. de generatione animalium, terrae tribuit plantas: (nam et hae sunt τῶν ζώων:) aquae τὰ ἔνυδρα: quae impro-  
 p. 619. prie uno piscium nomine complectimur: aëri τὰ πεζά.  
 qua appellatione comprehenduntur omnia quaecunque super terram moventur. De igne ait ibi philosophus esse quacendum alio loco. Est ignis duplex, elemen-  
 taris et hic noster. utrumque habere sua animantia placet philosophis. de igne nostro probatur Historiarum libro quinto: ubi philosophus naturam enarrat quorundam animalculorum quae in nive et in igne generantur in Cypri insulae fornacibus aerariis: eadem quoque Strabo commemorat libro undecimo. Diogenes Laertius libro nono, τῶν ζώων τὰ μὲν χωρὶς μίξεως γίνεται, ὡς τὰ πυρίβια. ναὶ ὁ Ἀράβιος Φοῖνιξ, ναὶ εὐλαῖ. Cicero de natura Deorum libro secundo: cum igitur aliorum animantium ortus in terra sit, aliorum in aqua, in aëre aliorum, absurdum esse Aristoteli videtur in ea parte, quae sit ad gignenda animalia aptissima, animal gigni nullum putare. Et libro primo dixerat idem, Bestiarum terrenae sunt aliae, partim aquatiles, aliae quasi antcipites in utraque sede viventes: sunt quaedam etiam quae igne nasci putentur, appareantque in ardentibus fornacibus saepe volitantes. In nono autem Historiarum ait Aristoteles auctores quosdam esse chlorionem avem ἐν πυρηναῖς γίνεσθαι: nasci ex incendio. quod ille tamen fabulam meram censet. Quin pronuntiat idem in universum de hoc nostro igne, nullum omnino generari ab eo animal: πῦρ, ait, οὐδὲν γενιᾶς ζῶον. οὐδὲ Φαίνεται συνιστάμενον πυρουμένοις. οὔτ' ἐν ὑγροῖς οὔτ' ἐν ξηροῖς οὐδέν. Accusant magni viri inconstantiae Aristotelem, qui in Historiis nascentia in igne animalia narrans, in secundo de generatione (inde sunt quae modo descripsimus) neget fieri id posse. ipsi potius accusandi, qui non intelligunt aliud esse πῦρ γεννᾶν, aliud γεννᾶσθαι ἐν πυρί. neque unquam dixit philosophus, ignem generare eos vermes qui in fornacibus Cypri repe-

riuntur: sed generari eos in igne. praeterea etiam si ob certam caussam et propriam quandam naturam suam ignis illarum fornacum animalia produceret ac generaret, non sequeretur tamen igni per se et omni convenire, ut vim habeat τοῦ γεννᾶν ζῶα. quod in secundo De generatione philosophus negabat. Quare falluntur qui ipsum sibi contraria dicere et sentire scribunt. At Seneca Aristoteli plane contradicit. *Ignis*, ait ille, quinto Naturalium quaestionum, qui omnia consumit, quaedam etiam creat: et quod videri non potest simile veri, sed tamen verum est, animalia igne generantur. De igne elementari accipio philosophi verba in libro de spiratione, τὰ μὲν τῶν ζώων ἐν γῆς πλείονος συνέστηκε, τὰ δ' ἐξ ὑδατος, τὰ δ' ἐξ αέρος. τὰ δ' ἐν πυρός. ἐναστα δ' ἐν τοῖς οἰνείοις τόποις ἔχει τὴν τάξιν αὐτῶν. quae ait ex igne ζῶα nasci, daemones sunt, quibus eas sedes veteres philosophi assignarunt. Porph. l. 3. De abstinentia ab esu animatorum. Οὐ πανῶς δέ τινες πάντα τῶν τόπων πεπειρανται πολλὰ δεινούνται μᾶλλον ἡμῶν ἐμφρονέστερα, ὃν εἴληχεν. ὡς γὰρ τὰ πατὰ τὸν αἰθέρα οἰκοῦντα ἔστι λογικὰ, οὕτω Φασὶ τὰ μετ' ἐνεῖνον εὐθέως τὸ πλησιάζον οἰκοῦντα, ὅποια τὰ ἐν αἴρει. εἶτα τὰ ἐνυδρα διαφέρειν. εἴθ' οὕτως τὰ ἐπίγεια ὃν τὴν ὑποστάθμην οἰκοῦμεν. p. 620. Philo tamen Judaeus daemonas in aëre collocat, in libro de Gigantibus: οὓς ἄλλοι Φιλόσοφοι δαίμονας, ἀγγέλους Μωσῆς εἴωθεν ὄνομάζειν. Ψυχαὶ δ' εἰσὶ πατὰ τὸν αἴρει πτόμεναι. παὶ μηδεὶς ὑπολάβη μῆδον εἶναι τὸ εἰρημένου. ἀνάγνη γὰρ ὅλον δι' ὅλων τὸν πόσμον ἐψυχῶσθαι, τῶν πρώτων παὶ στοιχειωθῶν μερῶν ἐνάστου τὰ οἰνεῖα παὶ πρόσφορα ζῶα περιέχοντος γῆς μὲν τὰ χερσαῖα, θαλάττης δὲ παὶ ποταμῶν τὰ ἐνυδρα, πυρὸς δὲ τὰ πυρίγονα. λόγος δὲ ἔχει ταῦτα πατὰ Μακεδονίαν μάλιστα γίνεσθαι. οὐρανοῦ δὲ τοὺς ἀστέρας. ἔστιν οὖν ἀναγναῖον παὶ τὸν αἴρει ζῶων πεπληρῶσθαι. descripsi pluribus hunc τοῦ Ιουδαΐζοντος Platonis locum, quia visus mihi insignis: vel propter alia animalia ignea quae nasci ait solere in Macedonia, [de quibus etiam in libro Περὶ Φυτουργίας sic meminit: τὰ ζῶα ταῖς τοῦ παντὸς ὄλοσχερεστέραις προσεγένετο μοίραις, γῆ μὲν τὰ χερσαῖα, πλωτὰ δὲ ὑδατι, τὰ δὲ πτηνὰ αἴρει παὶ τὰ πυρίγονα πυρὶ, ὃν τὴν γένεσιν ἀριδηλοτέραν πατὰ Μακεδονίαν λόγος ἔχει προφαίνεσθαι.] Quod scribit mundum in omnibus suis partibus animas habere, consentit Philosophus, qui in tertio De generatione animalium scriptum reliquit, τρόπου τινὰ πάντας

**ψυχῆς σῖναι πλήρη.** [Servius ex veterum philosophorum placitis, scribit ad 3. Aeneid. *Manibus* (animas intellige) *plena sunt loca inter lunare et terrenum circulum* unde et desfluunt.] Cum ista mox legas, περὶ ὃν ἐλήρησεν ὁ Φαρμακοπώλης, scias verissime dictum, *Homine imperito nihil quicquam injustius.* At illud, Ἐπίνορον τὸν Φιλαληθέστατον: recte: modo accipias dictum εἰρωνικῶς. Alibi satis ista sceleratorum hominum commenta confutavimus. Addit, Καὶ πατὰ μικρὸν εἰς τὴν θεωρουμένην ἔξηλθε. Auctor Epitomae cum haec, ut videtur, non intelligeret magis quam nos, ita sententiam concepit: καὶ πατὰ μικρὸν ἐγένετο οὗτος ἐστι. nobis tam beatis esse non licet: qui auctori huic non sententias tantum suas, verum et verba etiam sua restituere labramus. Videamus igitur an aliquis sit conjecturis locus. Fortasse enim scripsit Athenaeus, aut Epicurus potius, εἰς τὴν οικουμένην ἔξηλθε. prodit e tenebris prioris vitaes in hanc celebritatem nominis, quam per orbem totum obtinet. Epicurum neque optime neque elegantissime locutum esse, norunt eruditi, vel ex Cleomedes mathematico. Possimus etiam scribere εἰς τὴν θεωρίαν τοῦ ὄντος ἔξηλθε. simile mox de Protagora, ἀφ' ὃν ἐπὶ τῷ σοφιστεύειν δρμῆσαι. Sed de hoc sophista praecedunt ista ex Epicuro, Πρωταγόραν Φησὶ τὸν σοφιστὴν ἐκ Φορμοφόρου καὶ ξυλοφόρου πρῶτον γενέσθαι γραφέα Δημοκρίτου. Non primus Dalecampius falsus judicii est in voce Φορμοφόρος, quam in Φορτοφόρος voluit mutari: repugnat libri, non Athenaei solum, sed et Diogenis Laertii in Protagora et in Epicuro: repugnat auctoritas certa Glossographorum Graecorum, quibus nihil potest opponi sed non omnes vident unde appellantur bajuli Φορμοφόροι. sic autem dicuntur a pulvillis quos super capite aut humeris substernunt oneribus Φορμός, inter alia et straguli genus significat, ut alibi probamus, quia substernuntur hi pulvilli: propterea Φορμοί Graece dicti.

p. 621. Laërtius τύλην quasi dicas *culcitam* appellat in Protagora: quem facit ejus inventorem. a forma alii vocant *σπεῖραν*, ut Apollodorus de Diis lib. 2. quia rotundi sunt: imo vero *σπεῖρα* proprie dicitur pannus in spiram tortus, quo hodieque ancillae nostrae loco pulvilli utuntur. similiter Latini a similitudine cestuum et forma rotunda *sesticillum*, et *arculum* vocarunt. Ubi legimus, τὰ γαθὸν Πλάτωνα πανταχοῦ. ante haec verba deesse aliquid Dalecampio facile assentior, et id nota aliqua

ndicari in hac editione volebam. Tres seuarios qui sequuntur ita lego,

— Τάγαθὸν τὸ κατὰ Πλάτωνα πανταχοῦ  
ὅπου παρῇ, Φῆς αὐγαθὸν εἶναι; μανθάνεις.  
τὸ δ' ἥδυ πάντως, ἥδυ πάντως καὶ θάδε.

### CAPUT QUARTUMDECIMUM.

*Metagenis Mammacythus vel Aurae. ἱαρμβεῖον Pla-*  
*tonis Mammacythus. τὰ προσφερόμενα et προσ-*  
*έρματα. αἱ σφύραιναι τροφιμώτεραι τῶν γόγ-*  
*γυρων. ἀβλεννῆς et ἀβλεμῆς. πώλυψ. pelamys*  
*et cobium. chelidonias piscis. χελιδών. costae*  
*pisces. κόμμαρος. Xanthias piscis. ἐπίφυσις τοῦ*  
*δέρματος. ἥδονὴ acetum. κυματοπλήξ. πυροῦν-*  
*τες pisces et ἔμπυροι. δῶνις aquarum. οὐ συνετό-*  
*μοι. ἐκφέρεσθαι πότου. διαλαμβάνειν. Tragi-*  
*corum et comicorum πραγματεῖαι plurimum fa-*  
*bularum. Antiphānis Rustici, et Rusticus.*

ΕΠΕΙΠΩΝ τὸ ἐν Μαμμανύδου, ἢ Αύρῶν Μεταγένους  
αμβεῖον. Ex libro 13. emendat interpres, τὸ εξ Μαμ-  
μανύδου Ἀρισταγόρου, ἢ A. pene illi eram assensus,  
cum vulsi aurem Suidas, qui auctor est Metagenem  
quoque *Mammacythum* fabulam edidisse. quare emen-  
tatione Dalecampii opus non habemus. Imo vero falli  
interpretes putamus nos in illius loci interpretatione,  
nde hunc emendare conatus est vir doctus. qua de re  
d illum locum dicimus. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτη. sed ubi  
st ille quem Athenaeus ait, versus jambicus? sequentia  
nim verba in jambicorum legem nunquam coegeris:  
bro autem 13. post similem auctorum istorum lauda-  
onem, subjiciuntur versus hexametri. neque obscurum  
st ejus generis esse quao sequuntur. nam vocula δῆ, ni  
llor, excidit, cum scripisset auctor,

— ὥσπερ ἐπειδὰν

Δειπνῶμεν ποῦ, δῆ τότε πλεῖστα λαλοῦμεν ἀπαντες.  
uid igitur λαμβεῖον hic Athen. appelleat, amplius quae-  
amus. In Excerptis hoc loco offendimus, vetus hoc  
roverbiū esse, *In convivio plurimum omnes loquimur.*

Mammacythus nomen est hominis stultitiae notae. ideo poetae comici stultitiam quorundam pro fabulac arguento sumentes, *Mammacythus* illis nomen indiderunt. de Aristagora testatur Athenaeus: si tamen ille locus sic accipi debet. de Platone Hesychius, cuius verba sunt: Μαμμάνυθος μωρός· ἔστι δὲ καὶ δρᾶμα πεποιημένον Πλάτωνι. scholiastes Aristophanis, ad ista e Ranis πεχηνότες

p. 622. μαμμάνουθοι, ita scribit: Ἀρίσταρχος μέν Φησιν ὀνοματοπεποιῆσθαι· πῶς οὖν, Δημήτριος Φησὶν, εἰ μὴ σύνθετος αὐτοῖς τὸ δρᾶμα; ὅπου καὶ δρᾶμα ὅλον οὕτως ἐπιγέγραπται Μαμμάνουθοι· ὁ τινὲς εἶναι Πλάτωνος λέγουσι. de Metagene jam diximus. Περὶ τῶν προσφερομένων τοῖς γοσοῦσι, καὶ τοῖς ὑγ. τὰ προσφερόμενα ex usu Graece loquentium, sunt cibi quibus νεψιμur. Hippocrati προσάρματα, ut dictum alibi. προσφορὰ esus. προσφέρεσθαι edere. quare interpres non recte *De his quae efferuntur*. saltem adderet, *in cibum*. quanquam id quoque non probro. αἱ δὲ σφύραιναι τῶν γόγγρων εἰσὶ τροφιμώτεραι. superiore libro ex Hicesio idem auctor adnotavit in elemento Σ. falli doctos qui censuerunt corruptum eum esse locum satis ibi probavimus. quare si ex eodem Hicesio sumit quae nunc scribit hic, non dubito recte legi σφύραιναι. nam sphyrænam magis quam congos alere, sententia Hicesii fuit vera an falsa, sed quia paulo ante medicos nominans, unde haec sine dubio sunt descripta, Hicesium praetermisserit, ferri potest emendatio quam in codice Palatinae bibliothecæ invenimus, ubi τῷ Φ, in hac voce erat superscriptum τὸ μ. ut fieret σμύραιναι. quod doctissimo Rondeletio videbatur. Mox pro . . . . οὐν ἀπεκτος, ταγῆν, lego cum interprete ex doctissimi Rondeletii emendatione, ὁ μὲν οὖν ἐφθὸς εὔπεπτος· ταγ. testor tamen non aliter MSS. habere. Sed quod in his, κοινῶς δὲ πᾶσα αἷματος ἐκπριτική: tollit vocem αἵματος Dalecamp. et negationem addit, non video qua ratione fultus ita censuerit. Repugnant omnes libri: et confirmat vulgatam quod paulo post de sepiam dicitur similiter, eam esse κινητικὴν τῆς δι' αἷμορροΐδων ἐκπρίσσως. καλεῖται γε καὶ ἀβλευνῆς. Epit. ἀβλευνῆς: Rondeletii etymon postulat duo νν. a βλέννα. si legeretur ἀβλευνῆς fere eadem ratio esset hujus appellationis, quae apuarum: nam ἀφύαι, dictae quasi ἀφυεῖς. idem significat ἀβλευνῆς, insirmus ἀσθενῆς.

γλαυκίσκοι κέφαλοι πεστρεῖς. Lego cum Rondeletio λευκίσκοι. adi ad superiorem librum, qua parte de

mugilibus agitur. ο δὲ πώλυψ συντργεῖ μέν. Mirari licet, cur vocem hanc alius dialecti sine caussa usurpaverit. ita autem et MSS. habent, et Eustathius legisse videtur. Extat sane et apud Pollucem, sed alio sensu, libro quarto, capite quo medicinae vocabula explicat, πώλυψ, ait, σὰρξ ρινὶ ἐπιφυομένη. ταριχευθεῖσαι δὲ καλλιβίω ὄμοιως εύκ. Epit. simpliciter, ταριχευθεῖσαι δέ. Rondeletio visum, νυβίω ὄμοιως. Non semel in hoc opere legas, pelamydem ἀναλογεῖν τῷ νυβίῳ. quibus verbis separantur pelamys et cybium: licet scribat Plinius, cybium esse pelamydem. Sed accipi varie dictio-  
nem cybion, modo pro sui generis pisce: modo pro parte pisces sale indurati, observatum eruditis. Interpretis quidem conjecturam, rescribentis, ταριχευθεῖσης δὲ κύβιον εὐκοίλιον καὶ λεπτυντικὸν, ut longiusculle ab edita lectione recedentem non probbo. Minus illud, quod Rondeletii secutus judicium ista omnia censuit inducen-  
da, ἀναλογῶν μέν τοι οἱ χελιδονίας τῇ πηλαμύδι, συληρό p. 623.  
τερός ἔστι, nam qui existimant Graecis nullum Cheli-  
doniam pisces suisse cognitum, falluntur, cum etiam Hesych. mentionem ejus fecerit. Ergo non temere anti-  
qua exemplaria spernamus. quae etiam cum editis mox  
consentient omnia in istis: η δὲ χελιδῶν η τῷ πολύπῳ  
ἔοικυῖα, ἔχει τὸ ἀφ' αὐτῆς ὑγρὸν, εὔχροιαν ποιοῦν, καὶ  
πινοῦν αἷμα: non ut quibusdam placuit; η τῷ πομπίλῳ  
ἔοικυῖα. neque ut alii, η ἐλεδόνη η τῷ πολ. ἔοικ. neque  
etiam ut nobis aliquando venerat in mentem καὶ κανὸν  
αἷμα. Costas alibi legi negant docti quam in subjectis  
dipnosophistae verbis, οἱ δὲ ποσταὶ λεγόμενοι, ταριχευ-  
θέντες εἰσὶ μέσοι. Nos videmur etiam alibi tenebrionem  
hunc deprehendisse latitatem. Scribitur enim in doc-  
tissimi Hesychii Glossis, ποσταὶ, ποιλίας, πόμαρος. quae  
sic interpretamur: nomine πόστας sive ποστίας pisces  
significari coliae similem, aut ex sententia aliorum gam-  
maracei generis esse. lego, ποιλαὶ η πάμμαρος quanquam  
invenias et πόμαρος sive πόμμαρος pro eodem, Xanthiam  
vero de quo sequitur ξανθίας δ' ἐπὶ ποσὸν βρωμώδης  
ἔστιν, aut βρωμώδης, ne nos quidem usquam alibi in-  
venimus, doctis placebat ξιφίας. sed constant sibi omnia  
exemplaria et Epitoma. Scio Xandarum nominari an-  
tiquis inter Atlantici maris cetos, facie bovis: sed de  
eo non sentit dipnorheto. Ἐπίφυσιν τοῦ δέρματος ele-  
ganter nominat auctor corium. quod caeteris omnibus  
supercrescit, τὰ δὲ καλούμενα δαρτὰ, inquit, τὸ μὲν

ὅλον ἔστιν δσα τραχεῖαν ἔχει τὴν ἐπίχυσιν τοῦ δέρματος.  
 sed non negligendum quod invenimus in Excerptis, τὴν  
 ἐπίχυσιν τοῦ δέρματος Graeci. ἐπίχυσιν appellant τὴν  
 πονίασιν, *parietis dealbationem*. hic simpliciter pro su-  
 perficie. Cur dicantur τὰ πετρᾶτα esse εὔογκα, jam ex-  
 posuimus libro tertio: capite quinto Ἡδονὴν veteres  
 vocabant acetum: neque aliter interpretamur sequentia  
 verba, τὰ δὲ πετρᾶτα καὶ τῇ ήδονῇ ἀπλῶς σκευασθέντα.  
 de quibus libro secundo, capite vigesimo sexto. Scribe-  
 mox, ἔτι δὲ τενάγη μεγάλα, καὶ πόλπαι θαλάττης. non  
 autem πελάγη. et, σκληροὶ καὶ λεπτοὶ καὶ υματοπλῆγες  
 εἰσιν οἱ πλειστοι. sic in Excerptis, non υματοπληγεῖς.  
 υματοπλῆξ ut οἰνοπλῆξ, παραπλῆξ et apud Archiestra-  
 tum, νεοθήξ μάχαιρα. Lege cum Excerptis, πρὸς δὲ,  
 εἴπου καὶ πόλεις σύνεγγύς εἰσι. elegantius quam ut edi-  
 tum est. et statim supple ex iisdem, καὶ πρὸς ήδονὴν,  
 καὶ πρὸς εὐπεψίαν, καὶ πρὸς τὴν τροφὴν τοῦ σώματος.  
 Non assequor mentem auctoris cum de fluvialibus piscibus  
 scribit, τῶν ποταμίων βέλτιστοι εἰσιν οἱ ἐν τοῖς ὄξυτά-  
 τοις τῶν ποταμῶν ὄντες, οἵτε πυροῦντες. Fallor aut scri-  
 bendum, οἵτε ἐπὶ ροῦν λόντες, sed non fallor profecto,  
 neque aliter legendum. ροῦς in flumine est, qua maxime  
 vergit aquarum impetus, ea pars rapidissima. ibi igitur  
 optimi pisces, quemadmodum docere auctor hic voluit  
 et toties apud Galenūm, aliosque medicos legere licet,  
 Poteramus piruntas pisces interpretari empyros, de qui-  
 bus ultimo capite dicturi sumus: sed id non probatur  
 nobis. Habentur deinceps versus Antiphonis, quos ita  
 p. 624. nobis exhibent edita exemplaria simul et manu exarata.

'Ἐγὼ περὶ τὴν ὄψινταν μὲν οὐ πάνυ τι  
 ἐσπούδακ', οὐδ' αὖ συνέτεμον λίαν πάνυ,  
 ὡς ἀν τις ἄλλως ἐξενεχθεῖσιν,  
 ὅπου τοῦ διαλάβοι πραπάλην Ἐλληνιῶς.

quod ex praecedentibus Athenaei verbis liquet, et para-  
 situs ille qui apud poetam illa loquebatur, et Cynulcus  
 qui nunc istos versus usurpat, nihil significare aliud vo-  
 lebant, nisi cupediarum et delitiarum gulæ esse se rudes.  
 Haec in summa horum versiculorum mens. Planissima  
 sunt prima verba. *Ego in arte obsonandi recte non  
 multum operas posui.* In magnatum familiis erant qui  
 dicebantur obsonatores sive ἀγορασταί. horum fuit pro-  
 pria τέχνη ὄψινητικὴ quae dicebatur lib. septimo. Pa-  
 rasiti ut docebamus ad Theophrastum, ubi deerant ob-  
 sonatores, eas partes subire soliti. Ex quo intelligimus

cur ueget hic parasitus se ejus artis esse callentem. Caetera depravata juxta sunt et obscura. Experiamur an hic quoque sit aliquis nostris conjecturis locus, fortasse enim non longe abieris a vera lectione si scribas.

'Εγώ περὶ τὴν ὄψιν μὲν οὐ πάντα  
ἔσπούδαι, οὐδὲ αὖ συνετά μοι λλαν πάντα  
ως ἀν τις ἄλλων ἐξενεχθέντων πότου  
αὐτὸς διαλέξοι πραιπάλην Ἐλληνικῶς.

Ego rationes obsonandi non teneo. neque mihi nota sunt illa per quae aliquis possit sublatis de triclinio caeteris, ipse crapulam impedire: quod plerique Graecorum faciunt. Poeticum est, οὐ συνετά μοι pro οὐ συνίσματι. Conviviorum Graecaniconum τὸ οὐφάλαιον fuit in potatione possum. Ideo plurimum illa expetebantur quae impedienda ebrietati valere credebantur. Ideo etiam solita parari illa amethysta, et μέθης Φάρμακα, de quibus libro 1. capite ultimo. Porro temulenti proprium est, οὐφέρεσθαι πότου, sive ut scribit Tullius, de conviviis auferri. διαλαμβάνειν est intercipere medium, et impedire malum jam inchoatum. Aliud excogitare sanando huic loco nihil potui. Moris fuit et comicis et tragicis poetis idem argumentum in plures fabulas dividere, quas uno communis nomine inscribebant. Sic laudatur Sophoclis Ὀρστία vel Ὀρεστίας: item ἡ περὶ Ὀδυσσέα πραγματεία. Similiter Antiphanes comicus plures fabulas affines argumento docuerat, titulo Ἀγροίνων. sed praeter hunc communem titulum proprium comoediae singulae habebant. Sic accipimus verba Athen. cum ait, Ἄλλὰ μήν οὐδὲ οὔτως εἰμὶ Φίλιχθυς, ως ὁ παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ ἐν Βουταλίωνι ὅπερ δρᾶμα τῶν Ἀγροίνων ἐστίν ἐνὸς διασκευή. id est, neque porro ita sum piscium avidus, ut ille apud eundem Antiphanem in Butalione: quae fabula editio altera est et emendatio unius e Rusticis. De voce διασκευῆ satis disputavimus lib. 3. capite 26. unde licet intelligi quantum a vera sententia absint qui apparatus convivii ea dictione putant significari. Quemadmodum autem in philosophia idem saepe est et generis universi, et speciei unius e pluribus nomen: sic horum Ἀγροίνων, unius peculiare nomen fuit Ἀγροῖκος. nam subjicitur mox, εὐ δὲ τῷ Ἀγροίνῳ. Haec ita interpretamur, quia vulgatam p. 625. lectionem nostrorum librorum in omnibus manuscriptis inventam sollicitare religio nobis est. alioquin poteramus ex lib. 7. suspicari, non hic τῶν Ἀγροίνων ἐνὸς legi

debere: sed τῶν Ἀγροῖνων ἔστι διατιευή. nam id drama cuius posterior cura fuit Butalion, illud fuit ipsum quod Ἀγροῖνος dicebatur, vel Ἀγροῖοι. Principium Antiphaneae eclogae multimōdis corruptum est. Lege, et corrige.

— ναι μὴν ἔστιάσω γε τῆμερον  
ὑμᾶς ἔγω. σὺ δ' ἀγοράσεις ήμιν λαβὼν  
τόδ' αργύριον· ἄλλως γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι  
χρηστῶς ἀγοράζειν· Φράζε δὴ Φιλουμένῳ  
ὅψῳ τίνι χαίρεις;

Sequentes versus habes et libro septimo.

### CAPUT QUINTUM DECIMUM.

Philippus, Ephippus, et Eubulus comicī. *Suidae loci*. ἀργυρος ἀνάργυρος. *Mos stipem sub alieno nomine colligendi*. Coronistae. λάχος πυρῶν. ἥμαθος nummulus. ἀλὸς χόνδρος. ἀγκλίνειν. μυχὸς domus. Chelidonistae. προκυκλεῖν, ἐκκυκλεῖν, sive ἐγκυκλεῖν. *Aelianī locus emendatus insigniter*.

**E** NUMERO Graecorum comicorum Philippus, et Ephippus fuerunt mediae comoediae poetae duo. Recitantur autem isto loco versus quidam sub Philippi nomine, qui non longe post Ephippi esse dicuntur. Ac cum illi versus promantur ex *Philyra* et *Obeliaphoris*, sub quibus titulis alibi horum librorum Ephippum invenire est laudatum: non sine causa censeas scribendum hic, ἐκΦαυλίζων δὲ ναι "ΕΦΙΠΠΟΣ τοὺς μικροὺς τῶν ιχθύων εὐ Φιλύρᾳ Φησι. sin hic retinemus ΦΙΛΙΠΠΟΣ, mox etiam scribendum ita fuerit non "ΕΦΙΠΠΟΣ. Res sane difficilis ad affirmandum: cum libro septimo ex Eubuli *Nutricibus* iisdem verbis quaedam proferantur, atque hic ex *Obeliaphoris* Philippi. Auctor est Suidas, in Athenaei diphilosophistis laudatum inveniri Philippum Comicum in *Codonias*. hoc falsum est hodie: nam *Cydonem* quidem Ephippi Athenaeus nominat libro septimo et 14. *Codonias* vero Philippi quod sciām nusquam. Conjectimus fortasse non vane, Suidam legisse hic ΦΙΛΙΠΠΟΣ, non "ΕΦΙΠΠΟΣ. ac quoniam Coronistarum sit hoc loco mentio,

scripsisse per incogitantiam Philippum in *Coronistis* sive *Coroniastis* laudatum fuisse ab Athenaei dipnosophistis. Si igitur ita videatur, scribamus in Suida, Φίλιππος παμινός τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Κωρωνισταῖ. (vel Κωρωνιασταῖ) ὡς Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς. Porro non hic solum Eubuli et Ephippi nomina invicem confusa animadvertisimus. Vide libro nono capite secundo. Hujus igitur sive Philippi, sive ut puto verius Ephippi, male scribitur hic versus, Οὐκ οἶσθ' ὅτι τάργυριον ἐστ' εἰς ἄργυρον. neque certo scio qui illum constituam. Scribebamus tamen, Οὐκ οἶσθα δ' ὅτι τάργυριόν ἐστ' ἀνάργυρον. jocus comicus haud illepidus. ut si dicas, *opes nostrae sunt inopes*. Locum ex *Obeliaphoris* ita digere, p. 626.

— ἀλλ' ἀγόρασον εὔτελῶς.

ἄπαντα γὰρ οὐανά γ' ἐστι· Φράξε δὴ ποτε.

μὴ πολυτελῶς· ἀλλὰ οὐδαρεῖως ὅτι ἀν.

vide libro superiore, capite 27. Quintum hunc versum, Καν οὐραβός τις ἢ λαβεῖν, εἰς ἄριέσει, scribi malim, οὐν οὐραβόν τιν' ἢ λαβεῖν, εἰς ἄριέσει. [etsi non damno quod est editum.] Corruptus etiam septimus: et scribendum vel Θήβης μὲν ἐνιστ' ἔρχετ' ἐκ τούτου λαβέ. ut sit proprium viri nomen Thebas, vel Θήβη, et ἐκ ταύτης. Decimum et reliquos ita scribe,

Ως μικρολόγος εἰ· σὺ δέ γε λίαν πολυτελῆς πάντως· πρέα ήμιν ἐστι· πότερ ἔπειμψε τις; οὐκ· ἀλλ' ἔφησεν ἡ γυνὴ, τὸ μοσχίον τὸ τῆς Κορώνης αὐριον δειπνήσομεν.

In iis autem qui proferuntur e *Dyscolo Mnemosachi*, scribo sic hos duos versus, Μέτρια δὲ τῷ θείῳ σεαυτοῦ· πῶς ἐτι Μετριώτερ' ὡς δαιμόνιε; πῶς; σύντεμνε οὐδὲ Ε. Adjecimus verba ista e MSS. ὁψον. δ' ἀν λέγης ἔτερον οὐλει Ὁψάριον. si de alio obsonio loquaris, voca id mihi opsoniolum. Deest mox aliquid ut plena sit sententia cum ait, ἐπεὶ δὲ οὐτὰ θεὸν ἐν τοῖς προνειμένοις. fortasse, ἐνετύχομεν τοῖς προνειμένοις. id est, quandoquidem Deo ita volente incidimus in recitatos modo versus. Fuit olim veteribus in usu mendicandi quidam honestus modus: cum non sibi qui mendicabant, sed alii se stipem cogere dicerent. Erant igitur qui matre Deum, sive Pessinuntiae Deae, stipem cogentes singula oppida lustrarent: alii aliud quid praetexebant. In his fuerunt *coronistae* et *chelidonistae* de quibus deinceps tractant docti convivae. οἶδα δὲ, ait auctor, Φοινικα τὸν Κολοφώνιον ἱαμβοποιὸν μημονεύουται τινῶν ἀνδρῶν, ὡς

αγειρόντων τῇ Κορώνῃ. quia sine causa majuscula litera adhibita sicut initio vocis Κορώνῃ, putaverunt interpres proprium id foeminae esse nomen: tum illi nescio quas iugas ex Paulania de Coronide hoc loco effutiverunt. Atenim πορώνη hic aliud nihil nisi cornix. quare Eustath. hunc locum describens ut ne locus dubitationi relinquatur ullus, addidit τῷ ζώῳ. Cornicem videlicet circumserebant agyrtae isti, doctam, ut videtur, conari nostra verba. Huic se stipem cogere dicebant non sibi. Quod autem in versibus Phoenicis dicitur cornix filia Apollinis allusio est ad fabulam. Stipem petere, Graeci dicunt ἀγείρειν. et αγερμὸν id mendicationis honestae genus. Primo versu petunt coronistae dari sibi χεῖρα πριθῶν, id est plenam volam hordei: vel, manipulum hordei: non enim inepta est Dalecampii sic vertentis sententia. Altero versu poscent λάχος πυρῶν, id est, Dalec. interprete, *ad cubile stratum e tritico*. Nimium vero delicati isti frugiperdae, si non nisi super frumenti palea cubare se postulant. Ne quid dissimulem, aliud poetam scripsisse censeo, ac lego, ἦ λάχος πυρῶν, id est portionem aliquam frumenti. Noli dubitare hanc esse veram scripturam: πυροὺς enim interpretari paleam frumenti p. 627. absurdum nimis fuerit. Auctor Epitome: ut emendandi labore sese liberaret, simpliciter scripsit ἦ πυρούς. Idem sequente versu omisit vocem quam non intelligebat, ἦ ἡμαιδον. Scimus nos ex Hesychio ἡμαιδον sive ἡμαδον nummi parvae aestimationis nomen apud quosdam Graecorum suisse. dimidio oboli quidam aestimabant: alii duobus obolis. De hoc coronistae sentiunt. nam quare emendemus ἦ ιμάτιον, caussae non est. Addunt, ναὶ ἄλλα λήψεται χόνδρον. metri lex coagit poetam ἄλλα χόνδρον dicere pro ἄλλος χόνδρον, granum salis. ant dixit ἄλλα χόνδρον pro χοιδρίτην: ut ναύτης δρόμος, pro ναυτικός: γυνὴ μαζὸς pro γυναικεῖος, et similia, de quibus ad Theocritum. Dalecamp. spreta lege versus, ἄλλα ναὶ χόνδρον. pari judicio ac versu proximo ηγρίον farum mutavit in ηρὸν, ceram. Etiam ista pessime accipiunt interpres, Ω παῖς θύραν ἄγυλινς πλοῦτος ἡπούσες. O puer portam aperi. Plutus audivit nostram petitionem. Priore parte hujus versus petunt coronistae, qui ceu mendici ad beatorum fores suam cantilenam decantabant, ut sibi janua aperiatur. ἀνακλίνειν aperire est. Homerus — Θαλάμοιο πύλην πυκινῶς ἀραρυῖαν Κάλλιπον ἄγυλινας. Fingunt deinde coronistae, vota sua jam esse

exaudita, ac bene sibi ominentur. Ecce, inquiunt, jam admiserunt nostras preces qui nos possunt ditare: πλοῦτος ipsi divites sunt. Non potest negari haec esse elegantissima. Ita solent qui aliquid vehementer aut cupiunt aut metuunt fieri, factum putare. Ab eadem mente sunt ista in Apollinis hymno apud Callimachum,

*Kai δή που τὰ θύρετρα παλῷ ποδὶ Φοῖβος ἀράσσει·*

*οὐχ ὄράξει; ἐπένευσεν δὲ Δάλιος ἀδύ τι Φοῖνιξ.*

et in Palladis lavacris, Συρίγγων αὖτε Φθόγγους ὑπαξονίων. item ista Catulli in Epithalamio Aurunculejae, *Virgo adest. Viden' ut faces Splendidas quatunt comas?* 10. versum, Θεοὶ γένοιτο μετάπεμπτος ἢ πόρη. scribe ex libris melioribus quos Schottus consuluit, Θεοὶ, γένοιτο πάντ' ἀμεμπτος ἢ πούρη. et, *Kai μητρὶ πούρην εἰς τὰ γουνὰ πατθείη θάλος.* non θάλος. Homerica dictio θάλος, pro liberis et sobole. ut λευσσόντων τοιόνδε θάλος χορὸν εἰσοιχνεῦσαν. Postremo versui deest a fine aliquid. Kai δόντι καὶ μὴ δόντι πλεονα τῶν γε. melius, τῶν πρόσθεν aut quid simile. *Μυχὸς* coronistis est locus in quo opes et cimelia servantur, τὸ θησαυροφυλακεῖον. sic enim ajunt, ἀλλ' ὡς γαζοὶ ἐπορέξαθ' ὥν μυχὸς πλουτεῖ. At, o boni, porrigite aliquid eorum quibus apothecae vestrae abundant. Homerus μυχὸν δόμου eam partem appellat, non simpliciter μυχὸν, ut in hoc coronismate. Sed fallimur prosector: nam poeta eam vocem non praetermiserat, verum initio sequentis versus collocaverat: unde quia abest hodie, relictus est versus imperfectus. Ita ergo scribere debes,

*Αλλ' ὡς γαζοὶ ἐπορέξαθ' ὥν μυχὸς πλουτεῖ  
δόμου· Δὸς ὕναξ καὶ συ πολλά μοι νύμφη  
δός μοι Κορώνη.*

Sic μυχοὺς πόλεως, pro aerario urbis et publicis opibus dixit Xenophanes: cuius extat libro decimo hic versus, Οὐ γὰρ πιαίνει ταῦτα μυχοὺς πόλεως. Legebatur Nōuος p. 628. *Κορώνη:* quod cum interpretationem nullam admittat, secimus δός μοι Κορώνη. Sequentia suspicione mendae non carent. Quemadmodum coronistae cornici, sic hirundini, id est χελιδόνι, Chelidonistae stipem cogebant. Sed non ubique Graeciae ea consuetudo obtinuit: verum apud Rhodios ut videtur, aut solos aut cum paucis. Diserte enim scribitur, χελιδονίζειν δὲ παλεῖται παρὰ Ποδοῖς ἀγειρμός τις ἄλλος. Faceto errore apud Eustathium scripserunt librarii, παρὰ Πωμαῖοις. In chelidonismate quod ex Theognide assertur, obscura sunt ista,

παλάθαν οὐ προκυκλεῖς ἐν πίονος οἴνου, οἴνου τε δέπαστρον. Eustathius breviter expressit et ἐν συνόψει, ut ait: οὐ παλάθαν ζητοῦμεν, οἴνου τε δέπαστρον. Legendum προκυκλεῖν, vel προκύνει, est autem προκυκλεῖν, in medium proferre. sic etiam ἐκκυκλεῖν solet accipi. Translatio ducta est a theatrorum pegmatis, in quibus versatione machinae res oculis spectatorum vel admovebantur. Clemens Alexandrinus in Protreptico, καὶ αὐτούς γε τοὺς οὐλουμένους ύμῶν Θεούς, ὡν αἱ τελεταὶ μυστικαὶ, οἶνον ἐπὶ σιηνῆς τοῦ Βίου, τοῖς τῆς ἀληθείας ἐκκυκλήσω Θεαταῖς. rursus ibidem, γυμνῆ τῇ οὐφαλῇ ἐκκυκλεῖ τῷ θεάτρῳ τοὺς Θεούς. Epiphanius in Ancyroto, Christianae pietatis doctores vocat τοὺς τῆς ἀληθείας ἐκκυκλητάς. quanquam editiones vulgatae scribunt ἐγκυκλητάς. ut in utroque loco Clementis ἐγκυκλεῖν pro ἐκκυκλεῖν. Eadem vox apud suavissimum scriptorem Aelianum: sed olim: nam hodie glossemā locum occupat genuinae vocis. Ποικίλης libr. 2. cap. 11. Docet ibi Socrates non esse causae cur tenuis conditionis homo principibus viris invideat, si attendamus quales exitus faciant apud tragicos Atrei, Thyestae, Agamemnones et Aegisthi. οὗτοι μὲν γὰρ, inquit, ἀποσφαττόμενοι καὶ ἐκτραγῳδούμενοι, καὶ πονηρὰ δεῖπνα δειπνοῦντες, καὶ ἐσθίοντες ἐνάστοτε ἐκκαλύπτονται. Lege ἐκκαλοῦνται. Sunt multa in eo scriptore ab imperitis librariis mutata, et depravata: saepe quidem admodum ridicule. Velut quod sequitur, οὐδεὶς δὲ οὕτως ἐγένετο τολμηρὸς, οὐδὲ ἀναισχυντος τραγῳδίας ποιητὴς, ὥστε εἰσαγαγεῖν εἰς δρᾶμα ἀποσφαττόμενου χοῖρον. quid audio? regibus et principibus viris ex adverso ponuntur porci? posthac igitur corrigamus censeo vetus dictum, aut rex aut fatuus, et dicamus aut rex aut porcus. Sed misso joco, corruptum affirmamus hunc esse locum, ab iis qui antiqui libri compendium non assequebantur. Scribendum, ὥστε εἰσαγαγεῖν εἰς δρᾶμα ἀποσφαττόμενου χειρώνακτα. regibus opponit τοὺς χειρώνακτας, eos qui manuum opera aut labore victum quaeritant. Saepe inculcant nobis Seneca et sapientes alii, non fieri tragediam nisi de rege aut magnate: de paupere quidem nunquam. Hoc ipsum et Socrates voluit. Poteramus aliter emendare corruptam lectionem in eandem sententiam: sed nemo qui manuscriptorum exemplarium usum aliquem habuerit, dubitabit de superiori emendatione. Verum haec obiter. Scriptimus ex Epitoma, Eustathio et MSS. α'

χελιδῶν καὶ λεπιθίτων οὐκ ἀπωθεῖται. *chelidon ne lecithitam quidem placentam respuit.* λεπιθίτης πλαυοῦς, p. 629. ab ovorum vitellis immixtis dictus. de hoc suo loco. Venustra et Attica ellipsis est in proximo versu, *Eἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μὴ οὐκ ἔστηξομεν.* Nam post illa *εἰ μέν τι δώσεις· si quid dederis:* supplendum ut sit plena sententia, laeti et gratias agentes abibimus. de ista figura satis dictum lib. 5. cap. secundo. Simillime Homerus in cantico aeruscantium in Samo insula.

*Εἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μὴ οὐχ ἔστηξομεν.  
οὐ γὰρ συνοικήσουτες ἐν Θάδ' ἥλθομεν.*

### CAPUT SEXTUM DECIMUM.

*Adrianus Imp. μουσικώτατος.* ὑηγία. Subura. *So-*  
*phronis Νυμφοπόοος.* Eranus, συνάγειν. Θίασοι.  
quasi σίασοι. Σεῖος, vox Laconum. εἰλαπίνη  
unde. λαγών, κενεών. ὄχη. εὖ ἔχειν, et εὖ δια-  
τίθεσθαι ἔαυτόν. ἴλεως et ἴλαρός.

ΟΙ περὶ Φάλανθον ἐν τῇ Ἰαλύσῳ πόλιν ἔχοντες. Jalyssus in Rhodo insula urbs est: in urbe autem urbs haberit non potest. Sed medentur docti, πρὸς τῇ Ἰαλύσῳ recte servare malis antiquam lectionem et interpretari, in ea parte insulae ubi nunc est Jalyssus. Pro τῇ Ἀχαιαν αλουμένην: Excerpta Ἀχαιΐδα. In Stephani de urbibus scriptum est, multos fuisse olim locos, qui Ἀχαιΐαι appellantur. Eorum unus iste est. ἔάσειν ἔξαγεσθαι ὁ τι κατὰ γαστρὸς αἴρονται. Hanc conditionem foederi adscribi iverat Iphiclus, existimans hoc velle Phalantham, ut sibi eius liceret edere prius quam exirent quantum vellent, et si possent, quicquid alimentorum erat reliquum absuere. De fonte Hypelaeo lege Strabonem initio lib. 14. n mirabili historia de pisce qui e prunis exiliens cum ivo carbone sylvam incendit, scribe, καὶ ἀφθῆναι ὑπὸ ὑτοῦ λόχιην. Deinde scribe, ἔτεα καὶ οἰησαντες, τῷ ιοστῷ δευτέρῳ ητίζουσι Τρηχεῖαν. Imperatorem Adria- um appellat auctor μουσικώτατον. interpretes, huma- iissimum. melius dixissent literarum amantissimum, vel octissimum. Utrumque significat Graeca vox: utrumque Adriano scimus convenire. Ulpianus Cynulicum vitu- erans, quod voce βαλλισμὸς esset usus, σὺ δὲ ἡμῖν, ait,

επι γῆς Συβούρας ὄνομα πριάμενος, Ἀπώλεσας τὸν οἶνον  
ἐπιχέας ὕδωρ. Graece docti non agnoscunt pro voca-  
bulo Graeco τὸ συβούρα. Interpretes qui vertunt *e terra*  
*subulca*, quam scripturam aut conjecturam sint secutii  
nescio. nam si volumus id Graece dicere quod illi in  
animo habuerunt, εἰ τῆς ὑγνίας erit dicendum. ὑγνία  
est urbs porcorum vel hara. atque ea dictione etiam  
τὴν ἀμαθίαν (ut doceunt a veteribus) significarunt:  
[Simile apud Plutarchum, contra Epicurum τὴν ψυχὴν  
ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς πατασυβωτεῖν.] Hic vero le-  
gendum est, εἰ τῆς Σουβούρας. quemadmodum apud  
Eustathium invenimus nos. et ita etiam emendat in  
ἀνεκδότοις elegantissimi vir ingenii et eruditissimus Mu-  
retus. Subura vicus Romanus, infamia sola nobilis ex  
p. 630. Horatio, Martiale, aliis. Ait igitur Ulpianus id verbum  
canibus Suburanis potius convenire quam viro erudito.  
Sequens versus Aristii poetae est: pronuntiatus a Poly-  
phimeo in fabula *Cyclope*. Scribe statim, ἀποδείξω σοι  
τὸ ὄνομα ὡς ἐπιτιμᾶς. vel ἐπεὶ ἐπιτιμᾶς. Locus Epi-  
charmi e *Thearis* sive *Theoris* (nam utroque modis  
scribitur) ubi meminit βαλλισμοῦ, sic scribitur in editis  
scriptisque libris. λέβητες χάλιεοι πρατῆρες. ὁ δὲ λοιπος  
+ γάμαν ὑπωδέλαιοις παὶ λωτὲ βαλλίζοντες ὅσου χρῆμα  
εἴη. Sunt ista corruptissima. Possimus probabiliter res  
coquere, et facere ut sit aliqua sententia, λέβητες χάλ-  
ιεοι, πρατῆρες τε. οἱ δὲ λοιποὶ γὰ μὰν ὑπὸ δεταῖς πα-  
λωτῷ βαλλίζοντες ὅσου χρῆμα ἦσαν. lebetes aenei, crate-  
raeque: caeteri autem praeluentibus facibus, et prae-  
cinente tibia saltantes, quam erant res mira? sententia  
non est plena: pendet enim ex superioribus. Protulimus  
autem hanc ex conjectura lectionem, non quo  
affirmemus ita scripsisse Epicharmum: sed ut ostendamus  
propius ad veram lectionem accedi posse, quam factur  
esset ab interpretibus, quorum absurdas sententias nem  
fanus admiserit. Addit, Σώφρων δ' εὐ τῇ ἐπιγραφούμενῃ  
Νυμφοπόνῳ Φησί. Νυμφοπόνος est ancilla ornatrix ve-  
alia mulier cui cura ornanda sponsae. Pollux lib. 10  
Ἐν Νυμφοπόνῳ Σώφρονος εἰρηται πατάνη αὐτοποίητος  
Non solum autem eo loco quem Athenaeus affert βαλ-  
λισμοῦ meminerat Sophron: sed et aliis. Demetrius  
Phalereus, vel quicunque est auctor libelli De inter-  
pretatione, loquens de venustate quae orationi conci-  
liatur ex similium comparatione: Σώφρων, ait, παὶ αὐτὸ-  
ς πεὶ τοῦ ὁμοίου εἴδους Φησί. Θᾶσαι, ὅσα Φύλλα παὶ κάρ-

Ωσα τοὶ παῖδες τοὺς ἄνδρας βαλλίζοντι. οἶνον περ φασὶ φίλα τοὺς Τρῶας τὸν Αἴαντα τῷ πάλῳ. Pro ἀναπεμπασάμενος, in Excerptis ἀναπεμπασμένος. cui similia alibi notavimus. Epicharmea quae sequuntur: τὰ πρὸ τοῦ δύο ἄνδρες ἔλεγον εἰς ἐγὼν ἀπόχρεω, exposuimus libr. 7. cap. 16. Quod genus convivii eranūs fuerit, his verbis declaratur, ἔρανοί εἰσιν αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγαὶ. Putabam συναγωγαὶ scribendum esse: ab ea videlicet verbi συνάγω significatione, qua sumitur pro una esse et epulari. vel auctore Athen. extremo hoc lib. et ita συνάγειν ἀπὸ συμβολῶν, libro superiore exponebamus συναγώγιμα δεῖπνα leges aliquanto post. Sed aliter omnes MSS. et Eustath. qui descriptis verbis hisce obseruat, ὅρα καὶ τὸ ὅτι αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγαὶ ὅπερ ἐστὶ περιφρασις τοῦ, αἱ συμβολαὶ αἱ συμποσιακαὶ δηλαδή. ex hac interpretatione nihil aut parum erit discriminis inter eranūm et convivium e symbolis. Eranūm vero dictum scribit, ἀπὸ τοῦ συνερᾶν καὶ συμφέρειν ἔκαστον. ab eo quod mutuo ament, et conferant singuli. Ita exponimus, τὸ συνερᾶν: cuius loco est apud Eustathium συνερᾶσθαι. Sed τὸ συνερᾶν possumus aliter interpretari: ita ut posterior vox sit prioris interpretatio. Nam ut ἔξερᾶν, frequens apud oratores verbum, significat ejicere: sic συνερᾶν potest verti conjicere, conferre. verum hoc fortasse subtilius. Vocis θίασος veriloquium ita explicatur, Τοὺς μὲν οὖν θίασους ἀπὸ τοῦ θεοῦ προσηγόρευον. καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς p. 631. θεοὺς σιούς φασι. quorsum pertineat illud γὰρ, nemo intelligat, nisi post verbum προσηγόρευον aut addas, aut ἔξωθεν suppleas, οἶνον σιάσους. nam mens ea est: θίασους quasi σιάσους esse dictos. quia, inquit, deos vocant Lacones σιούς. Ideo scribunt antiqui, σιάσος, καὶ τροπῇ θίασος, καθά καὶ ὁ βρυχηστὸς ὡς μυησμὸς, καὶ τροπῇ ὄμοιᾳ βρυχηθμός. Quod antem σιός dicerent Spartani pro θεῖος, multi veterum testantur. inde etiam σιῖος apud eosdem pro θεῖος, divinus. Plato in Menone, καὶ οἱ Λάκωνες ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα. Σεῖος ἀνὴρ, φασὶν, οὗτος: minus recte edunt vulgo apud Platonem, θεῖος. praeter grammaticorum testimonia, scribit philosophus in Nicomacheis libr. 7. οἱ Λάκωνες εἰώθασι προσαγορεύειν ὅταν ἀγαθῶσι σφόδρά του, Σεῖος ἀνὴρ, φασίν. At vetustior Spartiarum lingua dicebat σιὸρ et σεῖορ. Hesychius, σιὸρ, θεῖος, Λάκωνες. De vocabulo εἰλαπίνη scribitur deinceps inter caetera, τὰς δὲ

τοιωύτας εὐωχλας Αισχύλος καὶ Εύριπίδης εἰλαπίνας ἀπὸ τοῦ λελαπάχθαι. et hic aliquid ἔξωθεν supplendum reliquit. nam εἰλαπίνη non sit a λελαπάχθαι. esset enim λελαπίνη: sed ab Attica formatione ejus vocis. Nam ut dicunt Attici εἴληφα pro λέληφα, εἴλεγμαῖ, pro λέλεγμαῖ, εἴμαρμαῖ pro μέμαρμαῖ: sic εἰλαπάχθαι pro λελαπάχθαι. Inde est εἰλαπίνη: ut quidem explicatur etymum istud hoc loco: nam poetae interpretes longe aliter. Mox, λάπτειν δὲ, τὴν τροφὴν ἐκπέπτειν λάπτειν. est cibum facile concoquere. at lib. 11. explicatur ἀθρόως πιεῖν. ingurgitare se poculis. Utrumque verum est: sed ex consequenti utrumque: nam proprie λάπτειν ficta vox est exprimendo sono quem tuburcinatores edendo edunt. Vocem λαγαρὸς exposuimus lib. 3. et 7. Inde est λαγῶν inquit noster. locus infra costas ita dicitur: quasi laxus et vacuus, quia caret costis. quam ob caussam οὐνεῶν quoque Homero dicitur, et λαπάρα. ab eadem origine et λάγων placentae aut libi genus quoddam: a figurae proprietate: quod cava fingerentur lagana. εὐωχλαν negat auctor dici ἀπὸ τῆς ὄχης: quae tamen sententia est multorum ex antiquis grammaticis: qui ὄχην, alimentum, Argivis propriam dictionem fuisse volunt. ipse vult dici ἀπὸ τοῦ εὗ ἔχειν. sic pri convivari et epulari laetus, dicebant εὗ διατίθεσθαι ἔαυτόν. Verum est quod statim observatur, ὅτι τὸν αὐτὸν Ἰλεων καὶ Ἰλαρὸν ἔλεγον. proprie Ἰλεως is dicitur, qui Romanis propitius. qua notione usurpatur in superum suppliciis. sed interdum idem est atque hilaris. Plutarchus in Aemilio Paulo, τότε δὲ πρὸς τοὺς μαχομένους ἐπιδεικνύμενος Ἰλεω καὶ Φαιδρὸν, ἔαυτόν. et saepius idem alibi. Plato autem lib. septimo De legibus, Ἰλεων opponit τῷ δυσιόλῳ, quem ille ait esse θρηνώδη. e contrario eum qui dicatur Ἰλεως, et voluptatibus frui decenter, et labores, si opus sit, non refugere. atque hanc διάθεσιν voce Ἰλεω significatam, diis inquit Plato, tribuunt homines κατά τινα μαντείας Φήμην. Aelianus libr. 14. capite 6. Πάνυ σφόδρα ἐρήμωμένως ἐώνει λέγειν ὁ Ἀριστιππος, παρεγγυῶν, μήτε τοῖς παρελθοῦσιν ἐπικάμνειν, μήτε τῶν ἐπιόντων προκάμνειν. εὐθυ-  
p. 632. μας γὰρ δεῖγμα τὸ τοιοῦτο, καὶ Ἰλεω διανοίας ἀπόδειξις. Empola Ephippi unde habuerit nomen dicebamus ad Suetonium.

## CAPUT SEPTIMUMDECIMUM.

Καλαμυρίζειν τοὺς οἰκέτας. ἐν οἴνῳ, in vino. τὸ κατὰ λόγον. Coenae ἐπιδόσιμοι. Τὸ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον, et Romana sportula. συμβολαι. Mos in conviviis ἀπὸ συμβολῶν. χῶς. ἔμπυρος, piscis.

NON memini legere alibi, ac ne extare quidem usquam censeo, verbum παλαμυρίζειν, nisi in sequentibus istis, παταρῶνται μὲν τοῖς τέκνοις, λοιδοροῦνται δὲ ταῖς γυναιξὶ, παλαμυρίζουσι τοὺς οἰκέτας, ἀπειλοῦσι τοῖς πολλοῖς. Confert reverentiam quam sacris faciendis adhibebant veteres, cum irreverentia tunc hominum. Nihil autem religiosius cavendum monebant sacrorum antistites, quam ne verbis male ominatis inter sacrificandum interentur. qua de re convenientissimum huic loco Platonis testimonium proferebamus ad Theophrasti caput περὶ δυσχερειας: ubi hunc ritum pluribus exposuimus. In Excerptis et multis MSS. offendimus, πλήττουσι τοὺς οἰκέτας. Sed vulgatam γραφὴν a quo principio dicemus ortam? non enim sine causa in plerisque scriptū. Forte erat prius, παταμυντηρίζουσι παῖς πλήττουσι τοὺς οἰκέτας. Noli dubitare scripsisse Athenaeum, πλανθυμυρίζουσι τοὺς οἰκ. Verbum πλανθυμυρίζειν utroque modo accipiunt Graeci et pro ejulare, aut flere, et pro in fletum aliquem adducere. [vēl potius scriptum initio fuit πλανθυμυρίζουσι, faciunt flere. ut plurimum de infantibus flentibus usurpatum id verbum: sed norunt Graece periti etiam transitive legi apud Plutarchum et alios πλανθυμυρίζειν, pro adigere ad lacrymas.] In illis exametris qui afferruntur ex Hesiodi Eoeis, defectus nota etiam in antiquis apposita est sexto versui. Frustra, ut videtur: nam integraveris unum versum in duos perperam divisum, si ita scripseris, Οὐχ ὑπολύσεις αὐτόν; οὐδ' ἀχθετας κύτος οὐ θύων τῷ πατακωλύοντι. Adjicit vero auctor horum versuum,

— παῖς εὐθὺς ἔλεξ' ελαγεῖα  
μηδένα μήτ' ἀέκοντα μένειν πατέρις ήμιν,  
μήδ' εὔδοντ' ἐπέγειρε Σιμωνίδη. οὐ γὰρ ἐπ' οἴνοις  
τοιαυτὶ λέγομεν δειπνίζοντες φίλον ἄνδρα.

Describit poeta mores sordidi et μικρολόγου: qui si casu aliquo amicos ad coenam vocaverit, tamen neque ipse eos ad bibendum invitabit, neque feret si e conviviis aliquis id fecerit. hoc dixit poeta praecedentibus verbis: nunc addit, loco illius amicae invitationis quae in compositionibus locum habere solet, durum istum hominem vetus dictum usurpare: quo admonemur ne abitūrinent hospitem retineamus: neve ad bibendum stimulemus eum qui biberit quod sit satis. Ita accipimus illa μήδ' εῦδοντ' ἐπέγειρες. Atque haec pracepta quae suis convivis soliti

p. 633. cantare praeparci convivatores, vocat ἐλεγεῖα: quia antiquissimus poeta Theognis elegiaco carmine et ista et alia his similia est complexus. Integer paraenetici poetae locus ita habet.

Μηδένα μήδ' ἀέκουται μένειν πατέρυκε παρ' ήμιν,  
μηδὲ θύραζες κέλευ οὐκ ἐθέλουτ' ιέναι.  
μηδ' εῦδοντ' ἐπέγειρε Σιμωνίδη, ὃν τινα ήμῶν  
θωρηχθέντ' οἴνῳ μαλαθανὸς ὑπνος ἔλοι.

Postrema verba cum interrogatione legi debent. nonne verum est, inquit, solere nos inter pocula haec dicere, cum amicos invitavimus? quasi dicat: hi sunt sermones, quibus hodie utuntur avari homines, si quando convivia agitent. επ' οἴνοις, ut apud Aristophanem et alios saepe, σὺν οἴνῳ. Latini etiam, *in vino*. Quod additur, ἔτι δὲ οἱ ταῦτα προστιθεμεν, connecti debet cum praecedentibus, in hanc sententiam. nos hodie et illa facimus, ac dicimus quae ille poeta in suis hominibus reprehendebat: et insuper alia addimus parilis incivilitatis similiumque sordium. Subjecti versus Hesiodi sunt. De vilitate rerum quae diis, velut dicis caussa, offerebantur, alio loco diximus. Menandri super hoc praeclaram φῆσιν describit hoc loco Athenaeus. Primus versus ita habet, εἰτ' οὐχ ἄπαντα πράττομεν οὐαὶ θύομεν. nos haec non intelligimus. scribimus, εἰτ' οὐκ ἄτοπώτατα [(Scaligero placebat, οὐκ ἄπανδα, ut sit vox poetica de re absonta et absurdâ:) πράττομεν οὐαὶ θύομεν;] Quis neget, ait, aliena rationi esse quae in sacrificiis vulgo facimus? qui quidem in illa omnia quae diis offerimus, vix drachmarum decem sumptum faciamus; cum interea coenarum nostrarum apparatus, dum tibicinas et saltatrices conducimus, unguentum emimus, et id genus alia, Μικρούταλαντον γίνεται τὸ πατὰ λόγον: prope talenti summam conficiunt istae impensa. τὸ πατὰ λόγον, (sic enim scribendum) appellat omnia aera in unam summam collecta. Scribe deinde,

Δραχμῶν μὲν ἀγαθὸν ἄξιον λαβεῖν δέναι  
ὑμᾶς, εάν γε παλλιερηθῆ τοῖς Θεοῖς.

*par est ut qui deum cultui decem drachmas impendatis, paris aestimationis bonum aliquod ab iis recipiatis, si quando litare contingat vobis. Omnino ἀγαθὸν legendum, non ἀγαθῶν. et ύμᾶς non ἡμᾶς. deus enim erat qui ista loquebatur, ut dicitur versu undecimo. Sequente versu scribo, Τούτων δὲ δεῖ πρὸς ταῦτ' ἀνελεῖν τὴν ζημίαν. sed non videtur perfecta Iatis sententia. Ἐπιδόσιμα δεῖπνα, de quibus postea tractatur, confiebant ex ea pecunia quam conferebant sodaleis, ultra id in quod tenebantur ex pacto, vel ex infelici jactu aleae. notum quid sit ἐπιδιδόναι et ἐπιδοσις. De his adjectitiis coenis recitantur versiculi quatuor Crobyli veteris comici: in quibus interpretandis singularis vel negligentia vel infelicitas viri docti. Primum igitur ita eos scribe.*

Λάχης, ἔγώ δὲ πρός σε. πρόαγε. ποῖ;  
ὅπου μὲν ἔρωτάς; ὡς Φιλουμένην. παρ' ἥ  
ταπιδόσιμή μην ἐστιν. ἢ γ' ἔχθες πιεῖν  
νυάθους ἔναστον ἐβιάσω σὺ δώδενα.

Mens quidem ex superioribus pendens, subobscura: cae-p.634.  
terum verba hoc sonant. A. *Laches ego vero ad te  
venio. praecede. B. quo? A. Quo me rogas? ad Philumenam: (vel amicam) apud quam coena adjectitia  
nobis est constituta. cui heri praebibere unumquemque  
cyathos duodecim coëgisti tu. τὸ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον  
coena est quam aliquis in sportula fert a se ad amicum,  
ut coenet quidem cum ipso, sed suomet cibo. Hujus  
quoque generis convivia agitasse veteres Graecos, probat  
docte eruditissimus Athenaeus testimonio Pherecratis.  
Συσκένασάμενος δεῖπνον ἐν τῇ σπυρίδῃ, Ἐβάδιζεν ὡς πρὸς  
Ωφέλην. Multa poetae interpretes de hoc Graecorum  
more, ad illa 'Οδυσσ. Θ. πὰρ δὲ τίθει πάνεον, παλήν τε  
τράπεζαν. Cave cum hujusmodi coenis Graecanicis e  
sportula, confundas Romanas sportulas quarum mentio  
in historiis Imp. et apud Martialem. nam etsi rerum  
Romanarum scriptores Graeci ista quoque nominant ἀπὸ<sup>1</sup>  
σπυρίδος δεῖπνα, res tamen plane alia est, et diversa.  
Hesychius docte et breviter: ἀπὸ σπυρίδος δεῖπναῖν ἢ  
δεῖπνίζειν, τὸ ἀντὶ δεῖπνου ἀργύριον παλ μέρη ἐν σπυρίδῃ  
λαβεῖν ἢ δοῦναι. haec interpretatio Romanae consuetu  
dini potius quam Graeco mori convenit. sed de Romanis  
sportulis plura, cum Deo, alibi. Superius Pherecratis  
testimonium ex ea fabula sumptum dicebatur, cui titulus*

'Επιλήσμων ἢ Θάλασσα. non semel miratus sum, diversa adeo ejusdem fabulae nomina. Libro septimo laudatur hic comicus ἐν Ἐπιλήσμονι. In Graecis vero commentariis Vesparum Aristophanis, ἐν Ἐπιλήσμοσι duobus locis scribi scimus. Ait, σύνδειπνον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου Λυσίας ἐν τῷ πατέρᾳ Μικλού Φόνῳ. Siciliat haec oratio non Atticissat. Legō, ἐν τῷ πατέρᾳ Μικλού λόγῳ: aut πατέρᾳ Μ. Φόρου λόγῳ. ita soliti orationum tituli conceipi. ut apud Demosthenem, πατέρᾳ Ὁνήτορος ἔξούλης λόγος. et πατέρᾳ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν λόγος. Scribo, καὶ συναγώγιμον συμπόσιον ἐπιπληροῦσι. non ἐπιπληροῦσι. Sequitur ex Menandro, ἐπλήρωσέν τε τὸ συναγώγιον. quibus verbis describi, quod vocabant τὸ ἀπὸ συμβολῶν δεῖπνον, neque ait Athenaeus neque negat. Et sane palet latius τὸ συνάγειν, aut πληροῦν τὸ συναγώγιον: quam ἀπὸ συμβολῶν δειπνεῖν, vel ἀπὸ συμβολῶν συνάγειν, quod libro septimo exponebamus. Non est praetermittendum quod de ipsis symbolis scribitur: τίνες δὲ εἰσὶν αἱ συμβολαὶ αὐτὸς Ἀλεξίς ἐν Μανδραγοριζομένῃ σηματίνει διὰ τούτων,

"Ἡξω Φέρουσα συμβολὰς τοινυν ἄμα.

πῶς συμβολάς; τὰς ταινίας οἱ Χαλκιδεῖς,

καὶ τοὺς ἀλαβάστους συμβολὰς παλοῦσι γραῦ.

Ut doceret nos quid Gaeaici συμβολὰς appellarent, locum Alexidis recitat; ex quo intelligimus Chalcidenibus dictas suisse συμβολὰς, taenias, corollas, unguenta, aliaque parvo parabilia, quae invitati ad regem convivii convivae deferebant. Videtur qui ista loquebatur hoc causatus seu vere seu falso, ut pro veris symbolis quae majoris sumptus erant, minus penderet. Sane Athenis et in reliqua, ut existimo, Graecia conviviorum e symbolis contraria fuit ratio consuetudiui Chalcidenium: nam corollas et unguenta dare munus erat convivatoris, sive illius in cuius aedibus coenabatur: caetera afferebantur a singulis convivantium in commune. Scholia stes Aristophanis, οἱ παλοῦντες ἐπὶ δεῖπνον, στεφάνους καὶ μύρα καὶ τραγήματα, καὶ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα παρετίθεσαν, οἱ δὲ παλούμενοι ἐφερον ἐψήματα, καὶ πιστην (ita scribendum: haec est cista ὄψιφόρος sive δειπνοφόρος vulgo e re nuncupari solita) καὶ χοᾶ. Sequitur, Ἀργεῖοι δὲ ὡς ἐν τοῖς ὑπομνήμασι Φῆσιν Ἕγιστανδρος, γράφει δ' οὕτως. Manca oratio est: scribendum, Ἀργεῖοι δ' ὡς ἐν τοῖς ὑπομνήμασι Φῆσιν Ἕγιστανδρος, χῶν ἐκάλουν. γράφει δ' οὕτ. De ea voce scribit Eustath. postquam Athen.

sequentia verba adduxit. *καὶ ἔστι τὸ χῶν ἐκ τοῦ χοῦν,*  
*ὅπερ ἔστιν ἀγγεῖον συμποτικόν.* ὁ *καὶ χοεὺς Ἀττικῶς λέ-*  
*γεται, οὗ καλίσις χοεώς χοῶς ὡς Πειραιῶς Πειραιῶς.* *ἀνα-*  
*λογίᾳ δὲ αὐτοῦ *κατὰ τὸ βῶν.* ὡς γάρ βοῦς, βῶς Δωρικῶς,*  
*οὔτως καὶ χοῦς χῶς.* In Empedoclis versibus quibus se  
quondam piscem fuisse profitetur,

"*Ηδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην νούρη τε νόρος τε,* p. 636.  
*Θαυμός τ' οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἄλος ἔμπυος ίχθυς.*

secuti sumus veteres codices. ante scriptum erat *ἔμπυρος.*  
apud alios *ἔλλοβος.* quorum hoc nullo modo convenit:  
illud non injuria tueamur fortasse etiam aduersus libro-  
rum auctoritatem. nam apud Laertium in Empedocle ita  
legitur: et empyri piscis etiam beatus pater et facun-  
dissimus scriptor Gregorius Nazianzenus mentionem facit  
istis versibus.

*'Ιχθὺς δ' ἔμπυρός ἔστι, καὶ οὐ πυρὶ δάμνατ' ἀπίστω*  
*ἔμπυρος· αἰθόμενος δὲ μέσης διαλάμπεται: ἄλμης.*

[Sed multa secula sunt, ex quo diverse legi cepit supe-  
rior Empedoclis locus: scribentibus aliis *καὶ ἐξ ἄλος*  
*ἔμπυρος ίχθυς.* aliis *ἔμπυος.* aliis *εἰν ἄλι υῆχυτοι ίχθ.*  
Inveni et *ἄμφορος ίχθ.* sed ut existimo mendose pro  
*ἔμπυρος.* Sic autem scriptum offendimus in manu exa-  
ratis Olympiodori commentariis in Phaedonem.]

---

ISAACI CASAUBONI  
ANIMADVERSIONUM  
IN  
ATHENAEI DIPNOSOPHISTAS  
LIBER NONUS.

CAPUT PRIMUM.

*Nexus et argumentum libri noni. κωλῆγες, κωλεῖ,  
et κωλεοί. Sales ἡδυσμένοι. ἄλς Θυμίτης. De  
voce τακερός. νάπυ, σίναπι, et σιναπεῖν.*

LAUTARUM coenarum mensae primae variis constabant diversorum eduliorum ferculis. Coenae quam dipnosophistae coenarunt, prima παράθεσις post gustationem fuit piscium omne genus. Is missus duobus ipsis libris septimo et octavo materia sermonum fuit, ut ante dictum. Nonus liber reliqua omnia primarum mensarum fercula continet. Olera hic habes, et omnis ferme generis carnes, puta porcellinam, porcinam, aprugnam, leporinam: item phasianorum, perdicum, gallinarum et caeterarum volatilium quibus vesci mos est. Ac praecipua quidem libri capita haec sunt. Sed Athenaeus solens more suo τοῖς ἔξωθεν λόγοις ἐπλήρωσε τὸν λόγον, ut ait philosophus. Semper autem in principio et in extremo enjusque libri Timocratem suum compellat auctor. Hunc igitur librum ita orditur Homeri verbis,

Δόρπου δ' ἔξαυθις μνησώμεθα· χερσὶ δ' ἐφ' ὕδωρ  
χεινάντων· μῦθοι δὲ οὐαὶ ἡῶθεν περ ἔσονται  
ἔμοι τε οὐαὶ σοὶ ὦ Τιμόκρατες. apud poetam est, Τηλε-  
μάχῳ οὐαὶ ἔμοι διαειπέμεν ἀλλήλοισι. non est dubium τὸ  
ἡῶθεν positum est pro ἥοι, vel ἄμ' ἥοι. vult enim Me-  
nelaus dicere, differamus sermones in crastinum mane.

nunc edamus, neque hic aliter exponi haec debent: nam δόρπος Athenaeo est edere, et verba facere de cibis: relictis aliis omnibus sermonibus. Primum apponuntur οὐλῆνες. Quae vocantur in vivis animantibus οὐλα, extantes e corporis trunco partes, in mactatis victimis sunt οὐλῆνες, vel οὐλεσ, aut οὐλεαι: tot enim modis effertur istud nomen. Hesychius οὐλῆνας idem vult esse atque ἀκρονάλια: de quibus dictum nobis libro secundo, capite 23. sed haec vox extremas partes τῶν οὐλῶν proprie designat: οὐλὴν integrum membrum: puta, pedes, crus, et semur totum. Argumento est vel hic locus libri quarti, παρατεθέντων οὐλήνων τὸ μηρίου ὁ κράτυστος ἐλάμβανε. Ac proprie quidem nullo discrimine enjuscumque victimae partes illae quas diximus οὐλῆνες sunt et dicuntur antiquis scriptoribus: usus tamen recentior obtinuit, ut οὐλῆνας ἀπλῶς cum dicimus, pernam suillam aut petasonem intelligamus: ob singularem vide licet suillae carnis praestantiam. nam etiam in idiotismo sermonis vernaculi, idem licet observare. Cum igitur p. 637. appositi essent οὐλῆνες, et quae sisset aliquis εἰ τακεράτεισιν, nata inde est occasio dicendi de voce τακερός. Περιενεχθέντων, inquit, οὐλήνων, καὶ τινος εἰπόντος εἰ τακεράτεισι; παρὰ τίνι κεῖται τὸ τακερόν; ὁ Οὐλπιανὸς ἔφη. In Excerptis, εἰ τακεροί εἰσι. neque aliter potest: nisi πρὸς τὸ σημαντόμενον, potius respexit, quam ad vocem οὐλήνων quae praecessit. Κωλὴν semper masculinum: οὐλεός, apud Athenienses foemininum, apud alios masculine generis. Sic Epitoma, et Eustathius Athenaei sequentia verba capiunt: ὅρῳ γὰρ ἐν παροψίσι περιφερόμενον μετὰ τῶν οὐλήνων. οἴδα γὰρ καὶ οὕτως λεγόμενον οὐλεὸν ἀρσενικῶς, καὶ οὐχ ᾧ οἱ ἡμεδαποὶ Ἀθηναῖοι μόνον θηλυκῶς. Nobis quaedam videntur animadvertisenda in verbis hisce: quorum pleraque antiquis membranis debet recens editio. Ante omnia scribendum μετὰ τῶν οὐλεῶν, non οὐλήνων. nisi volumus sine causa ulla et inepte usurpatas auctori voculas γὰρ et οὕτως. Deinde Athenaei verba intelligo aliter quam Eustathius vel Bre viator. Putamus enim Ulpianum de industria usum voce οὐλεός, cum dixit, μετὰ τῶν οὐλεῶν: ut ei praeveretur ansa subjectae ab illo observationis, quae haec est: reperiiri apud probatos auctores vocem hanc ἀρσενικῶς formatam ὁ οὐλεός: non solum θηλυκῶς ἡ οὐλὴ, ut semper eam dictionem eslerunt Attici. Postremo nihil librorum consensum moratus, in quibus ἡμεδαποὶ exaratum, lego

υμεδαποι. Ulpian. loquitur homo Tyrius, ad illos e convivis sermonem convertens, quos norat esse Athenienses. In Epicharmi loco e Megaride ὄρω minus recte libri omnes, pro ὄρων vel ὄρουσ, ut dictum libro 3. cap. 14. Beatorum mensis olim sal inferri solitus non merus, et qualem natura edit: verum alio artificio mangonizatus. De eo genere salis Athenaeus: οὐαὶ ἀλας δὲ ἡδυσμένους ὄρω ἐν ἄλλαις παροψίσι. Salis conditi speciem esse arbitror, quos vocat Aristophanes ἀλας θυμίτας, salem cum thymo tufum et suaveolentem. in Acharnensibus: Αἴ ληγε περίδου νῦν μοι περὶ θυμιτιδῶν ἀλῶν. velut interpres. οἶον μετὰ θύμου τετριμμένων. οὐαὶ ἔτερωθι, "Αλας θυμίτας δοὺς ἔμοι οὐαὶ πρόμυσα. His opponit dipnosophista ἀλας ἀνηδύντους, sales insulso, quibus ait Cynicos abundare. Deinde recitat ex Antiphane non uno loco depravatos versus. Eos hic subjicimus emendatos ex animi nostri sententia.

— τῶν θαλαττῶν δ' αἱ  
ὄψιν ἐνεχ' ὁ μὲν διὰ τέλους ἀλας, ἐπὶ δὲ  
τούτοις πίνουμεν οἰνάριον, εἰδὸς νὴ Δία.

Πόσειδον, οἶον τοῖς παροῦσι συμφέρεις  
ἀπαξάπασιν ὀξυβάφῳ ποτηρίῳ.

ὄρω δὲ οὐαὶ μετ' ὄξους ἀναμεμιγμένον γάρον.

tertio versu εἰδὸς est acetum, hoc est vinum aceto simile, et corruptum. vide libro secundo, cap. 26. Ad propositam super voce τακερὸν quaestione, ita respondet Zoilus grammaticus: Ἀριστοφάνης, ὁ οὗτος, ἐν Δημονίαις τὸ τακερὸν ἔταξεν ἐπὶ τοῦ τρυφεροῦ. Primaria notione τακερὸν dicitur quod quasi liqueficit, adeo molle et tenerum est. sic vulgo dicimus *in ore liquefcere*, quae p. 658. tenerrima esse volumus indicare. Hippocrati in libro De morbis muliebribus ἀνροιώλια ἐφθὰ τακερὰ dicuntur, quae Pherecrates libro sexto vocabat διεφθὰ ἀνροιώλια. [Aretaeus De acutorum morborum curatione, lib. 1. cap. 10. οὐεῶν ἀνρόποδες, ἐν χυλοῖσι τακεροὶ πέλειαι, ἀλευτόριδες ἐφθαί. pro τακερὸν, dixit τετηνός Euripides in Cyclope, Τάδ' ἐκ λέβητος ἐφθὰ οὐαὶ τετηνότα.] Galenus τῶν οὐαὶ τόπους libro secundo: οὐκ εὐθὺς τοῦ ἐψήματος ἐν ἀρχῇ, ἀλλ' ὅταν ἥδη πως γένωνται τακερά. paulo post opponit Athenaeus, τὰ τακερῶς ἐψημένα τοῖς πραμβαλέοις; id est, jurulenta iis quae assando tosta sunt. Hic vero οὐαλῆνες τακεροὶ dicuntur, probe saliti, et delicati. Ita enim Graeci τακερὰ appellant quae sale sunt macerata, ut ταρίχη et ἀλιστὰ οὐρά: quae Artemi-

dorus ait, ὃπὸ τῶν ἀλῶν τετῆχθαι. lib. i. cap. 73. Similiter et legumina εὐτακῆ vocabant, quae facile coquantur. Lucian. Hermotimo, οἱ ἐρέβινθοι μαθαροὶ καὶ οἱ Φανοὶ εὐτακεῖς. Nicandri mox recitatur versus εὲ Georgicis, Κάρδαμον ἄρινόν τε μελάμφυλλόν τε σίνηπι. Fortasse scribendum, ἄρρινον naribus molestum. vel, Κάρδαμ' ἀνάρρινόν τε, μ. anarrini paulo post Speusippus meminit, ραφανίς, γογγυλίς, ράφυς, ἀνάρρινον, ὅμοια. Quod Latini Graeca voce dicunt sinapi, trifariam enuntiant Graeci, νάπυ, σίναπυ, et σίνηπι. Negat autem Athenaeus extare usquam in scriptis eorum qui Attice locuti sunt vocem σίναπι. οὐδεὶς Ἀττικῶν, inquit, σίναπι ἔφη. In Epit. σίναπυ: et Eustathius, qui solum νάπυ relinquit Atticis. νάπυ, ait, Ἀττικὴ λέξις· τὸ μέντοι σίναπυ οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν ἔφη, ὡς ἐν τοῖς τοῦ δειπνοσοφιστοῦ κεῖται· οὐ μὴν οὐδὲ τὸ σίνηπι. A nomine σίναπι sit verbum σίναπω, vultum adduco. quod proprium indignantium. Xenarchus in Scythis, Τούτῳ τὸ παπὸν οὐκ ἔστι ἔτι παπόν· τὸ θυγάτριον τέ μου Σεσινάπηνεν διὰ τῆς ξένης. ubi fortasse scribendum, ἔστι τηλατόν. reperti sunt qui jubarerent rescribi per σεσινάπην. errarunt. Eustathius, ἐν τοῦ σίναπι καὶ ρῆμά ἔστι πωμιηὸν σίναπω· οὗ, τὸ θυγάτριον μου σεσινάπηνε διὰ τῆς ξένης. ἥγουν ἐδριμύξατο.

## CAPUT SECUNDUM.

*Antiphonis Boeotia. Magnes comicus. paropisis. παρακατεσθίειν. αἰτίαν ἔχειν. Θεοροπὶ Irene. Aristophanis Πελαργοὶ. Platonis Gypes. πίποι, pipiones. Ἀπολλᾶς. ζακελτίδες ἐπιχωριάζειν de peregrinis seminibus. Κύμη pro Κυμαῖῃ. Crambe cur sacra. Teleclidis Πρυτάνεις. Empodus scrip- tor. Polyzeli Μουσῶν γοναὶ. πετασώδης σπερ- μάτων Φύσις. σκιὰς ἢ καὶ μιηφόνος.*

ΕΠΙ τοῦ σκεύους εἴρηκεν Ἀντιφάνης Βοιωτίῳ. Legendum Βοιωτίᾳ ex Polluce lib. 10. cap. 23. Καὶ ὁ τὰ σίς Μάγνητα ἀναφερόμενα ποιήσας. Magnes hic ille est antiquus comicus, quem auctor est Aristophanes in se- necente τοῦ σκωπτειν ἀπολειφθέντα, pastoritia fistula fo-

litum in theatro Athenis excipi, cum ante primas semper tulisset. Locus est in Equitibus. Sub hujus nomine circumferebantur fabulae duae, Διόνυσος ὁ πρῶτος, cuius p. 639. hic mentio: et Διόνυσος ὁ δεύτερος, de qua libro 14. Inter exempla quibus probatur *paropsidem* vas significare mensarium, afferuntur Sotadis duo versus.

Παροψίς εἶναι Φαίνομαι τῷ Κρωβύλῳ.

τοῦτον μασᾶται, παρακατεσθίει δέ με.

mili videntur haec locum potius habere debere inter praecedentia testimonia, quibus altera probatur dictionis *παροψίς* notio: cum pro opsonio accipitur quod alii additur in istar condimenti. Ut pani adjicitur opsonium: sic opsonio paropsis, sive ea fuit maza, sive jusculi genus quoddam, sive aliud εὐτελὲς ἔδεσμον, ait Pollux, quod et *παροψημάτιον* vocabant. quasi dicas secundarium quoddam opsonium: de hoc accipiendo censem Sotadis verbum. *παρακατεσθίειν*, cum alio et quasi obiter aliquid comedere. *μασᾶσθαι* de praecipuo opsonio dicitur. Sermo est tropicus, de eo qui duobus incommodet: alteri quidem *προηγουμένως*, et consulto consilio: alteri vero, per occasionem et quia res ita tulit. Athenaei aliud agentis culpa an librarii scelere, posita sunt hoc loco Sotadis verba, non pronuntio. *Αἰτίαν ἔχειν* Graecis significat nonnunquam, idem ac *dici*, *nominari*, et *πατηγορεῖσθαι*. ut cum scribit Plutarchus De musica, τὴς δευτέρας δὲ παταστάσεως τὴς περὶ τὴν μουσικὴν, Θαλήτας ὁ Γορτύνιος παλ Ξενόδαμος μάλιστα αἰτίαν ἔχοντιν ἡγέμονες γενέσθαι. dicuntur esse auctores, [vel imputatur illis inventio] Athenaeus lib. 12. *αἰτίαν ἔχων* ὡς τὰ ἐπιφάνεια τοῦ ἀδελφοῦ θύων. cum diceretur sacra facere quae appellabat fratri sui ἐπιφάνεια. lib. 13. ἐτύγχανε δ' αἰτίαν ἔχουσα λιθιᾶν. dicebatur calculo laborare. Non aliter locutio haec debuit accipi in istis versibus ex Chirone fabula incerti auctoris, sed quae Pherecrati vulgo tribuebatur, ut dicitur hic et libro 14. Priscianus lib. 18. *Χειρονας* inscribit. Versus hi sunt,

Νὴ τὸν Δί' ὕσπερ αἱ παροψίδες

τὴν αἰτίαν ἔχουσ' ἀπὸ τῶν ἥδυσμάτων.

οὓς ὁ Καλέτας ἀξιοῖ τοῦ μηδενός,

ait paropsis elogium consequi a condimentis. nam prout illa sunt bona aut mala sic dicuntur paropsis bona aut malae. qua de re loquatur poeta ex adscriptis verbis non potest sciri. Initio tertii versus deest aliquid, ut lex metri arguit. Stabit versus per hanc scripturam.

οὗς δὲ καλὸς οὐτος ἀξιοῖ τοῦ μ. Theopompi *Irenen* laudat et Pollux libro tertio capite secundo. et libro decimo cap. 26. et 27. Σκέλη δὲ καὶ πωλῆνες εὐθὺς τοῦ ρόθου. Plenus versus, sed non sententia plena. qui emendant τοῦ ὄρθρου, quin fallantur non ambigo.

Εὐριπίδης Σκελρωνι οὐδὲ πωλῆνες νεκρῶν. Legendum νεβρῶν. idem mendum non uno loco in superioribus indicavimus.

Οἴμοι καὶ πωλῆς ἡς ἐγὼ πατήσθιον. *Hei mihi propter pernam quam comedebam.* cum dives eram nempe. quod observant ad hunc locum, οἴμοι laetitiae signum esse falsum est. praecedit apud comicum versus hic, ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα καὶ μάτην παλεῖς. qui hunc explicat. cur Aristophanis fabulam appellat Πλοῦτον δεύτερον diximus libro tertio, cap. 26. ejusdem comici Πε. p. 640. λαργοὺς qui hic laudantur, nominat et Pollux libro septimo. cap. 24. item Harpocration in οἰκισκῷ. Platonis comici Γρῦπας Harpocration in πλειστηριάσαντες. Perperam interpretes capiunt Xenophanis versiculos, male vulgo interpunctos.

Πέμψας γὰρ πωλὴν ἐρίφου, σκέλος ἥροχο πῖνο  
ταύρου λαρίνου, τίμιον ἀνδρὶ λαχεῖν,  
τοῦ πλέον Ἑλλάδα πᾶσαν ἀφίξεται. οὐδὲ ἀπολήξει  
ἔστ' ἀν αἰοιδάων ἦ γένος Ἑλλαδινῶν.

*missō hoedi membro, crus tauri larini et praepinguis reportasti: quod quidem consequi pro magno duxisset, sibique honorificum judicasset vir ille, cuius gloria Graeciam universam pervagabitur, neque desinet dum erunt Graecorum poetarum carmina.* Paulo post, ἔτι δὲ καὶ τῶν νεοσσῶν ὄρνιθῶν οὓς ἵππους τινὲς παλοῦσι. Mirum extare hanc lectionem in omnibus antiquis. an ἵππους alicubi Graeciae appellant ab ἵπτασθαι, pullos avium volare incipientes? Sed assentior lubens doctis viris, et scribo πίπους. sic vocat noster quos Latini pipiones. Graecis tamen eam vocem ignotam suisse non dubito: et si πιπίζειν scimus Graecum et Aristophaneum esse verbum. ΓΟΓΓΥΛΙΔΕΣ. ταύτας Ἀπόλλας ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων. Puto esse eum scriptorem cuius Delphica laudantur: quanquam is Clementi Alexandrino Ἀπελλᾶς nominatur in Protreptico. Placet Ἀπολλᾶς, quod est ὑπονομιστικὸν nomen τοῦ Ἀπολλώνιος vel Ἀπολλόδωρος, ut Δημᾶς τοῦ Δημήτριος, et similia.

τὰς δὲ γογγυλίδας ζακελτίδας. Scribo etiam hic ut paulo post ζακελτίδας. Hesychius, ζακελτίδες, κολκύνται ἦ γογγυλίδες. complexus est paucis et Ameriae

et Nicandri glossas. idem scribit alibi, olera dici Phrygibus Σέλινα. ράφανις, Φησί, γογγυλίς, ράφυς, ἀνάρρινον, ὄμοια. Nihil censeo mutandum. ita enim libri omnes *anarrhinum* et *antarrinum*. esse nomina herbarum constat. Γογγυλίδας σπείροις δὲ κυλίνδρῳ γῆς ἐφ' ἀλῶς. Lege, κυλίνδρωτής ἐφ' ἀλῶς. pro ἀλῷ: ut κάλως pro κάλω. ὄφρ' ἀν τοι πλατάνοισι χαμηλότεραι θαλέθωσι. ut pares platanis sed humiles vireant. Platanis comparat rapinas, propter ubertatem foliorum longe lateque fusorum. ἀλλ' εἰσω ράφάνοις εἰσω λαζαρωνοί. Scribo ut sit aliquis sensus, ἀλλ' εἰσω ράφανοι, οὐ εἰσω θαλέθωσι Γογγυλίδες. Sequentia, διστή γάρ τ' εἰς ράφ. etc. paulo aliter lib. 4. ubi plusculi deinceps versus leguntur. ναὶ μάλιστα ἡ διὰ νάπυος γινομένη. apud Hesychium lego, ἀλμάδες, αἱ διὰ σινάτιος γογγυλίδες. τῆς δὲ ράφάνου (λέγω δὲ τὴν πράμβην) ἡ μέν ἔστιν οὐλόφυλλος, ἡ δὲ ἀγρία. Inclusa notis parenthesenos neque in Theophrasteis codicibus leguntur, neque sunt Theophrasti. sed ea putavit auctor inferenda, ne falleremur in voce ράφανος, quae apud Atticos brasficam significat, apud alios rhaphanum. Itaque scribendum λέγει. non λέγω. Supple etiam membrum quod deest hic ex libris Theophrasti: ἡ δὲ λειόφυλλος, ἡ δὲ ἀγρία. μεθ' ὅν χρόνον πάλιν ἐπιχωριάζει. Theophrastus auctor est peregrina semina assumere naturam loci in quem sunt translata, anno ad summum quarto. hoc vocat ille μεταβάλλειν εἰς τὰ ἐπιχώρια. Athenaeus eleganter uno verbo ἐπιχωριάζειν. Theophrastum lege libro septimo Historiarum, cap. 6. et libro octavo, cap. octavo. Ἡ οὐλη ναὶ τύριος ὁ τὸ θαμνίτης πετάλοισι. Si fas ducerem depravatae lectionis vestigia floccis facere, dicerem legendum, ἡ οὐλη, σελίνοιο ἐειδομένη πετάλοισι. videtur enim selinusiam brassicam describere, quam dicebat modo Athenaeus, διὰ τὴν οὐλότητα ἐμφερῆ εἴναι τῷ σελίνῳ. Sed alio nos vocat scriptura edita et librorum: qui habent θαμνίτης. puto verius θαμνίτης. caetera emendare non possum: nunc quidem certe, cum animus curis aeger sarcoboris, alio avocatur. *Tyrius color* hic interpretis somnium est, aliud nihil. Ex libris emendatum est, versu sequente, ναὶ αὐχαιρῆσιν ὄμοια. alii, ἀλμυρῆσιν. Proximo versu, Βατραχέη τε Κύμη τε νεκόχροος, prior dicta est a colore quem βατράχου Graeci dicunt: de quo disputamus accurate in commentario nostro De coloribus. posterior, a loco, ubi plurima re-

p. 641. p. 641. phraustus auctor est peregrina semina assumere naturam loci in quem sunt translata, anno ad summum quarto. hoc vocat ille μεταβάλλειν εἰς τὰ ἐπιχώρια. Athenaeus eleganter uno verbo ἐπιχωριάζειν. Theophrastum lege libro septimo Historiarum, cap. 6. et libro octavo, cap. octavo. Ἡ οὐλη ναὶ τύριος ὁ τὸ θαμνίτης πετάλοισι. Si fas ducerem depravatae lectionis vestigia floccis facere, dicerem legendum, ἡ οὐλη, σελίνοιο ἐειδομένη πετάλοισι. videtur enim selinusiam brassicam describere, quam dicebat modo Athenaeus, διὰ τὴν οὐλότητα ἐμφερῆ εἴναι τῷ σελίνῳ. Sed alio nos vocat scriptura edita et librorum: qui habent θαμνίτης. puto verius θαμνίτης. caetera emendare non possum: nunc quidem certe, cum animus curis aeger sarcoboris, alio avocatur. *Tyrius color* hic interpretis somnium est, aliud nihil. Ex libris emendatum est, versu sequente, ναὶ αὐχαιρῆσιν ὄμοια. alii, ἀλμυρῆσιν. Proximo versu, Βατραχέη τε Κύμη τε νεκόχροος, prior dicta est a colore quem βατράχου Graeci dicunt: de quo disputamus accurate in commentario nostro De coloribus. posterior, a loco, ubi plurima re-

periebantur. Κύνη pro Κυμαίῃ, ut Πέρσης, et Σινόθης, pro Περσικὸς et Σινοθικὸς, atque his similia apud poetas passim. In eo qui sequitur versu πέδιλα παλιμβολα sunt calceamenta vetera et trita. Μή ποτε δ' ὁ Νίναυδρος μάντιν οὐέληντα τὴν ιράμβην ιερὰν οὔσαν; Genus loquendi grammaticis frequens quoties dubitanter aliquid pronuntiant. Nam ita Athenaeus hoc loco: fortasse, inquit, Nicander brassicam vocavit μάντιν, id est, divinam, quia sacra habetur. Id autem probat ille testimonii Hippo-nactis, Ananii, Teleclidis, Epicharmi et Eupolidis: qui homines induxerunt per brassicam jurantes, ναὶ μάντην ιράμβην: aut illi supplicantes. In verbis Hippo-nactis scribe, ἦ θύεσσι Πανδώρη Θαργηλοισιν σύχυτον πὸ Φαρμάνου. Sed dictio postrema non potest menda arere. reliqua ex MSS. certa: cui pro sacrificio offe-bebat Pandora Thargeliorum festo enchyrum. Tele-  
lidis Πρυτανέων invenio mentionem apud Pollucem  
bro septimo, cap. 30. Empodium nusquam invenio: et  
spectum nimis, quod hic legitur de formula jurisju-  
ndi Zenoni Stoico familiari, per capparim, ὡς Ἐμπο-  
ς Φῆτιν ἐν Ἀπομνημονεύμασιν. et fors fuat legendum,  
ναὶ ὁ Ποσειδώνιος Φῆτιν. errorem pepererit compen-  
num scripturae: ut aliis locis infinitis. Quae mox pro  
hippeis recitantur e Geryona, in libri secundi Ex-  
cerptis tribuebantur Eubulo. sed Geryonem Ephippi sae-  
us laudatum invenias. de hoc autem errore diximus  
in superiore cap. 15. Lego ex lib. 2. ἔψειν τ' ἐλαίῳ  
Φανον ἥγλαισμένην. exposuimus libro 2. cap. 24. Ibi  
melius, Ομοῦ τε χναύειν τευθίσιν σηπίδια. In ecloga  
tiphanis nescio quid sint πράγματα Ἐλευθερού τάρι-  
ς. sed melius MSS. πέμματ' Ἐλ. suspecta item alia  
nulla. cum autem scriberetur ἔτνος θαῦμ' αὐτοῖς  
ινον: fecimus, ἔτνος θ' ἄμ' αὐτοῖς πίσινον. perspicue  
e et recte. In primo versuum Diphili, Οἴνοι Φέρω-  
scribo, non Ἡκει Φέρομεν. cætera auxilium flagitant p. 642.  
corum. Polyzeli comicis Μουσῶν γοναῖ, a Musarum  
icitate sunt appellatae. γοναῖ, partus. nativitas. [men-  
hjus Polyzeli fabulae, apud paroemiographos in  
verbio, "Ωσπερ Χαλινίδην τέτοιεν ἡμῖν γυνή.] Do-  
rat idem poeta et Διονύσου γοναῖ, et Ἀφροδίτης γο-  
quo titulo fabulam ediderat et Nicophon poeta  
quis. sicut Araros Aristophanis F. Πανὸς γοναῖ. In  
cæti marginibus notare memini Ἐρμοῦ γοναῖ Polyz-  
elius: cuius dramatis meminit aliquot locis Julius Pollux.

Alius ab isto est Polyzelus historicus. *ναι ἐπιτιμᾶς την*  
*ώς κακῶς λέγοντι, ναι τὰ τεῦτλα τευτλίδας καλῶν.* Volum  
 editum *καλοῦντι.* Testificor tamen fidei meae caussa legi  
 in quibusdam optimis etiam MSS. ut fuit prius editum  
*ναι τὰ τεῦτλα τουταίνας καλῶν.* Mox betarum genu  
 unum ex Eudemo appellatur *παστόν.* imo vero *σπαστόν*  
 ut in omnibus antiquis. In ΣΤΑΦΥΛΙΝΟΣ depravatum  
 Numenii versum scribe, 'Ράφυν τ' ἐμπέδιον, *ναι κακή*  
*λίδ'* ἄγροιῶτιν. caucalis ab aliis vocatur *δαῦνος* ἄγριο  
 teste Dioscoride. eadem sententia olim Gesneri Nicandri  
 primum et secundum verbum ita scribo,

'Ἐν δέ τι *ναι μαράθου καυλὸς βαθὺς*, *ηδ'* ἔτι *ῥίζας*  
*πετρίου*, σὺν δ' αὐτὸς *ἔτ'* *αὐχμήεις σταφυλῖνος.*  
 hoc est, cum iſtis erat feniculi caulis profundus,  
 radices petroſelini, (sic interpretor hic *πέτριον*) et cum  
 his amplius *squallida pastinaca*. Scribe etiam, 'Η  
 ὅπερ ὄρυιθος ολύεται γάλα. non καλέεται. *κατὰ*  
*τὴν αὐτοῦ τοῦ σπέρματος Φύσιν ὁ καλούμενος σὴψ*, *καὶ*  
*τὸ τοῦ σταφυλίνου σπέρμα.* Jam ante libro 2. cap. 11  
 praediximus, Phaniae Peripatetici pleraque omnia qua  
 sunt in hos libros relata, aut suapte sponte obscura es  
 aut vitio libratorum, saepe etiam utrumque. Idem di  
 xerim de verbis hoc loco descriptis: sunt enim difficil  
 ad intelligendum, et ut arbitror, corrupta. quid eni  
 significant verba quae adscriptissimus? nam ut eliciatur e  
 iis sententia quam interpretes expresserunt, multa muta  
 tione opus: nec tamen ea sententia placet. *πετασώδη*  
*σπερμάτων Φύσις*, est illud quod solent *σκιάδιον* appelle  
 lare rhizotomi in soeniculaceis. At illa quis intelligit  
*σκιὰς ην εὗροι μηφόνον.* Ex veterum monumentis q  
 plantas nobis descripserunt, aconiti speciem novim  
 cui e re nomen indidere Graeci *myophono* vel *myoctor*  
 an haec alio nomine *σκιὰς* fuerit appellata nescio. h  
 quidem Phanias dicere voluit, nisi est hic mendum.  
 mox *δρακόντιον οἱ εὗροι ἄρον ἄρωντα.* postrema vox te  
 lenda, aut certe emendanda. [Josephus Scaliger sup  
 riora verba ita emendabat: *σκιὰς*, *ην εὗροι μυιοσόβι*  
 acute et vere, ut equidem censeo.]

## CAPUT TERTIUM.

*Καρτὸν pastinaceae species.* *καρωτὸν*, carotae. *γ*  
*θυλλίδες.* *Phrynichi Κρόνος.* Theoxenia festu

*omnium deorum. Atheniensium πολυθεῖα, et  
deus ignotus ab iis cultus. Aristophanis Ωραι.  
Attic e aër temperatissimus. ύριστός. rara καρώ  
dicta. ὄπηνίκα. ἀπολαύειν. alia quædam.*

IN tractatu de pastinaca post alia omnia scribit dipno- p. 643.  
sophista, τὸ δὲ πάρτου παλούμενον, μέγας δ' ἐστὶ πατ  
εὐαυξῆς σταφυλίνος, εὐχυλώτερόν ἐστι τοῦ σταφυλίνου.  
ex quibus verbis liquet nobis pastinaceae, speciem aliquam, aut aliud quoddam affine genos Φυτοῦ, cognitum  
fuisse antiquis sub πάρτου vel πάρτου appellatione. Vix  
docti qui sciebant carotas dici hodie nobis sativae pa-  
stinaceae speciem quandam, conjectura ducti, scripserunt  
hic παρωτόν. quam scripturam nos quoque invenimus in  
quibusdam veterum exemplarium. Esse tamen eam ve-  
ram et antiquissimam γραφὴν, vix adduci possum ut  
credam. nam carotum in tractatione plantarum, neque  
Latinus, neque Graecus, si hunc solum excipias, auctor  
nullus nominat. cartum invenio etiam alibi. velut apud  
Galenum Methodi lib. 12. ubi ceperum ita cognomina-  
tum clara mentio. πρώμυχ, inquit, τὰ πάρτα παλούμενα  
μετὰ ἄρτου ἐδίδουν ἐσθίειν. Memini etiam legere haec  
verba in Geoponicorum libro secundo, πύπειρον, ἣν τινες  
ζέρυχεν παλοῦτι. Φύλλα ἔχει ὅμοια πάρτω ἄρτιφυεῖσι σιχνά  
παὶ παυλίον ὥσπερ σχοίνου σιχνότερον. Graeci παρτού  
vocant, quod fuerit detonsum. Solent olitores quarum  
plantarum radices aut bulbos optant fieri grandiores, has  
saepe tondere. Uni harum videtur nomen pluribus com-  
mune adhaesisse seu proprium: quod in multis factum  
ignorat nemo. [Porra τὰ πειρόμενα, quae tondentur:  
commemorat Artemidorus libro primo, capite 69] Ver-  
rum de hac re censeo referamus ad rhizotomorum et  
botanicorum senatum. Qui παρωτόν scribunt, quomodo  
eam dictionem interpretabuntur? Fortasse aliquis dicat  
παρωτόν idem esse ac π. φαλωτόν capitatum: quia πάρχ  
Graecis usurpatur pro π. φαλή. Id vero locum nullum  
habet: cum statim π. φαλωτόν et πάρτου, vel ut ipsis  
placet παρωτόν, separentur, ut non parum differentia.  
Et vero poetica dictio ac vulgo incognita, qui potuit in  
vulgi usum hoc verbi parere? est quidem in libris me-  
diorum frequens vox παρωτινός: sed quae originem  
aliam habeat, et significationem ab hoc loco alienissimam.  
ne pernegemus tamen posse etiam sic accipi vocabulum

καρωτὸν, faciunt, quae dicemus paulo post de rapa quae dicebatur *caro* [et multo magis quod in Apitii Κηπουρικοῖς, sive lib. tertio carotarum expressa mentio. cap. enim ultimo docetur praeparatio carotarum et pastinacarum.] Quare ut diximus, de hoc loco Cratevarum judicium esto. [apud Artemidorum eo quem modo indicavi loco, οὐεφαλωτὰ καὶ σταφυλῖνος, capitata et pastinaca recensentur inter illa quae sunt τρόφιμα, et alendi vim habent.] Auctor est Athenaeus, Didymum scripsisse, *gethyum* herbam ampelopraso similem, etiam ἐπιθυλλίδα fuisse vocatam, sed jure docti eam vocem damnarunt, et scripserunt τὰ δ' αὐτὰ καὶ γηθυλλίδας λέγεσθαι. quanquam reclamant MSS. Phrynichi fabula ubi γηθύων fecerat mentionem, Κρόνος hic inscribitur: apud Hesychium in στλλίσαι, est Κρόνος. sed Pollux, libro 7. p. 644. cap. 30. Φρύνιχος, ait, ἐν Κρόνῳ καὶ ἀλειτρυοπωλητήριον εἴρηκε. In Aristophaneis verbis, ἔχούσας σκοροδόμητον Φύσιν, scribo, σκοροδόνητον, vel σκοροδόδημητον. quidam σκορδομίμητον. Τῇ θυσίᾳ τῶν Θεοξενίων. In multis Graeciae locis festum celebrabatur nulli privatim Deo sacrum, sed in universum omnibus. *Theoxenia* eum diem vocabant. Hesych. Θεοξένια ποιητὴ ἑορτὴ πᾶσι τοῖς θεοῖς. Athenis autem potissimum videntur *Theoxenia* celebrata, nam inter propria Reipublicae illius instituta hoc fuit, quod θεοὺς ξένους colerent quam plurimos. Hesychius, Θεοὶ ξενιοὶ πάρα Ἀθηναῖοις τιμῶνται, οὓς καταλέγει Ἀπολλοφάνης ἐν Κρητίνῃ. Inde illa ara θεοῦ ἀγνώστου, de qua Paulus Apostolus in Actis. Sed videntur *Theoxenia* quorum hic mentio Apollinis honori peculiariter fuisse consecrata. Apollo enim Delphorum summum erat numen. et alibi quoque *Theoxenia* eidem Deo sacra, ut apud Pellenenses, de quibus in Achaicis Pausanias, "Εστι καὶ Ἀπόλλωνος Θεοξενίου Πελληνεῦσιν ιερόν. τὸ δὲ ἄγαλμα χαλινοῦ πεποίηται. καὶ ἀγῶνας ἐπιτελοῦσι Θεοξένια τῷ Ἀπόλλωνι. Sequitur non longe, καὶ ὑπεμιμησομεθα ὡν ἐν "Ωραις ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης εἰπεν ἐπαινῶν τὰς καλὰς Ἀθήνας. Argumentum fabulae hujus ex titulo appetet. continebat enim encomium agri Attici a situs commoditate et optimo frigoris et caloris temperamento: item a praestantia et copia optimarum frugum. similiter eandem urbem landavit Euripides,

Ἐι δ' αὖ πάρεργον, inquit, χρή τι πομπάσαι γύναι, οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ συγκεκραμένου·

ἴν' οὔτ' ἄγαν πῦρ, οὔτε χεῖμα συμπιτνεῖ.

Aristides in Panathenaico, ἀλλὰ μὴν τὸν γ' ὑπὲρ γῆς  
ἀέρα, ναὶ τῶν Ὡρῶν πρᾶσιν οὕτω σύμμετρον εἴληχεν,  
ὅστ' εἰ τῷ λόγῳ μετρίως εἰπεῖν ἦν, σύντὸν ἀνήν. Ἰσον  
γὰρ ἀπάντων ἀπέχει τῶν δυσχερῶν, ναὶ μετέχουσα τῶν  
ἀγαθῶν τῆς δυνάμεως ἐκάστης, ἀλλὰ λυπηρὰ πρόσεστιν ἐκά-  
σταις πέφενε. τειμαλίεσθαι δ' ἔξεστιν οὐ μόνον τοῖς  
ώρων, νικῶσι ναὶ παρὰ τὴν ἐπωνυμίαν, ναὶ τοσοῦτον  
τοῦ παντὸς ἔτους κατέχουσι χρόνον. Postrema verba  
summatim id ajunt, quod pluribus persequitur Aristophanes hoc loco. Ex hac fabula sunt duo hi versus  
quos profert Pollux libro septimo, capite secundo, ex-  
plicans quid sit πρᾶσιν αἰτεῖν.

Εἰ μὴ πράτιστόγ ἐστιν εἰς τὸ Θησεῖον δραμεῖν  
ἐνεὶ δ' ἔως ἀν πρᾶσιν εὔρωμεν, μένειν.

Meminit et aliis locis: item Harpocration, aliquique veterum et Hesychius in Ἀρᾶς ἱερόν. Ait comicus, τέττι-  
γας, ἐμβρύεια. De cicadarum esu diximus multa in  
superioribus libris. sequentem vocem mutare possumus  
cum Dalecampio in γέθρεια. supple, πρέα, quae vox  
omitti solet. Addit ὑρισσοὺς δ' ἴδοις ἀν νιφομένους.  
Hesych. ὑρισσός. Φορμός. aliis ὑρίσκος vel συρίσκος: quas  
voces explicamus libro tertio capite quarto. Videtur  
dure dictum quod sequitur, ἐπειτα πολούντας ὅμοῦ ταῖς  
γογγυλίσιν ἄροῦσι. durum inquam, cucurbitas et rapas  
arare, pro arvum arare ubi cucurbitae et rapae seran-  
tur. Videamus num aliud hic lateat. Atque adeo forte  
an poeta scriperat, ταῖς γογγυλίσι παροῦσι. Videas,  
ait, eodem tempore, et cucurbitas, et rapas, quae  
capitatae dicuntur. Καροῦς quasdam rapas olim dictas p. 645.  
fuisse testis Galenus libro de bonis et malis succis: μέσαι  
δίζαι εὐχύμων ναὶ πανοχύμων, αἵτε τῶν ἄρων εἰσὶ ναὶ  
τῶν γογγυλίδων, ἀς ναὶ βουνιάδας ὄνομάζουσι, ναὶ τῆς  
ιαλουμένης παροῦς. Sed cogitemus amplius de hoc loco:  
iam quid opponi possit non ignoro. Subjicit comicus,  
ὅστ' οὐκ ἔτι οὐδεὶς οἶδ' ὁπηνία ἐστὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ. nemo  
cit quaenam sit anni tempestas, tanta coeli clementia  
est, ut perpetuum ver agi Athenis videatur. πηνία et  
πηνίκα de anni parte usurpatur, ut hic: vel diei, ut  
in Avibus ejusdem poetae,

— πηνί' ἐστιν ἄρα τῆς ἡμέρας;  
οπηνία; σμιηρόν τι μετὰ μεσημβρίαν.

Orro ait, μέγιστον ἀγαθὸν εἴπερ ἐστι δι' ἐνιαυτοῦ ὅτου  
ις ἐπιθυμεῖ λαβεῖν. Ante μέγιστον collocanda inter-  
unctio. postquam prior qui in his verbis loquitur, feli-

citatem agri Attici descripsit, subjicit alter, *Maximum id quidem bonum est, si liceat toto anno ea quaesoptes consequi.* δι' ἐνιαυτοῦ pro δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ. de quo genere loquendi Athenaeus ipse nos monuit libro septimo. Ait alter, πακὸν οὖν μέγιστον, Scribe, πακὸν μὲν οὖν μέγιστον, *Imo vero magnum id malum est.* Additur, ἔγω δὲ τοῦτον ὀλίγον χρόνον Φῆσας αὐτοῖς φειλόμην ἔν. In Aristophanis "Ωραις" fabula, unde haec sunt, dii inducebantur tempelstatum anni auctores: in his erat ut videtur, Aeolus, aut quicunque alius ista proferebat verba, quibus hoc ait: posse se, breve tempus flantem, admirare Atheniensibus descriptam modo felicitatem esse εὐαερίαν. Legimus autem, ἔγω δὲ τούτων ὀλίγον χρόνον Φυσῆσας αὐτοῖς φειλόμην ἔν. Qui deinceps sequitur versus habet hanc sententiam: atque adeo id facio in omnibus urbibus praeter Athenas. ubique enimasperatur aer, et immidis hiems sentitur. scribo vero καὶ ἄγωγε ταῖς ἄλλαις πόλεσι δρῶ ταῦτα πλὴν Ἀθηναίων. Ubi docet poeta, ἀπέλαυσαν ἄρα σέβοντες θυάς. interpres ἀπέλαυσαν legit: vel ἀπέλαυσαν putavit esse ab ἀπέλαυσι. utrumque tandem facere debemus. Errat enim: nam vertere debuerat, *Ergo illi hoc suae in vos pietatis fructum perceperunt, ut ais? ἀπολαύειν et poetarum ἀπαυρῷν.* uno verbo Latino exprimi non possunt multis locis, ut cum ait idem poeta in Avibus, Ἀπέλαυσα γὰρ νὴ τὸν Διὸν ἐλθὼν ἐνθαδέ. quod vernaculo sermone eleganter dixeris, *P'ay bien gaigné d'estre venu icy.* Αὔτας μὲν σινύας τμητῶν ἀνακλώσμασι πείραις. Lego, τμητῶν ἀνὰ ικλώσμασι πείραις. pro ἀναπείραις. ut πρατερὸν δ' ἐπὶ μῆδον ἔτελλε. Vult Nicander, cucurbitas transfigi fractorum lignorum acutis surculis. interpres absurde emendat σπείραις. si putarem aliquid mutandum esse, scriberem, Αὔτας μὲν σινύας γε μίτων ἀνὰ ικλώσμασι πείραις. μίτου ικλώσμα fili est periphrasis, vel sic, τμητὰς ἀνὰ ικλώσμασι πείραις. et fortasse haec vera lectio, nam paulo post σικύης ὄρμους vocat frusta cucurbitae per quae filium transmissum. Τῇ ἐνι μὲν σικύης figura est in τῇ quam πρὸς τὸ σημανόμενον vocant. nam praecessit χύτρον. nisi legas, πολυχανδέα χύτραν. aliter tamen MSS.

## CAPUT QUARTUM.

p. 646.

Oiera κυνηστὰ et κυιστά Menandri Epiclerus, et Didymae. κρεῖοι. gallus gallinacens. ἡμερόφωνος et ὄλοφωνος Cratini Ωραι. locus Alcmanis. δέλφαξ. ἀμυή. Sacerdos Minervae Athenis a quo caseo abstineret. Χοῖρος de porca: εὐθηλήμων. αὐφεύειν. σφέτερος. notatus Scholia festes Apollonii. πεταλίδες. alia multa.

DEINCEPS commemorantur gallinae cucurbitis impositae et κυιστοῖς λαχάνοις. Scribebam κυνηστοῖς cum Epit. et Euysthio, cujus sunt verba: ὅτι δὲ καὶ λαχανα κυνηστὰ ἐκαλοῦντο τὰ σύγκοπτα, ἐκ τοῦ κυῶ κυνῆσω τὸ κόπτω· καὶ κυνηστὸς δὲ ποιός τις ἄρτος παρὰ Ἰωσι, διὰ τὸ κυατθαῖς ὡς εἰνὸς καὶ οὕτω διαδίδοσθαι, ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου δηλοῦται. sed et κυιστὰ olera per in Hesychio nominatim exposita invenias. et extat verbum κατακνιέσθαι ea notione positum paulo post in isiciorum descriptione. Addit, ὥν ὄρῳ περιφερομένων πλῆθος. Meius. περιφερόμενον. Citatur mox Menander ἐν Ἐπικλήρῳ τρώτῃ. Docuerat is poeta et priorem et posteriorem Epiclerum. illius mentio hic, posterioris apud Harpocrationem: ὄρος, inquit, σκεῦός τι γεωργικὸν παρὰ Μένανδρῳ ἐν δευτέρῳ, (scribe, δευτέρῳ) Ἐπικλήρῳ. Sequitur leinde, Μένανδρος Διδύμαις. Harpocration, ἐνωμωδόῦντο οἱ Ποτάμιοι, ὡς ράδιας δεχόμενοι τοὺς παρεγγράπτους. οἱ ἄλλοι τε δηλοῦσι καὶ Μένανδρος ἐν ταῖς Διδύμαις. ὃ δεινὸν οὖν κρείους μὲν ἐκγεννᾶν τέννα; Athenienses ρείους vocabant conchas asperas. ita autem videtur Eulolis adolescentem quendam appellasse, a morum asperitate, et insuavitate. Eius pater est qui ista pronuntiat. sequenti versu, non recte ὄρνεις θ' ὄμοιως. Scribe, οὐεις δ' ὄμοιους τοὺς νεοττοὺς τῷ πατρὶ. Λήδα σὸν ογον δεῖται. distingue, Λήδα, σὸν ἔργον. δεῖ σ' ὄπ. Leda, nunc sunt partes: faciendum tibi ut decenter gallinae mores assumas. De Leda partu nota fabula. Ἐπὶ τῷ ἐπωάζου Versus pede uno longior est, quam oportuit. Scribe, Ἐπὶ τῷ ἐπωάζουσαν ἐπειν καλόν. μὴ οειριασένον ἐν τοῖς πρώτοις. hoc

est, ut paulo post loquitur, μὴ τυχὸν νικησ. quam fabulam cum docuit poeta judicum sententia vixit est: aut prima palma excidit. οὐαὶ ἄλλᾳ δράματα τῶν ὁμοίων τοῦ αὐτοῦ. Deesse aliquid videtur. sententia tamen aliquam lectionem desiderat, οὐαὶ μὴ ἡφάνισται, ὥσπερ ἄλλᾳ δρ. Σιμωνίδης, ἵμερόΦωνος ἀλέκτωρ. Censeo verius, ἡμερόΦωνος, diei nuntius. Vocem iερόΦωνος legas apud Alcmanem, eo in loco quem paulo post describimus. Κρατῖνος "Ωραῖς, ὥσπερ ὁ Περσικὸς ὥραν πᾶσαν οναναχών ὀλόφωνος ἀλέκτωρ. scribere ὀλόφωνος. qui totus vox est, praeterea nihil, ut deeluscinia dixit olim Spartanus quidam vel qui toto velutii corpore cantat. attollit enim se gallus gallinaceus cantaturus. Cratini hunc locum puto Hesychium respexisse cum scriberet, 'Ολόφωνος, ὁ ἀλέκτρυν, ἢ ἀπὸ τοῦ λέφου, ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ ἀδειν ὅλον αἴρεσθαι οὐαὶ μετεωρίζεσθαι. Cratini fabulam "Ωραῖς non semel auctor lan-

p. 647. dat: citatur ab auctore, et Harpocratiōne in descriptione ξυστίδος: necnon Hesychio in κῆτιον et μυστήρῳ. Polluce libro sexto, capite secundo, et libro septimo capite trigesimo, et saepius alibi. sed videtur fabula haec suisse inscripta Πυλαῖαι ὥραι, si recte capio verba Aristophanis scholia, qui ad Aves, Κρατῖνος, inquit, δηλοῖ Χείρος (οὐαὶ) Πυλαῖαις ὥραις. Quod ad sequentia Alcmanis verba, ἀλιπόρφυρος ἔαρος ὄρνις, an haec vera lectio esset: aliquando dubitavi: memineram enim scripsisse alicubi eundem Alcmanem ἀλιβαπτὸς πορφυρᾶν ὄρνις. Hesych. ἀλιβαπτον πορφυρᾶν ὄρνιν Ἀχαιὸς οὐαὶ Ἀλιμάν. Sed commodum venit postea in mentem loci cuiusdam Antigoni, quem hic adscribam. Historiarum enim mirabilium tmemate 27. postquam dixit alcedonum mares cerylos vocari: atque hos ubi consenserint solere foeminas in alas receptos gestare: addit, οὐαὶ ἔστι τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀλιμάνος λεγόμενον τούτῳ συνωκειωμένον. Φησὶ γὰρ ἀσθενῆς ὡν διὰ τὸ γῆρας, οὐαὶ τοῖς χοροῖς οὐ δυνάμενος συμπεριφέρεσθαι, οὐδὲ τῇ τῶν παρθένων ὄρχήσει,

Οὐ μ' ἔτι, παρθενικαὶ μελιγάρυες ιερόΦωνοι,  
γυνὶα Φέρειν δύναται. Βάλε δὴ βάλε ηηρύλος εἰην.  
ὅς τ' ἐπὶ κύματος ἀνθος ἀμ' ἀλινόνεσσι ποτῆται,  
νηλεὲς ἥτορ ἔχων, ἀλιπόρφυρος εἴαρος ὄρνις.

Sequitur, οὐαὶ τὴν γενικὴν, οἶδε δι' ὄρνιχων ὄμως πάντων. scribo mutata distinctione, οὐαὶ τὴν γενικὴν οἶδε, δι' ὄρν. Epicharmi locus in ΔΕΛΦΑΞ admodum corruptus. In ultimo versu τοῖς Ἀχαιοῖς προδιδόμην τε, scribe, προδι-

δόμενατ τε. Anaxilas, ait, vocem δέλφαξ posuit ναὶ ἐπὶ τοῦ τελείου. quod non est mirum: cum exponat Hesychius τὸ δελφακοῦσθαι, τελειοῦσθαι τὰς ὅς. At pro, ποιήσει δέλφακας ἀλιβάτους: scribe ex Epitome ὑλιβάτας. libro nono, τράγος ὑλιβάτης. τῆς ἐπιγονῆς ἔνεια τῶν ἐκατὸν θρευμάτων. Dele τὸ ἐκατόν. nam ex Eustathio et Epito. superesse eam vocem constat planissime. id ut non esset, caecus sit qui non hoc videat. de veteri illa lege satis in superioribus libris. Quod autem addit, διὸ τὰ ἥδη τέλεια ἡσθιον: verum est, et in genere de omnibus acceptum et privatum ad Homerici versus interpretationem relatum. Nam facit Homerus Ulyssis famulos edere χοῖρους, id est, porcos τελείους. sic enim accipiendo Athenaeus docet, et ex eo repetit Eustathius. Mali critici sunt qui sequentia poetae verba inutiliter hoc loco inserta pronuntiant. Eustathius ex isto loco, οἱ αὐτῷ τὸν Εὔμαιον οὐ σιάλους ἀλλὰ συίδια ἡσθιον. neque aliter antiqua exemplaria omnia. Scribe statim, ναὶ νῦν δὲ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ιέρειαν ἔθος οὐ θύειν ἀμνήν. Vocem ἔθος quae abest ab editis, ex Eustathio et Excerptis supplemus, et addit eruditissimus Eustathius, ναὶ ὅρχ αμνήν: admonens nos, minus eam vocem esse usitatem. sic autem appellari agnum anniculum auctor idem alibi. Sed quod addit dipnosophista, Atticam sacerdotem Minervae τυροῦ οὐ γενέσθαι, caseo abstinere, si ut verba sonant accipias falsum est. Strabo libro nono, de Salamine loquens Attici littoris insula. τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ τὴν ιέρειαν τῆς Πολιάδος Ἀθηνᾶς χλωροῦ τυροῦ τοῦ μὲν p.648. ἐπιχωρίου μὴ ἀπτεσθαι, ξενικὸν δὲ μόνον προφέρεσθαι χρῆσθαι δὲ ναὶ τῷ Σαλαμινῷ, ξένην Φασὶ τῆς Ἀττικῆς τὴν Σαλαμῖνα. οὐκ εὖ· ναὶ γὰρ τὸν ἀπὸ τῶν ἀλλων νήσων τῶν ὁμολογουμένως τῇ Ἀττικῇ προσχώρων προσφέρεται. ξενικὸν πάντα τὸν διαπόντιον νομισάντων τῶν ἀρξάντων τοῦ ἔθους τούτου. non igitur in totum caseo abstinuit Minervae sacerdos: sed tantum recente, qui quidem in Attica pressus fuisset. Corruptissime aliquanto post scriptum etiam in membranis, ubi poetarum testimonia afferuntur, qui vocem χοῖρος de sue foemina posuerunt, ναὶ Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταιναρίοις τοιγαριώδῃ Φύλαξαν χοῖρος ὥστε δεσμίων. De tragedia Sophoclis quae hic nominatur, diximus libro septimo. poetae verba sic possunt concipi,

— τοιγαροῦν  
ἔδει Φυλάξαι χοῖρον ὥστε δεσμίαν.

postrema sane quin ita debent emendari ex ipso Atheneo dubitare non possumus. generis enim soeminei usurpationem solum probare voluit. Sequitur ex Ptolemaei regis Commentariis, εἰς Ἀστον ἐπιδημήσαντί μοι οἱ Ἀστοι παρέστησαν χοῖρον νιὸν ἔχοντα, τὸ μὲν ὕψος δύο καὶ ἡμίσους πήχεων. ὅλον δ' ἀρτιον πρὸς τὸ μῆκος τῇ χροιᾱͅ χιόνιον. non clam me est quomodo viri doctissimi exposuerint χοῖρον νιὸν ἔχοντα. sed non adducar unquam ut existimem eruditissimum regem appellare voluisse in soluta praesertim oratione, porcellum νιὸν χοῖρον. Lego vero mutata distinctione, παρέστησαν χοῖρον νιὸς aut νιὸν. vel simpliciter χοῖρον. nam in Excerptis non comparet vox νιὸν, neque alia ulla ex loco. In iisdem est χιόνιον non χιόνιον. Subjunguntur ex Aeschyllo versus t. es: quorum duo priores scribuntur in antiquis varie, Ἐγὼ δὲ χοῖρον καὶ μάλ' εὐθηλούμενον Τὸν δ' ἐν νοθοῦντι πριβάνῳ θήσω, in aliis εὐθηλούμενον. nec peccaverit fortasse qui εὐθηλήμονα, ut in illo veteris poetae apud Suidam, Ἄρτι παταβρύνοντα τὸν εὐθηλήμονα μόσχον. invenimus etiam in optimis codicibus, ὄνθυλούμενον. quod non est absurdum, si leviter emendatur. nam ὄνθυλενμένον fuerit scribendum, ut in aliis horum librorum non pancies locis. vide libro primo, capite quarto. vix putem ὄνθυλον dixisse Aeschylum pro ὄνθυλεύειν. quod tamen si admittimus, νοθοῦντα πριβάνον tueri licet sequente versu, et interpretari falsum furnum. vas testaceum quo inverso usus erat loco furni, sic videtur appellare. νοθών sive νοθέω, nove pro νοθεύω. sed vocem hanc pro depravata habuit anctor Epit. cum caetera describeret. antiquam veteris codicis manum, assequi hic non sumus quiti. Proximos duos ejusdem tragici versiculos sine controversia debes ita concipere.

Λευκός. τι δ' οὐχι; καὶ παλῶς ἡφευμένος

ὁ χοῖρος. ἔψου μηδὲ λυπηθῆς (aut λυπηθείης) πυρι.

Errant magnopere qui offensi voce proba ἡφευμένος, nihil verbum, ἡφειμένος, eo quidem sensu quem afferunt, scribi voluere. notissima Graecis vocabula εὔσιν et ἀφεύειν, pro igne torrere. Est et hic ejusdem tragici versus, de sine malefica, Δοροῦσα καὶ τρέπουσα τύρβ' ἄνω κάτω.

p. 649. ubi videtur poeta φιλόπαινος pro eo quod est aliis τυρβάζειν, dixisse τρέπειν τύρβα. adverbium τύρβα non memini equidem legere alibi: Graecum tamen et δόκιμον videtur, eadem analogia qua κρύβδα et μύγδα formantur.

Post ista narrant docti convivae, suem apud Cretenses habitum animal sacrum, et illorum ritibus religiose cultum fuisse. Ridiculae adeo superstitionis causam ex antiquo scriptore Agathocle Babylonio afferunt hanc: μυθεύουσιν ἐν Κρήτῃ γενέσθαι τὴν Διὸς τέκνωσιν ἐπὶ τῆς Δίντης, ἐν ᾧ καὶ ἀπόρρητος γίνεται θυσία. λέγεται γὰρ ὡς ἄρα Θηλῆν υπέσχεν ὅς· καὶ τῷ σφετέρῳ γρυσμῷ περιοχνεῦσα τὸν κυνηγηθμὸν τοῦ βρέφεος ἀνεπάιστον τοῖς παροῦσιν ἔτιζει. διὸ πάντες τὸ ζῶον τοῦτο περίσεπτον ἥγοῦνται· καὶ ὁ Ὁρσι τῶν κρεῶν οὐδὲντα. *Jovem in Creta natum fabulantur, in monte Dicta, ubi etiam arcana quaedam sacra agitantur.* Ajunt enim suem illi sugendam mammam praebuisse: et circumcursantem grunnuitu suo impeditisse, ne illius vagitus posset intelligi. ideo omnes animal hoc summa veneratione dignum censem: neque eorum quenquam adduxeris ut suilla vescatur. Male editum vulgo περιχνεύσα pro περιοχνεῦσα. ita legunt Excerptor et Eustathius. Ionica vox est, qua dialecto plurimum usus Agathocles, ut ex reliquiis apparet. Scripti quidam περιηχεῦσα. quod minus placet. Scripsimus etiam ex iisdem κυνηγηθμὸν, non ut vulgo, κυνηγισμόν. Observa damnataī locutionem non nullis veterum criticorum, τῷ σφετέρῳ γρυσμῷ, pro ἐώ. de unica enim sic loquitur, non de pluribus. Notatus hoc nomine Apollonius Rhodius non semel ab antiquo interprete, magnae doctrinae viro. ut libr 3. ad ista, Τόνδ' ἀπαμείβωμεν σφετερὸν κτέρας: οὐκ ὄρθως, ait, τῷ σφέτερον. ἔστι γὰρ τρίτου πρόσωπου πληθυντικόν. καὶ ἀναρτάνει. sic et alibi saepius. sed hunc quoque canonem grammaticorum optimi auctores interdum migrarunt. Polybius in quinta historia, ὁ βασιλεὺς ἦθροις τὰς τὰς Ἀχαιῶν νῆσος, καὶ τὰς σφετέρας. sic alibi σφέτερος simpliciter pro ἰδιος ι usurpatum invenias. Praeterea scribit Eustathius τοῖς παριοῦσι non παροῦσι. Cum ait Athenaeus, Πραίσιοι δὲ καὶ ιερὰ ρέζουσιν ὑπὲρ, καὶ αὐτῇ προτελῆς αὐτοῖς ἡ θυσία νενόμισται: appellat προτελῆ θυσίαν hostiam praecidaneam, quae ante alias cedebatur: erant enim aliae praecidaneae (sive praecidariae) aliae succidaneae. Legimus et in Romanis ritibus porcam praecidaneam. sed aliud est θυσία προτελῆς ὁ οἶκος Praesorum in Creta, de qua loquitur hic Athenaeus: aliud praecidanea porca, quae describitur in Festi reliquiis. Similime apud Graecos προτελῆς θυσία diverse accipitur: interdum ea notione quam expressimus: interdum pecu-

liare sacrificii geenus est, quod ante nuptias faciebant. unde est προτέλεια θύειν, et προτελής ἔορτή. Subjicit auctor, τὰ παραπλήσια ἱστορεῖ καὶ Νεάνθης ὁ Κυζίκηνος, ἐν δευτέρῳ Περὶ τελετῆς. hic est Neanthes quem in explicandis veterum superstitionum ritibus Clemens Alexandrinus, aliquique laudant. Harpocrationis in "Αττις verba sunt, τὰ δὲ περὶ αὐτὸν δεδήλωκεν ὁ Ανθης. μυστικὸς δὲ ὁ λόγος. Scribendum, δεδήλωκε Νεάνθης. Adultas p. 650. porcas et jam grandiores, πεταλίδας Graeci vocabant: sicut testimonio Achaei poetae probat dipnosophista. Proprie non suis ea appellatio convenit: sed vitulis aut bovis, qui patentia cornua habeant. hos enim Graeci πετάλους sive πετήλους: Latini *patales* dixerunt. Ait, πεταλίδας δὲ τὰς σῦς εἴρηκεν. Achaeus, μεταφέρων ἀπὸ τῶν μόσχων. οὗτοι γὰρ πέταλοι λέγονται ἀπὸ τῶν οὐράτων. ὅταν αὐτὰ ἐκπέταλα ἔχωσιν. In Excerptis non πέταλοι scriptum sed πέτηλοι. ita etiam Hesychius, πεταλίδων ψῶν. μετήχθη ἀπὸ τῶν μόσχων. πέτηλοι γὰρ οὗτοι λέγονται. non dubito et Athenaeum et Hesychium ab eodem auctore, vetere nimirum Achaei interprete, haec sumprosse, et usum pro suis. Atque hoc eo notavi ut alterum ejusdem Glossographi loco emendarem, qui doctissimis viris fraudi fuit. Ait enim, Βοῦς πετηνός, ὁ ἀναπεπταμένα τὰ οὐράτα ἔχων. Scribendum, πετηλός. Quemadmodum autem patalium boum appellatio ad sues translata est: sic et larinorum boum. his enim non illis primo tributum est hoc nomen. Eratosthenes tamen ut hic observatur, τοὺς σύας λαρινοὺς προσηγόρευσε, μεταγγώνιαν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν λαρινῶν βοῶν, οἵ οὖτας ἐκλήθησαν ἀπὸ τοῦ λαρινεύεσθαι, ὅπερ ἐστι σιτίζεσθαι. Σώφρων, βόες δὲ λαρινεύονται. Graecis λαρὸν et λαρινὸν dicunt τὸ ἥδυ, quod placet ac gratum est. inde λαρινεύειν dictum, quod non simpliciter σιτίζεσθαι significat: ut Athen. interpretatur: sed habere molliter et delicate. Epirotici boves larini dicti, quos ad victimas impinguabant, ut docet Varro libro secundo de re rustica. At valentes boves qui facile proscindunt glebas non λαρινοὺς sed οὐρινοὺς vocabant. Hesychius, οὐρινοὺς, εὐπλεύρους βόας, ισχυροὺς καὶ εὐισχλούς. Latinis *glebarii*.

## CAPUT QUINTUM.

*Porcellus simul assus et elixus: idemque fartus, et tamen integer. Ificia. πτήσσειν. ἀληθινὸς μάγειρος. τόπον διδόναι τῷ κενῷ. πέρας artis. θῦμα. τὸ πρᾶγμα δέχεσθαι. ἁκεία. παιζεῖν. alia item non pauca.*

Elegans fuit illius coqui artificium, qui dipnosophistarum mensae porcellum intulit ab altera parte ὄπταλέον ναὶ πραμβαλέον *assatum et probe tostum*: ab altera vero ὡς ἀν ἐξ ὕδατος ἐψημένον τακερῶς. id est, *jurulentum*, ut pote in aqua coctum: tot hisce verbis nihil aliud significatur, nisi quod una dictione paulo post dicitur, ἘΦΘÓν. Accedebat aliud subtile commentum: quod erat ἀσΦαντος hic porcellus, ut loquitur coquus: neque ullum exhibebat vestigium letalis sui vulneris, aut ullius apertoris: cum tamen non solum exenteratus verum etiam impensa multa fartus et oppletus esset. Quod ad farturam attinet, similem habes narrationem libri quarti initio: sed sine ulla subtilitate: de isto autem fuse paulo post idem qui paraverat coquus. Lege, ὑπογαστρῶν τε μέρη χοιρείων: sic melius libri: non χοίρων. videntur autem petitia haec ex aliquo poeta: nam integros aliquot senarios p. 651. hic facile deprehendas. τὰ χρυσᾶ τῶν ὠῶν vitelli ovorum nominantur cum hic tum infra in descriptione patinae rhoduntiae. Inter caetera autem quae dicuntur in porcelli ventrem condita, nominantur et τὰ ἐπ τῶν σαριῶν εἰς λεπτὰ πατακιζόμενα (malim πατακιζόμενων) ναὶ μετὰ πεπεριῶν συμπλαττόμενα. tot Graecis dictionibus περιφράξει Leonides sive Athēnaeus: quae uno verbo Romani appellabant *ificia*. quare additur. ισίνια γὰρ ὄνουμάζειν αἰδοῦμαι τὸν Οὐλπιανόν. vel ut alii libri, διὰ τὸν Οὐλπιανόν. Romanam esse vocem constat ex Arnobio, Apicio, et Macrobio libro septimo, cap. 8. Alexander Aphrodiseus unde illam disputationem mutuatus videtur Macrobius, ισικον nominat problemate 22. libri primi. Paxamus quem dicit Leonidas ificiorum fecisse mentionem, is est quem de paratu ciborum, deque agricultura et tincturae arte scripsisse testatur Suidas: quemque etiam in Graecorum comment. de rustica laudatum

offendimus. Recitatur deinde prolixa ῥῆσις e Posidippi comici *Coreuusis*: ubi postquam dixisset culinariae rei doctor, optimum artis coquinariae condimentum esse τὴν ἀλαζονείαν, hoc est, si norit aliquis probe se venditare: addit, τὸ παθόλου δὲ τῶν τεχνῶν "Οψεις δ' ἔχοντι τοῦ θ' ἡγούμενον. Lego ut versum et sententiam expleam, "Οψει νόον γ' ἔχοντι τοῦ θ' ἡγούμενον: id est, non in nostra tantum arte, verum in omnibus cernas eos qui plurimum sapiunt, ostentatione ac jactantia plus praestare quam ulla re alia. tum quid ἀλαζονείαν vocet clare et sub exemplo docet. Ait,

Ξεναγὸς. ὡς τις ἀν τὸ θάραυ' ἔχη  
Φολιδωτὸν ἡ δράκοντα σεσιδηρωμένον.  
ἔφανη Βριαρέως. ἀν τύχη δ' ἔστιν λαγώς.

*dux militum*, ait, *si loricam gestaverit squameam, et draconem in clypei ferrea lamina sculptum habuerit, apparet Briareus: cum tamen fortasse sit lepus.* deinde arti suae hoc exemplum applicat. Sic autem legendum.

Ο μάγειρος ἐὰν μὲν ὑποδιακόνους ἔχων  
πρὸς τὸν ἴδιωτην καὶ μαθητὰς εἰσῆγ,  
κυμιοπρίστας πάντας, ἡ λιμοὺς. καλῶς.  
ἔπτηξ' ἔκαστος εὐθύς. ἐὰν δ' ἀληθινὸν  
σαυτὸν παραβάλλῃς, καὶ προσειδεῖς ἄπει.

Sensus est: si coquus ministratum alicui veniat habens famulos dicto sibi andientes, et discipulos arti suae convenienter moratos: tum silent omnes, et ne γρὺ quidem adversus coqui voluntatem mutiunt. (hoc significat, ἔπτηξ' ἔκαστος εὐθύς.) sin verus coquus accesserit, id est, sine ulla pompa et specie inanum, non solum contemnitur: sed et flagris saepe caeditur prius quam discedat. Legebatur in quarto versu ἔπτηξ' ἔκαστος, quod leviculum mendum quam atras tenebras huic toti loco intulerit, scient qui nostram interpretationem cum interpretum somniis contulerint. πτήσσει autem id est quod diximus: item ἀληθινὸς is quem expressimus. non enim ita accipere debemus ut cum paulo post Sosipater cocum p. 652. ἀληθινὸν appellat, τὸν ἐκ παιδὸς ὄρθως εἰς τὸ πρᾶγμα εἰτηγμένον. Coquorum discipulos λιμοὺς appellat, quia integrum famem in aedes alienas afferebant. κυμιοπρίστας autem, ut omnia etiam minima arrodentes, et sibi rapientes de singulis aliquid. Pergit coquus in eandem sententiam, "Ωσπερ οὖν ὑπεθέμην τῷ οὐνῳ χώρᾳ δίδου. Igitur, ait, sicut initio dixi, da locum vanitati. hoc ἀλαζονεύον καὶ περπερεύον. esto vanus et ut Tertulliani

verbum usurpem, pompatius. χώραν διδόναι τῷ κειτῶ  
sive τῇ ἀλαζονεῖ, non est cedere, ut cum dicimus,  
cedere suo jure alicui, sed est dare locum et in se ad-  
mittere. non multo aliter Paulus Apostolus, δότε τόπου  
τῇ ὄργῃ. quod interpretatur Chrysostomus, συγχώρησον  
τῷ Θεῷ ἐπεξελθεῖν. Proximus versus aliud praeceptum  
continet, Καὶ τὰ στόματα γίνωσκε τῶν κειλημένων. malim  
στόματα. sic semper alii poetae, et ita necesse hoc praec-  
ceptum optimus magister simili hoc illustrat,

"Ωσπερ γὰρ εἰς τάμπορια τῆς τέχνης πέρας  
τοῦτ' ἔστιν, εὖ προσδράμης πρὸς τὸ στόμα.

Hoc ait quemadmodum ei qui nundinas petiturus est, illud ante omnia fuerit conducibile, scire quid libenter empturi sint ii ad quos merces delaturus est: ita in arte ganeae praecipuum est, ut cibi congruant cum palato convivarum. appellat πέρας artis quam ἡγεμονίαν dixit Diphilus in simili sententia. nam apud illum de sua arte loquens coquus.

"Ηγεμονία τις αὐτῆς, ἔστιν, ὡς πάτερ,  
τὸ τῶν ἐδομένων τὰ στόματα πρειδέναι.

Versu 19. τὸ θῦμα βοῦς, inquit coquus, hoc est, victima quae propter solemnitatem nuptiarum mactatur, bos est: quare cibi parandi sunt quales possunt ex eo carnium genere parari optimi. θῦμα idem atque ἱερεῖον: quam vocem exposuimus libro i. cap. 11. Sequentे versu, 'Ο διδοὺς ἐπιφανῆς. ὁ λαμβάνων, de patre sponsae loquitur, et sponso. ὁ διδοὺς, is qui filiam suam nuptum collocat: ὁ λαμβάνων, sponsus qui uxorem dicit, 21. Τούτων γυναικες ἱέρειαι τῇ θεᾷ. Hujus solennitatis pars potior foeminae sunt: quare probi coqui officium est, illa potissimum parare, quae foeminis plurimum solent esse grata. Sed quae illa dea est quae hoc versu nominatur? Praeterea versus proximus hypermeter est, Θεοί, κορύβαντες, αὐλοί, παννυχίδες, ἀναστροφή. Ne multa, scribendum censemus.

Τούτων γυναικες ἱέρειαι. τοὶ θεοὶ

· κορύβαντες, αὐλοί. παννυχίδες. ἀναστροφή.

Sequitur, Ἰππόδρομος οὗτός ἔστι σοι μαγειρικῆς. Venustra translatio. Plautus milite, Jam est ante aedes circus ubi sunt ludicandi mihi. Subjicitur et alia ejusdem poetae μαγειρικὴ ῥῆσις. in cuius quarto versu, ὁ βαθὺς τῇ Φύσει Στρατηγὸς ἔστηκεν, καὶ τὸ πρᾶγμα ἐδέξατο: pro βαθὺς emendarunt εὐθὺς, qui ignorabant Graecis et Latinis usitatam locutionem, quam ad Suetonii Vitel-

lium exponebamus. at pro ἔστης, postulat lex metri potius ἔστη. vel sine copula, ἔστηνεν, τὸ πρᾶγμα' ἐδέξατο. alti animi dux stabit, et molem belli sustinebit: Fame-  
p. 653. licum et eum cui longa est coenæ expectatio pulchre describit Posidippus cum ait, Τηρῶν πότι ἐπὶ τὰς χεῖρας οἴσει τις: expectans quando afferetur lavandis manibus. eam aquam Graeci vocant ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας. Notanda etiam et etiam vox rara, et alibi quod sciam, non lecta, ρανεία, pro re vili et abjecta. νόει, inquit, ὄχλου τοιούτου ρανείαν ἡθροισμένην. cogita talis turbæ farriginem convenisse. sed nos de eo vocabulo amplius cogitemus. sermo Gallicus Graecam vocem si modo legitima est, integrum retinuit *ravaille*. Euphron mox in simili sententia συρφετὸν pro eo dixit. Posidippum excipit Euphron: ex cuius Synephebis assertur similis superioribus ῥῆσις μαγειρική. Sic autem incipit, "Οταν ἐρανισταῖς Καρίων διακονῆς Οὐκ ἔστι παίζειν, οὐδὲ ἀ μεμάθηνας ποιεῖν. Coenæ discipulum alloquitur, et praecepta ei dictat. cum pauperibus, ait, operam locaveris, cuiusmodi qui ex symbolis una sunt, non licet ludere, neque ea facere quae soles. Honeste vocat παίζειν surta committere, ut fieri solitum a famulis coquorum, sed melius Gallice vertas τὸ παίζειν, il ne s'y faut pas jouér. q. d. ferio in te animadvertis, si quid surto abstuleris. Tum autem adjicit, hunc pridie ob surta tentaverat, valde periclitatum: sed locus est maculosus. nam ita scribitur, 'Ἐχθὲς οὐκινδύνευνας, οὐδεὶς εἰχέ σοι Κωβιός. ὅλως γὰρ ἡπαρ, ἀλλ' ἡσαν οενοί. Doctus interpres violentia iter sibi patefecit, ut ad sententiam perveniret quam putabat esse veram. Illa vero sententia tam est falsa quam inepta. Is igitur pro ἡπαρ scribit παρῆσαν, securus ut fere ubique de versu. Quid nos? utemur nempe ingenio, et ea quam tantopere miramur semper lenitate. Apex unus mutandus non est: sed interpunctio solum corrigenda.

'Ἐχθὲς οὐκινδύνευνας. οὐδεὶς εἰχέ σοι  
κωβιός ὅλως γὰρ ἡπαρ. ἀλλ' ἡσαν οενοί.'

*Heri in magno periculo versatus es. gobionum enim qui tibi traditi fuerant ad coquendum, nullus habuit jecur: sed omnes inventi sunt vacui. Coniunctio γὰρ transposita in alienum locum, ut saepe. octavo versu, μισθὸν διδόντας ὅσου ἀν αἰτήσαις ἀπλῶς Εἶναι δίναιον. potest ferri haec lectio utcumque. malim tamen, διδόντος si mercedem persolverit qui te locavit, esto justus. οὐ*

δὲ νῦν βαδίζομεν Εἰς τοὺς γάμους, ἀνδροφόγον. apud illum vero qui hodie opera nostra est usurus ad curandas nuptiales epulas, nullum fraudis genus est praetermittendum. quo sensu hic accipiatur vox ἀνδροφόρος dictum jam libr. 6. cap. 9. In fine dictum elegantissime, ὡς δὲ ναι γλισχρὸν βλέπει. viden' ut parcum cernit. hoc est, deparci et sordide avari vultum prae se fert.

## CAPUT SEXTUM.

Πέπραται τὸ πρᾶγμα. Sicon et Aeolosicon. κόπτειν et κατακόπτειν. Ἡφαίστου κύνει. ἄττειν. Θρίον. Chariades vel Charinades. Ζωμὸς μέλας. λαμβάνειν. Nautarum sacrificia ex voto. πέμπτην ἡμέραν pro περὶ πέμπτην ἡμ. Unde fieret olim ut victimae sine corde aut sine jecore aut renibus invenirentur. alia multa.

NULLUS ferme fuit Graecus poeta novae comoediae,<sup>p. 654.</sup> qui communem locum de cocorum arrogantia non attigisset. Inde illa tam multa quae tot locis in eam sententiam recitantur ab eruditis convivis hisce, sicut libro sexto observabamus, capite 11. Ac de aliis quidem alibi. nunc autem sequitur ex Sosipatri (vel fortasse Sopatri) Catapseudomeno, prolixa coqui oratio jactantiae et vanitatis plena in qua nonnulla sunt digna quae nos advertant. Initio postquam dixit artem μαγειρικὴν, magnam iritem esse et magni faciendam: addit, Ἄλλὰ πέπαυται τὸ πρᾶγμα, ναι πάντες σχεδὸν Εἶναι μάγειροι Φασιν, οὐθὲν εἰδότες. [Vitium in priore versu metri modulus urgit. Suspicor glossam irreplisse in locum vocis legimiae: quum esset prius, Ἄλλ' οὐχεται τὸ πρᾶγμα.] Restituendus nobis ex conjectura hic locus versu 10. — Τρεῖς ἡμεῖς ἐσμὲν "Ετι λοιποὶ Βοϊδῶν ναι Χαριάδης. scribo, — τρεῖς ἡμεῖς μόνοι ἐσμὲν εἴτι λοιποί. In 13. nalim abesse interrogationis notam post ἔγώ. et vertam. Ego vero hoc ajo. respondet illis, τι φής; In 14. sicon, proprium est viri nomen: quod qui censem mutandum in Sicyon, errant. inde est Aeolosicon Aristophanis fabulae titulus: de Siconis cuiusdam levitate et

stultitia: quod et Adrianus Turnebus ad huc locum notaverat. Mutilus est versus 15. Ἐδίδασκεν ἡμᾶς πρῶτον ἀστρολογεῖν. expleveris si addas a fine, ηλῶς, aut tale quid. 20. Ἀρε σύ με νόπτειν οἶος εἰ γε φίλτατε. melius ἄρα. ergo tu me loquacitate obtundere paras. qui accingunt se ad faciendum aliquid, Graecis dicuntur οἵοι εἴραι ποιεῖν. Dalecamp. νόπτειν usu tritissimum hac notione, ut libro 7. ἢ λέγων Φαίνου τι μοι Καινὸν παράτοὺς ἔμπροσθεν, ἢ μὴ νόπτε με. mutat in νρύπτειν fallaci et absurdia conjectura. Item interpres in simili dissertatione coqui alius ex Anthippo comico, postea hoc libro descripta, κατανόπτειν obtundere vertit isto versu, Ἐμὲ κατανόψεις, οὐχ ὁ θύειν μέλλομεν. sed melius ibi vertisset, enecabis propter sequentia verba. jocatur enim poeta in ambigua significatione τοῦ κατανόπτειν: quam Latine non minore elegantia expresseris, si vertas, *Tu quidem me enecabis, non victimam quae parata est.* at in isto Alexidis qui sequitur non longe, Μὴ νόπτε μ' ἀλλὰ τὰ ιρέα. παῖδες παράγετε. aliter interpretandum ut cap. 8. dicetur. Faciunt mihi negotium hi duo versus. Ego, inquit iste artis suae encomiasta, dum puer venit e foro.

Μηρὰ διακινήσω σε περὶ τοῦ πράγματος,  
ἢ τῷ λαλεῖν λάβωμεν εὔκαιρον χρόνου.

Non est obscurum ex superioribus, quam sententiam ἡ ἀκολουθίᾳ τοῦ λόγου postulet: sed διακινεῖν τινὰ pro sermonem habere cum aliquo, quale est loquendi genus. praeterea non ἵνα λάβωμεν, verum ἐπεὶ ἐλάβομεν videatur suisse dicendum. 24. scribe, "Απολλον ὡς ἐργάδες! ἄκουσον ὡς γαθέ. In 39. scribendum, τούπτανιον, non τούπτανεῖον. et λαβεῖν in proximo non λαμβάνειν. In 44. Τί οὖν ἔτι σοι δίειμι τὰ στρατηγικὰ" Εχειν γε τὸν p. 655. μάγειρον non τοιοῦτον ἔτι σοι δ'. Lacunam sequentium verborum, ἡ τάξις . . . . Σοφὸν μὲν ἀπανταχοῦ ἐστὶ οὐ πάσῃ τέχνῃ: explemus inserta voce σαφῶς, non minus vere, opinor, quam apte. ἡ τάξις σαφῶς Σοφὸν μὲν ἀπ. Ultima verba ita scribe, — σὺ δῆτα παραδέξας ἐμοὶ Τὰ δέοντ' ἀπελθὼν, αὐτὸς ησυχίαν ἀγε. qui cocum in foro conduxerat, vexatus ab eo longis sermonibus, quibus suae artis mysteria illi pandebat, belle se nunc ulciscitur: negans opus sibi esse amplius coqui opera, posteaquam tam bene fuerit in ea arte institutus: quare eum jubet facessere et alia curare. Insequens Alexidis ecloga tota est plana, usque ad illa sub finem,

Εἰς τοὺς σοφιστὰς τὸν μάγειρον ἐγγράφω.  
 ἔστηκας' ὑμεῖς, καέται δέ μοι τὸ πῦρ  
 ἥδη· πυκνοὶ δ' ἀπτουσιν Ἡφαίστου κύνες  
 οὐφως πρὸς αἴθραν, οἶσθ' ὁ γίνεσθαι θ' ἄμα.  
 καὶ τὴν τελευτὴν τοῦ βίου συνῆψε τις  
 μόνοις ἀνάγκης θεσμὸς οὐχ ὄρώμενος.

*Vulcani canes* eleganter appellat e crepitante ligno volantes hoc illuc scintillas. Eubulus in Orthana; ut narratur lib. tertio et lib. 6. 'Ριπὶς δ' ἐγείρει Φύλακας Ἡφαίστου κύνας. Pro ἀπτουσι videtur scribendum ἀττουσι propter sequentia verba, οὐφως πρὸς αἴθραν. Si legamus ἀπτουσι, canes Vulcani erunt coqui discipuli. quod optime cum superioribus conveniet: nam quantum suspicari licet, quinque postremi versus continent ἐπεξεργασίαν ejus quod praecedente dixerat, coquos et sophistas in eadem lance ponendos esse. Probat hoc duabus argumentis, nam et coqui et sophistae discipulos habent quibus imperent, qui que sibi sint obsequentes: et utrisque eorum illud proprium, ut prae timiditate atque ignavia a morte violenta nihil metnendum habeant. Prius argumentum elicetur ex hac lectione antepenultimi versus, quam excogitavimus, Κοῦφοι πρὸς αἴθρο', ἄμα εἰπα, γίγνεται θ' ἄμα. Familiare Graecis proverbium, ἄμα ἔπος, ἄμα ἔργον. Posteriore rationem eliciebamus ex sequentibus duobus versibus. Ait auctor δικαστὰς γὰρ ὑμᾶς οὐκ ὄννήσαιμ' ἀν ηλεῖν, ἀναμένων τὴν ὑμετέραν τῶν αἰσθητηρίων ιρίσιν. memineris qui haec legis, sub persona coqui ista dici: nam si accipias ut ab auctore dictum, res est inepta, de literis enim non judicamus per sensus, et si non sine sensibus. Hoc moneo, quia Dalecamp. aliter accipiens male mox interpretatur ista, οὐδενὸς ἐμνήσθη τοιούτου ὡν ἐγώ πολλάκις ὑμῖν τυγχάνω παρασκευάζων. quae similiter ut a coquo profecta capi debent, et verti: nullius talis paratus ciborum Euphron meminit, quales ego saepe vobis paro. Percurramus nunc ipsa Euphronis verba, πολὺ νεώτερος versu quarto. omnium meorum discipulorum natu longe minimus. Scribe quintum versum, "Αγις Ρόδιος ὥπτην ιχθῦν μόνος ἀκρως. Νηρεὺς δ' οἱ Χ. Versu sexto, "Οριον τὸ λευκὸν, οὐξ Ἀθηνῶν Χαριάδης. Posterius hemisticchium emendabat Dalecamp. τὸ δὲ ξενθὸν Χαριάδης. sane quam ἀστόχως: nam macula hujus versus in prima voce conspicitur, οριον enim perperam legitur pro θρίον. edulii genus apud Graecos fuit τὸ θρίον. parabatur va- p. 656.

riis modis, ut docemur ab Hesychio atque aliis. ideo additur λευκὸν, ad distinctionem plurium modorum, quibus thria conficiebant. *Chariades* Atheniensis fuit, etiam alibi nominatus in hoc libro [ut capite sequente,] sed *Charinades* fortasse melius. Aristophanes, Χαρινάδην τὶς βωσάτω. Etiam caeteri qui hic nominantur, *Lamprias*, *Aphthonetus*, *Euthynus*, et alii Athenienses fuissent, aut artem suam in ea urbe exercuisse existimo. Nugatur enim hic cocus, juris nigri inventum Lampriae tribuens, Ζωμὸς μέλας ἐγένετο πρώτῳ Λαμπρῷ, cum Lacedaemonios ab antiquissimis temporibus eo usos constet. aut ita accipe hunc versum: excelluisse Lampriam in parando eo juscule, et primas tulisse. Cum ait, Ἀλλᾶντας Ἀφθόνητος, Εὔθυνος Φανῆν, sic accipe, Aphthonetus allantes (εὖρε supple, *invenit*:) *Euthynus lentem*, hoc est, rationem parandae lentis quam optime. Errant qui aliter accipiunt versum hunc, et suis emendationibus illum depravant. Addit, Ἀπὸ συμβολῶν συνάγουσιν Ἀριστίων πόρους. hic quoque supplendum ἔξωθεν verbum εὗρε. *iis qui volunt ex symbolis una esse, inveni Aristion rationes compendiarias.* superioribus aliquot locis testatus est Athenaeus, convivia e collatis symbolis fuissent λιτὰ et frugi. in his igitur oportuit cocos invenire πόρους: hoc est varias rationes conficiendi cibos diversos ex eadem materia. Ita interpretamur πόρους hoc loco. quid sit συνάγειν, quid συμβολαὶ, superiore libro et saepe alibi dictum. Interpretes hic οὐδὲν ὑγιές. Postquam autem priorum inventa praedicavit hic sapiens: ego vero, ait, caeteris artis nostrae partibus occupatis, inveni τὸ οὐλέπτειν πρῶτον, ὥστε μηδένα Μισεῖν με διὰ τοῦτ' ἀλλὰ πάντας λαμβάνειν: furta facere, adeo succensente nemine, ut contra omnes opera mea uti praeoptent. λαμβάνειν est, *conducere ad opus faciendum*, et ut veteres loquebantur, *emere*. peccata aliorum piget persequi. 17. Πέμπτην ἔθνον ἡμέραν οἱ Τήνιοι. Tenii quidam nautae cum vix quinto die Athenas appulerint diis vota reddunt, defuncti periculosa navigatione. De hoc more diximus ad librum septimum. Ita autem necessario exponimus πέμπτην ἡμέραν θύειν. *Tenus* Cycladum una est, non ita longo intervallo Athenis distans, ut quinque dierum esset navigatio: sed isti tempestatem passi videntur. Quid si compendio sermonis dictum putemus, pro πέμπτην ἄγομεν ἡμέραν ἐξ οὗ ἔθνον οἱ Τήνιοι, vel πέμπτην ἡμέραν pro περὶ πέμπτην ἡμέραν,

quinto abhinc die. sic fere paulo post τὸν ὥρθρον, pro περὶ τὸν ὥρθρον. Porro qui ex hac causa sacra faciebant, quam minimo poterant sumptu pietatis officio defungebantur. Diphilus de naufrago vota solvente, Ἀφῆκα τὸν τοιοῦτον· οὐδὲν ἡδέος· Ποιεῖ γὰρ οὗτος· αλλ' ὅσου νόμου χάριν. Propterea subjicitur hoc loco, nautas Tenuios mactasse hoedum parvum et λεπτόν. macilentum et exsuccum. nulla potest causa afferri cur λευκὸν pro λεπτὸν emendari voluerint viri docti. Sed hunc locum ita scribe,

Λεπτὸν ἐρίφον καὶ μικρόν. οὐκ ἦν ἐκφορά  
τότε τῶν ορεῶν σοὶ οὐδὲ τῷ διδασκάλῳ.

p. 657.

monstrum est, non Graeca vox, τό τε λευκορέων, quod omnibus hactenus placitum. cum erat magna ciborum copia, facile erat coquis suffurari aliquid. Hic famulum suum laudat, quod etiam in eo sacrificio ubi praeter hoedum nihil dabatur parandum, ingeniosa fuit sit primus omnium commentus. Ita verte. *nihil tum poterat carnium auferri furto, neque tibi, neque etiam mihi, qui tuus sum praeceptor*: sequitur, Ἐτέρους πορσασθαι δύ' ἐρίφους ἡνάγκαστας. tu vero, ait, subtilibus commentis tuis ut alteros duos hoedos pararent, vel invitatos adegisti. Interpres ἡνάγκαστα. contra poetae mentem planissime. nam hujus inventi palma ad discipulum pertinet, non ad magistrum qui loquitur. Sed videamus quae sequuntur: Τὸ γὰρ ἡπαρ αὐτῶν πολλάκις σκοπούμενον, Καθεὶς οάτω τὴν χεῖρα, etc. Stratagemata famuli exponit; quibus ille usus efficerat, ut miseri nautae pro hoedo uno tres mactarent. Hic vero interpretum me miseret. Res ita habet: Mactato primo hoedo, dum curiosius ex perpetuo ritu, jecur spectant nautae, nebulo iste manum ulterius promovet, renem magna audacia aufert, jacetque in propinquam foveam: quem ubi animadversum est desicere, tumultuari nautae et sibi timere, quibus hoc portentum esset oblatum. Quando igitur non litarant hac prima victima, succidaneam praecidaneae substituunt. sed hoc quoque frustra: nam et haec sine corde reperitur, fraude simili ejusdem hominis sacerriini. Ita opus est tertio hoedo. Narrationis haec summa. Atque ex his discimus qui factum sit olim, ut toties hostiae parte aliqua intestinorum defectae reperirentur: cuius rei testis tot locis Graeca et Latina historia Ego non dubito popas et victimarios sui compendii causa saepe iis artibus usos quas coqui

frequentabant, ut docet hoc loco poeta. Versum hunc ita scribe, Τὸ γὰρ ἥπαρ αὐτῶν πολλάκις σκοπουμένων. nisi malis, αὐτὸς πολλάκις σκοπούμενος. res eodem redit. Ait, οὐκ εἶχε νεφρὸν, Ἐλεγον. ἔκυπτον οἱ παρόντες ἀποβολῆ. dixerunt omnes, non habuit haec hostia renem: tum qui aderant caput demiserunt propter hanc jacturam. Sine causa emendant ἐλεγεῖς. iidem absurdissime versu 30. scribunt, ἐγὼ μόνος εὑρημα τέχιην: cum et sententia et metrum postulent quod editur σὺ μόνος εὑρημα τέχνην. pari errore in 33. ἐτερέτιζον scribunt pro ἐτερέτιζες. Eo loco ludit venuste poeta in voce χορδὴ, quae et intestinorum partem significat, quibus vescimur, et fidem lyrae. Narrat magister de suo discipulo, fecisse illum χορδῆς furtum: et postea cato aliquo vaframento, quod equidem non satis capio, adstantium animos alibi occupasse, ut sibi daretur χορδῆς devoranda facultas. Lego donec aliquid melius docear,

Χορδῆς δ' ὁ βελτικον δι' ἡμέρας ζητουμένου  
ἰχθῦς δι' ὥμους εἰς τὸ πῦρ ἀπέσβεσας.

sequitur jocus de quo diximus, Καὶ πρὸς τὸ δίχορδον ἐτερέτιζες. atque interea strepebas ad dichordum instrumentum. sensum jam expressimus.

*Platonis Lacones. περίκομμα. λαφυροπόλης. Co-roebus olympionica. ἀναδήσασθαι τὸν ἄγῶνα, vel νίκην. πηγὸς, pro albo. λευκὸς λόγος, perspicuus et clarus. ἀνθρωπίνως λαλεῖν, humane loqui. illustrata multa et emendata.*

ΣΩΦΡΩΝ δ' ἐν Γυναικείοις. *mimis* nempe. quoties jam facta mentio μίμων γυναικείων et μίμων ἀνδρείων Sophronis? Περίφερε κύκλῳ τὸν σκύφον μεστόν. Sic edidimus hunc Sophronis ex Italicis exemplaribus: quorum fere secuti sumus fidem, cum nuperam editionem adornaremus. Veteres editiones ita habuerunt, περίφερε τοίνοις μεστὸν τὸν σκύφον. quam scripturam inventam a nobis etiam in Huraldino MS. neutiquam esse aspernandam, jure nunc censemus. Lego igitur, Περίφερε Κοικόα (vel Καικόα) μ. τ. σι. *Coecoa*, sive *Caecoa*,

mulieris nomen, cuius non semel in eo opere fecerat Sophron mentionem. Athen. sub finem libri hujus, Καὶ Σώφρων ἐν Γυναικεῖοις, Τάλαινα Καικόα, πατὰ χειρὸς δοῦσα ἀπόδος πόθ' ἡμῖν τὴν τράπεζαν. Καὶ Πλάτων δ' ἐν Λάκωσιν. Observo dubitasse veteres cuius esset hoc drama. Harpocration, ἐνωμέδει Σθένελον ὁ τοὺς Πλάτωνος Λάκωνας γράψας, ὡς τ' ἀλλότρια ἐπισθετερίζομενον. οἰνογευστεῖ, περιπατεῖ ἐν τοῖς στεφάνοις. Fuere qui scriberent, οἰνογευστεῖ. Si quid mutandum, probarem, Ἀντιφάνης ἐν Διδύμοις, ἀγευστεῖ περιπατεῖ ἐν τ. στ. nam ex fine praecedentis vocis videntur temere aliquot literae repetitae. Περὶ ἡμιόπτου καὶ ἡμιέφθου καὶ ἀσφάντου γεμιστοῦ χοροῦ. Ut libro septimo singulorum piscium nomina, et lib. 11. poculorum: sic haec verba tanquam inscriptio capitis, sequenti narrationi praescribuntur. dubitet aliquis an sint Athenaei: puto tamen esse. εἴκασα καὶ τ' ἄλλο μέρος ἡψῆσθαι. non male qui legunt εἴκασα. Τὰ πρέα ποιήσας ταῦτα καὶ ζέσας σφόδρα. Nullus sensus ex primis verbis potest elici ita scriptis: emendemus igitur, et scribamus Τακερὰ ποιήσας ταῦτα. posterior versus pars priorem explicat. Nam ζέσας valet hic, faciens feruere.. τακερὰ autem fiunt carnes coctura diuturna. Sensus est, ut fallas eos qui numerata carnium frusta tibi tradiderunt, fac tamdiu coquantur donec dissolvantur. ita enim numerus iniri nullo modo poterit. ιχθὺς ἀδρὸς πάρεστι ταυτός. ἔστι σός. an et hic legi potest, τακερός ἔστι σός. si eum vehementer coquas, tuus est: non quidem totus, sed pars illius. Ideo adjicit, quasi explicans se, καὶ τέμαχος ἐκκλήνης τι. frustum saltē aliquod ejus avertes. Περιόμιατος δὲ τάξιν. ἡ θέσιν Φέρει. edulii facti e parvis carnium frustis nomen est περίομμα. Latinorum *minutal*, res non admodum diversa. Hic vero pericommatis loco esse dicuntur particulae e singulis cibis decerptae et furto ablatae. Εἰς αὔριόν σε καὶ μὲ ταῦτ' εὐφρανα. Lege, εἰς αὔριέν σε καὶ μὲ ταῦτα γ' εὐ-. p. 659. φραναν. Τῷ λαφυροπάλῃ παντάπασιν μεταδίδου appellat autem λαφυροπάλην, janitorem foribus appositum, ut exeentes coquos et alios suspectae fidei, excuteret. Potest legi et εὐφρανεῖ. vel τούτοις εὐφρανα. οἱ δ' ἡμέτεροι οὗτοι ἄμα ἵσως ταῦτα ἐκμανθάνοντες. Videtur corruptum aliquid. Fortasse scribendum οἱ δ' ἡμέτεροι οὗτοι μάγειροι ταῦτα ἐκμ. Mox autem pro, ἡ ἐπιμετρίους ἐμαυτὸν ἐγὼ οὐ μεγαλαυχούμενος ἐπ' ἐμαυτῷ,

scribendum paret, ἢ ἐπὶ μετρίοις ἐμαυτὸν ἔγω μεγαλαυχούμενος ἐπαινῶ; an illa sunt mediocria propter quae elato spiritu me ipsum laudo? ὁ πρῶτος τῶν τὸν Ὀλυμπιάσιν ἀγῶνα ἀναδησαμένων Κόροιβος ὁ Ἡλεῖος. Pausanias Eliacorum libro priore, ἐξ οὗ γὰρ τὸ συνεχὲς ταῖς μνήμαις ἐστὶ, δρόμου μὲν ἀθλη ἐτέθη πρῶτον, ναὶ Ἡλεῖος Κόροιβος ἐνίκα. testatur idem et in Arcadicis. Interpreti multum debet hic Coroebus, qui de coquo et cursore poetam eum facit. Sed eo misso vertamus, primus eorum qui ex Olympiaco certamine coronati sunt, vicit Coroebus Eleus. ἀναδῆσασθαι ἀγῶνα, pulcherrimum dicendi genus, de eo qui Iudis fuerit coronatus. Sic dicunt Graeci ἀναδεῖσθαι νίκην. Zosimus libro primo, Ταῦτα δὲ διαθείς τὸν εἰρημένον μοι τρόπον, ναὶ νατὰ Βαρβάρων ἀνεδῆσατο νίκας, δύο πολέμους ἀγωνισάμενος. Contra, qui aliqua ignominia fuerit affectus, dicitur is αἰσχος ἀναδῆσθαι. Procopius, αἰσχος ἀναδουμένην οὕτω μέγα πρὸς πάντων ἀνθρώπων. Quamobrem frustra sunt eruditissimi viri, qui Euathlum emendant scribentem, ὅτι δὲ ναὶ τὰ ἐν τῷ ναταλόγῳ μνημονευθέντα Ὀλύμπια οὐκ ἀστι μεγάλους τινὰς εἶχεν ἀγωνιζομένους, δηλοῖ ὁ πρῶτος τὸν Ὀλυμπιάσιν ἀναδησάμενος ἀγῶνα Κόροιβος ὁ Ἡλεῖος. οὐ μεγάλης τέχνης ἀνθρωπος ὡν, ἀλλὰ μάγειρος, ὡς ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου κεῖται. ipsa sunt, ut vides, Athenaei verba. Σφόδρ' ἀγανάκτησ' ὥσπερ ἥδικημένος. Scribo, ἥγανάκτησ' ὥσπ. pro ἥγανάκτησεν. ille vero indignari cepit, et suam injuriam interpretari, quod nullum vocasset ad coenam daetymonem. Male acceperunt pro ἥγανάκτησα. nec recte distinxerunt. Οὐδέτερον αὐτῶν. προβάτιον δ' οὐκοῦν ἔφη. Et haec, et quae sequuntur perverse scripta. Lego,

α. Οὐδέτερον αὐτῶν, προβάτιον δ'. β. οὐκοῦν, ἔφη,  
ἔστιν τὰ μῆλα πρόβατ'; α. ἔφην, οὐ μανθάνω  
ἔγωγε τούτων οὐδὲν οὐδὲ βούλομαι.

ἄγροικός είμι. ὥσθ' ἀπλῶς μοι διαλέγου,

β. "Ομηρον οὐκ οἴδας λέγοντα μῆλα σύ;

α. Ἐξῆν ὁ βούλετ' ὡς μάγειρ' αὐτῷ λέγειν.

multa hic fecimus meliora. itaque omnia jam ita plana, ut vel mediocriter versati in literis interpretari non sint desideraturi. penultiimi versus sententiam ita excerpit Breviatur, Οὐκοῦν τὰ μῆλα πρόβατα "Ομηρον οὐκ οἴσθα λέγοντα; quod nostram emendationem stabilit. Πηγὸς πάρεστι; πηγός; οὐχὶ λεπάς εἰ. Invenimus hanc lectionem οὐχὶ λευκὸς εἰ; sane venustam et acutam. nam

quia πηγός exponitur apud poetam μέλας: videtur ita accepisse ea notionem qui quaerentem coquum audiverat an aliquis adesset πηγός. quare ut ad eam interrogationem respondens, πηγός; ait: οὐχὶ λευκός; nigrum quaeris p. 660. aliquem? num tu vero albus es? Hic sensus est hujus lectionis: quam equidem ambabus, quod ajunt, manibus amplecterer, nisi impedirent sequentia. sed ea scriptura admissa, quid fiet sequente voce ἐρεῖς? praeterea in antiquis membranis locus similiter scriptus ut in editis: quare earum auctoritate nobis commendare se ea lectio non potest. Excerptorum auctor quae videbat, maculosa tangere noluit. Conjicimus scribendum esse,

Πηγὸς πάρεστι; πηγός; οὐχὶ λευκά συ

ἐρεῖς, σαφέστερον Φ' ὁ βούλει μοι λέγειν;

minus vulgo nota significatio vocis λευκὸν quando orationi tribuitur perspicuae et clarae, fecit ut corrumperetur ab imperitis hic locus. atqui οὐχὶ λευκὰ ἐρεῖς elegantissime dictum, pro, non tu ea dices quae possint intelligi? Eusebius Προπαρασκευῆς libro 11. οὐ τοῦτό γε λευκότερον διασαφήσας ἐν τῷ Φάναι, μηδὲν ἄλλο εἶναι τὸ ὅν, ἢ τὸ οὐ σαρκὸς ὄφθαλμοῖς ὀρώμενον, νῷ δὲ οὐταλαμβανόμενον. ibidem τὴν δὲ διὰ τοῦ δόγματος διάνοιαν οὐ Φίλων ὁ Ἐβραῖος λευκότερον ἐρμηνεύων, τόνδε παρστησι τὸν τρόπον. Sic lib. 15. λευκοῖς τοῖς ἐλέγχοις ἀπεγύμνωσα. sic et alii auctores. [et διαλευκάνειν pro interpretari. Nicephorus Gregoras libro 3. τὰ τῶν Φύραθεν οὐτι ημετέρων βιβλίων αἰνιγματώδη οὐτι γρ/Φα διαλευκάνων, οὐτι τὴν ἐκείνων υὔκτα πρὸς ημέραν μεθαρμοζόμενος.] Μίστυλλα, μοίρας, δίπτυχ', ὁβελούς.

Voces Homeri sunt: quibus facit poeta istum uti ad ostentationem eruditioonis. Sic legendum μύστιλλε, et metri causa, et Homeri: cuius est versus quem respicit, vel ex Martiale omnibus notis, μίστυλλόν τ' ἄρα τ' ἄλλα. μιστυλλᾶσθαι Atticorum, hic non habet locum. μοῖραν Homero, quae aliis μερίδες etiam δίπτυχα Homericum vocabulum, ex his illius exponendum, οὐτα δὲ οὐσιη ἐκάλυψαν Δίπτυχα ποιήσαντες. indidem est ὁβελός. nam ait poeta, οὐτι ἀμφ' ὁβελοῖσιν ἔπειραν. Atque haec sunt illa verba ἀ οὐδεὶς ἤκουσεν ἀν, inquit hic paterfamilias. id est, quae nemo possit intelligere: sic malo quam ut alii, inaudita: propter particulam ἀν. ἀνούσιν pro intelligere saepe invenies. Τῶν τοῦ Φιλήτα λαμβάνοντα βιβλίων. Malo et praefstat, τὸ τοῦ Φιλήτα λαμβάνοντα βιβλίον. Glossas Philetæ in-

telligit, quas ille versibus scripserat, ut alibi diximus. Ἀνθρωπίνως λαλεῖν τε. Arbiter in Satyrico, *Roga inquam quid tibi vis cum isto morbo? Non minus quam duabus horis mecum moraris, et saepius poetice quam humane locutus es: prorsus convenienter huic loco.* [Aristophanes Raniς ἀνθρωπειώς λαλεῖν, opposuit τῷ μεγαλορόήμονεῖν, et ea loqui, quae mirentur qui audiunt potius quam intelligent.] Sic apud Hieronymum accipe *humanum sonum*, cum in Apologia adversus Rusinum Φράσιν hanc illius exagitans, *quae mihi ad suspicionem veniebant, ita loquitur: compeditam putes linguam ejus, et inextricabilibus modis ligatam, vix in humanum sonum erumpere.* [Ausonius in epistola ad Symmachum *Persuasisti mihi quod epistolae p. 661. meae concinnatio inhumana non esset*] Galen. in libello εἰ πάτα Φύσιν αἴνων ἐν ἀρτηρίαις περιέχηται, disputans adversus Erasistrateos, ταῦτα τινὲς αὐτῶν μόγις αἰδεσθέντες ὥσπερ εὖ ὑπνου βαθέος ἐγερθέντες, οὐκέτ' ἀγροίνως τε καὶ ἀγρίως, ἀλλ' ἡδη λογικῶς τε καὶ ἀνθρωπίνως ἐπιστραφέντες ἐπεχείρουν διαλέγεσθαι. Libro autem secundo, Περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν, studium suum pure loquendi et intelligibiliter, appellat προχίρεσιν μετριον καὶ φιλάνθρωπον. At in illa mirabili D. Pauli ad Romanos epistola, ἀνθρώπινον λέγειν, B. Chrysostom. interpretatur, ἀπὸ ἀνθρωπίνων λογισμῶν, ἀπὸ τῶν ἐν συνηθείᾳ γινομένων. τὸ γὰρ σύμμετρον τῇ προσηγορίᾳ τοῦ ἀνθρωπίνου δῆλοι.

## CAPUT OCTAVUM.

Οἰνέα Πηλέα ποιεῖν. Commentum artis μαχειρικῆς.  
κρεάδια δροσώδη τὴν σχέσιν tenera rori assimilata: jecur anseris. Eubuli Stephanopolides.  
Anticlidis Nostri. ἀγαβράττειν et ἀνάβραστα  
κρέα. Testiculi in cibum. iidem dicti νεφροί  
et παραστάται. Oxyliparum. ἀκρολίπαρος.  
ὑπόξυλος et κατάχρυσος. Metagenis Aurae.  
Platonis Pisander. Menandri Carthaginenses.  
Ἄπολλον. alia nonnulla.

ΕΠΙΤΙΜΩΝΤΕΣ δέ τινι Φασίν, Μὴ δεῖν τὸν Οἰνέα  
Πηλέα ποιεῖν. Eustathius ita interpretatur: Oeneus et  
Peleus personae heroicae positae sunt pro οῖνος et πηλὸς,

unde ortae videntur. Reprehenditur autem his verbis pincerna, qui vinum in cyathum sic fundit, ut effundat. Vinum humi cadens fit *πηλὸς lutum*, scimus etiam *πηλὸν* dictum veteribus suisse vinum: ut ego arbitror non merum et sincerum, sed mixtum aut man-gonizatum: inde *κάπηλος* qui tale vinum vendit. quare possumus etiam sic exponere, non oportet *οἰνέα* facere *πηλέα*, id est, *bonum vinum malum facere et corrumpere*. Quis primus hoc dixerit, non nunc memini. Vetustissimum quidem dictum est cuius etiam facit mentionem, Demet. Phalerens, vel quicunque est libri ejus auctor.

*πείρᾳ τῆς τέχνης ἡς ἤγήσατο ἀπολαύσας.*  
*cum mihi experienti bene cessisset ars quam ille primus docuit.* Ars autem illa est, peritia corrigendi re-torridas et *κραυβαλέας* jam nimia coctura carnes. Id *πάθος* esse ait *ιάσιμον*: si olla in qua torrendo corruptae fuerint carnes, immittatur bene calida in pellim aceto frigido plenam. Prima Alexidis verba opem desiderant meliorum librorum. quos dum expeclamus, recta saltem interpunctione ea illustrabimus:

α. Τῇψέ μοι δοκεῖ

*πυικτόν τιν' ὄψου δελφάνιον.* β. ἥδύ γε.

α. "Επειτα προσιέκαυκε. β. μηδὲν Φροντίσῃς.

*ιάσιμον γὰρ τὸ πάθος ἐστί.* β. τῷ τρόπῳ;

Proximum versum ita scribo, "Οξος λαβὼν, εἴτ' εἰς λε-nάνην τιν' ἐγχέας. In eo qui sequitur, non concoquo τὸ ξυνεῖς, nec scio qui emendem. Postea lege, *καὶ* ζυμουμένη "Ωσπερ κίσηρις λαμβάνει διεξόδους Σομφάς. Male in 11. Τὰ πρεάδι ἔσται. scribendum, τὰ πρεάδι; p. 662. ἔσται. ut mollitem carnium indicet, non πρέα appellat, sed πρεάδια. Propterea addit, fieri illa δροσώδη τὴν σχέσιν. hoc est ut vulgo etiam loqui solemus *tenera instar roris*. Quia ros est αὐστενῆς καὶ αὐρανῆς ὄμβρος, ideo rori comparantur quae sunt tenera et mollia. Alciphron in epistola quadam, *Σχέτλια πεπόνθαμεν*. τοῖς γὰρ ἄλλοις οὐδὲν παῖς μῆτραι, καὶ ἡπαρ δρόσω προσεοικός, διὰ τὴν ἐκ τῆς πιότητος λεπτότητα, παρέκειτο. ἡμῖν δὲ ἔτνος ἦν τὸ βρῶμα. Aeschylus quoque in Agamemnone δρόσους nominat teneros avium pullos. Anacreon, ἀπαλὸν δὲ καὶ δροσῶδες *Στεφέτω μέτωπον ὁ φρῦς*. Ab eadem mente ποντίαν ἔέρσαν Nemeonicarum oda septima quidam e veteribus exposuerunt, coralium quod lentet adhuc. Sed primus omnium pater elegantiarum Homerus ἔρσην, id est, rorem tenellos agniculos vocavit, in 10.

Ulyxeae, χωρὶς μὲν πρόγονοι, χωρὶς δὲ μέτασται, χωρὶς δ' αὐτὸν ἔρσαι. quasi dicat, τὰ ἔρσώδη sive δροσώδη πρόβατα. Theophrasto etiam dicitur veris aer μαλακὸς καὶ δροσώδης. *mollis ac tener.* et si aliter ibi possumus eam vocem interpretari. ἀλλ' ἀνωμαλίσι οὐταφαγών. Scripti quidam, ἀνωμαλίσει. nihil hic intelligo. Scribe Πολλῶ γ' ἀμελνων, ὡς ζοιπας, ἥσθ' ἄρα Λογ. Χοιρίδια περιφόρεινα προμβώσας ὅλα, [Haec ego non intelligo. Conjeciebam] χοιρίδια περὶ Φορίνην ἄκραν πραμβαλέα paulo ante, καὶ τῆς Φορίνης γενομένης πραμβαλέας [sed non satisfacio mihi in hac conjectura. Pro προμβώσας, quod nihil significat, Scaliger substituebat θρομβώσας. agnoſco vocem probam θρομβοῦ pro cogi in grumos, apud Nicandrum et alios. sed eget adhuc medicinae hic locus.] Δούρειον ἐπάγω χῆνα τῷ Φυσῆματι. Plinius de jecore anseris, *Fartilibus in magnam amplitudinem crescit: exemptum quoque lacte et mulso augetur.* Nota res ex poetis Latinis. Iis autem quae differuntur hoc loco de altilibus anseribus adjice quae libro decimo quarto appinguntur hic praetermissa.

σκευάζει νεοττὸν ὄπτὸν ἀπλῶς καὶ τόνδε. melius ὄπτῶν.  
αἰετὸς ἀργὴν χῆνα Φέρων. Edebatur ἄρπιν. fecimus ἀργήν. nam ἄρπις nihil ad rem. ἄρπη autem et si dicitur quibusdam ζῶον ἀετῶδες, milvo tamen propior quam aquilae: neque hic locum habet ea significatione. est vero Homeri versus Ὁδυσσ. ο. περισπούδαστα δὲ ταῦτα οὐταφανόμην. Plinius libro decimo, capite vigesimo secundo De anseribus, *Noſtri sapientiores, qui eos jecoris bonitate novere.* Εὔπολις ἐν Στεφανοπάλισι. Lego Εὐβουλος: cuius poetae Stephanopolidas sive Coronarias laudat libro decimo quinto non semel. at Eupolidis eo lemmate fabulam quis veterum nominavit? λέγειν δ' οὕτως Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς Ἀχαιοὺς, ὁ Μυρτίλος ἔφη. Deest verbum Φησί, post nomen Ἀριστοφάνης. nam vertendum, *Myrtulus tum dixit scribere Aristophanem grammaticum, πρεοκάπια-βον εſſe vocem Achivorum.* Myrtulus unus fuit e convivis. Interpres sustulit haec verba, ὁ Μυρτίλος ἔφη.

p. 663. sed bene est, quod non datum ei sine provocatione imperium. Ἀντικλείδης δ' ἐν ἐβδομηνοστῷ ὄγδῳ Νόστων. De hoc et aliis Noſtorum poetis diximus in superioribus libris. Sed cogitemus de hoc numero: nam quale id poëma fuit, quod libros contineret 78. aut etiam plures? Ἀναβράστων δὲ πρεῶν μημονεύει

**Αριστομένης Γόησιν.** Aristomenis poetae comici, cognomento Θυροποιοῦ, et fabulae illius Γόητες inscriptae, meminit non senel hic auctor. **Hic vero deest illius poetae testimonium.** Possimus Aristophanem loco Aristomenei substituere. Ait enim comicus in Ranis, Καὶ κρέα γε πρὸς τούτοισι ἀνάβραστ' εἶνοσιν Ἀνημιωβολιαῖα. vetus interpres exponit, ζεστὰ ἐψημένα, quae ferrendo cocta fuerint, in caccabo nempe. At in Acharnensibus ait idem poeta, Ἀναβράττετ', ἐξοπτᾶτε, τρέπετε, ἀφέλλετε Τὰ λαγῶα ταχέως. Athenaei sunt non Aristomenis sequentia verba, οὐαὶ ὄρχεις δὲ ἥσθιον, οὐδὲ οὐαὶ νεφροὺς ἐκάλουν. ac miror potuisse in hoc decipi viros eruditos: verum hoc ideo, quia deesse Aristomenis verba non cogitabant. Quod autem etiam testiculis vesci solerent antiqui probatur auctoritate Philippidae comici, cuius sunt verba:

"Ἐπειτ' ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ἡκ' ὄρχεις Φέρων πολλούς· τὰ μὲν οὖν γύναια τ' ἄλλ' ἡκκίζετο· ή δ' ἀνδροφόνος Γνάθαινα γελάσασα, οὐαὶ γε, Φησὶν, οἱ νεφροὶ νὴ τὴν Φίλην Δήμητρα. οὐαὶ δύ' ἀρπάσασα οὐατέπιεν· ὕστ' ὑπτίους ὑπὸ τοῦ γέλωτος οὐαταπεσεῖν.

Secundum versum deformiter immutat Dalecampius: qui est vel Crotone sanior. Verte, *Venit tandem aliquis multos afferens testiculos: ac caeterae quidem mulieres iis vesci recusabant: Gnathaena vero scelestā, ridens. Eccere, inquit, pulchri hi renes sunt: et simul duos rapuit ac devoravit etc.* Neφροὺς autem appellarunt testiculos illi quos εὐθυρρημονεῖν pudebat. Latini veteres polimenta, vulgo Graeci παραστάτας. Sequitur post paginas aliquam multas, παρῆσαν δὲ πολλάνις ημῖν οὐαὶ οἰ οὐαλούμενοι παραστάται: et sicut, εἰσὶ δ' οἱ ὄρχεις οὗτω οὐαλούμενοι. melius fecisset auctor, si haec junctim non separatim posuisset. Tertius versus tioinciae fulcendus ne claudat, 'Η δ' ἀνδροφόνος αὔτη Γνάθαινα γελ.

οἶξυλίπαρον δὲ τι ἔστι; De oxyliparo dictum aliquid libro septimo. ex nomine ipso patet natura condimenti: quod pingui constabat et aceto, aut rebus aliis acidis. Sed id vocabulum parum usu receptum fuisse indicat Ulpianus cum addit, πλὴν εἰ μὴ οὐαὶ οὐττανα οὐαὶ λέπιδιν (vel potius λεπίδιον) τὰ πάτριά μου νόμιμα βρώματα ὄνομάζειν μέλλετε. quasi dictio oxyliparum, non minus esset Graecis Barbara, quam cottana et lepidum, quae sunt Syriacarum rerum Syriacae appellata-

tiones, ut expositum est libro tertio, cap. 32. Ἀκρολίπαροι· τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ὑπόξυλον. Habitus corporis in quibusdam hic est, ut cum faciem spectes succulentos et pingues putas: qui tamen reliquo corpore sint exsucci, macilenti, et solum ossa ac pellis, quod ajunt.

p. 664. De istis videtur Alexis nomen αἰρολίπαρος usurpare: ut colligi potest ex illius versu, αἰρολίπαροι· τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ὑπόξυλον. in summo pingues sunt: at reliquum corpus est instar ligni aridum. Elegans vox ὑπόξυλος. cujus translatio longius etiam ab optimis scriptoribus extenditur. ut cum jejunos et elumbes oratores vocat Hermogenes ὑποξύλους σοφιστὰς, in libro Περὶ ἴδεων. ubi scholiastes vetus doce. ὑπόξυλα, ait, κυρίως καλεῖται τὰ ἀγάλματα, οἷς ἐκ ξύλων κατεσκευασμένοις, ἐπὶ πολλοῖς (scribe ἐπιπολῆς) ἐπελήλαται ἄργυρος ἢ χρυσός. κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν λαμπρῶν μὲν ἔξωθεν καὶ ἐπιεικῶν, πονηρῶν δὲ τὰ ἔνδον. καὶ Μένανδρος Περιηθέα (scribe Περινθία) Φησίν. Οὐδὲν αὐτός εἶμι σὺν θεοῖς ὑπόξυλος, αὐτὶ τοῦ κίβδηλος καὶ οὐ γυγήσιος. huic contrarium est κατάχρυσος simili translatione. Diphilus, εὖ γ' ὁ κατάχρυσος εἶπε πόλλα Εὔριπίδης. ὄψαριον γάρ παρ' οὐδενὶ τῶν ζώντων λεγόμενον οἶδα. Si hoc dicit Ulpianus, se in nullius eorum qui tunc viverent scriptis, reperisse vocem ὄψαριον, nihil habeo quod ei succensam: sin de universis scriptoribus sensit, memoriam accuset suam: cum in praecedentibus ea vox habeatur tot locis. Recte autem monemur ab auctore Excerptorum ὄψαριον in allatis Athenaeo locis esse pīscem. τὰ εὖ Αὔραν Μεταγένους. Potest videri Αὔραν scriptum pro Αἴραν. ut καλαύροψ pro καλάβροψ, et hoc genus alia. quin ipsum αὔρα pro ἄβρα legimus apud Aristaeum libro priore epistola 22. tamen et libro 13., et apud Suidam, itemque in scholiis Ανίου Aristophanis semper Αὔραι. Restitue poetae hujus et fabulae istius nomen apud Harpocratem in οἰκίσκῳ, ubi reperies utrumque foede corruptum. ὅπτοτατός μοι ἀπάντων. Emenda ex hoc loco Pollucis codices libro sexto, cap. decimo.

Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ. Fabulae hujus Plutarch. meminit in vita Antiphontis: sed locus hodie corrupte editur. κεκωμάδηται δὲ εἰς Φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος σὺν Πεισάνδρῳ scribendum [ἐν Πεισάνδρῳ. Μένανδρος Καρχηδονίῳ. Alii numero multitudinis inscribunt. Scholiares Aristophanis ad Vespas, μέσατος αὐτὶ τοῦ μέσος καὶ Μένανδρος Καρχηδονίοις. Ex ea comoedia

afferuntur haec, Ἐπιθυμήσας τῷ Βορέᾳ ὕδιον ὄψαριον  
οὐδὲ ἐν ἔλαβον ἐψήσων Φανῆν. quae nihil significant ita  
scripta. Lego,

— ἐπεὶ δὲ θύσας τῷ Βορέᾳ ὕδιον  
ὄψαριον οὐδὲν ἔλαβον, ἐψήσω Φανῆν.

Inter praecepsa piscationis incommoda est ventorum flatus vehementior:

Λαβροὺς γὰρ, ait vere Oppianus, τρομέουτι ναὶ ἐχθρά-  
ρουσιν ἀγτας  
ἰχθύες, οὐδ' ἐθέλουσιν ὑπείρ ἄλλα δινεύεσθαι.  
εὐηραεῖ δ' ἀνέμῳ περιδέξιος ἴσταται ἄγρη.

Ideo Boream impensius colebant quorum vivendi rationes in piscium capture erant sitae. Hoc pietatis officio functum se ait iste pescator. frustra tamen. nihil enim piscium capere quitum esse. quare sibi rem rediisse non ad restim quidem, sed ad lenticulam. εἰ μὴ παρα-  
μύθημ' ὄψαριοις ἐκάστοτε. Scribe: παραμυθήσωμαι. at p. 665.

que in hoc loco, ait, vocem ὄψαριοις, ἀντὶ τοῦ προσοψή-  
μασιν ἀκούομεν. accipimus pro pulmentis, non pro  
piscibus. "Απολλον οὐκοῦν τὸ μέσον ἔσται δηλαδή. Distinguue ista. α. "Απολλον. β. οῦκον τὸ μέσον ἔσται δηλαδή. Interrogatus an vellet frigidos sibi apponi cibos dixerat μηδαμῶς. idem postea rogatus an vellet serventes, respondet: "Απολλον, quae abominantis exclamatio est, pro "Απολλον ἀποτρόπαιε. sicut etiam dicebant, Ἡρά-  
κλεις ἀλεξίνακε, Lat. *dii avertant*. Cum igitur iste neque serventes neque frigidos cibos probaret: infert alter recte, οῦκον τὸ μέσον ἔσται δηλαδή. ergo medium erit videlicet aliquod. Ita probatum est quod primis versibus ridebatur. Σὺ πρὸς θεῶν ἐθύσας τὸν ἔρι-  
φον. Debilis uno pede hic versus. Potes Σὺ πρὸς θεῶν μεγάλων ἐσ. Proximum ista distinguue, Μὴ κόπτε  
μ', ἄλλα τὰ ιρέα, παιδες, παράγετε. Heus tu ne occide  
me, sed has carnes concide. ita exprimenda hoc loco  
elegantia verbi κόπτειν, de quo plura capite sexto.

Οὐ γῶντος. οὐχ οἶον τε γάρ τι ἄλλο ναι. Interpunge,  
Οὐ γῶντος. οὐχ οἶον τε γάρ. τι ἄλλο; ναι Ἡπάτιον ὄπτὸν  
προσέλαβον. ἐγώ σοι ἥρι μάλ' οὐχ' ἐλλήσποντον  
πλεύσας ἀλ. Alludit Ulpianus ad Homeri locum Hiadis  
libro nono.

"Οψεαι εἰ ἐθέλησθα. ναι αἴκεν τοι τὰ μεμήλη,  
ἥρι μάλ' ἐλλήσποντον ἐπ' ιχθυόεντα πλεούσας  
υῆς εμάς.

## CAPUT NONUM.

*Theophrasti opus Περὶ γών. Actio ἐξαπατήσεως: quomodo δημοσίᾳ. Ister ξυγγραφεὺς Καλλιμάχειος. Attagen ὑποπυρίζων. Socratis liber. Περὶ ὄρων, etc. ποταμὸς κοῖλος ἔνεις. κοιλαίνειν. Athenaeus memoria lapsus. ἀτταγᾶς, Canon de accentu τῶν εἰς ας.*

**I**N sermone eo quem de phasianis habet, editum est, ἐν ᾧ πατοικήσουσιν ἀπράγμονα. Scribe ἀπράγμονε. de duobus loquitur. In sequentem autem locum e. comici. Nebulis, τοὺς Φασιανοὺς οὓς τρέφει Λεωγόρας, non debuit: inseri vox ὄρυεις. quae neque est apud poetam, neque: potest. alioquin illi quaestioni non erat locus quae jac- tata est inter philologos super voce Φασιανοὺς, ut nar- ratur hic. Sequitur statim, πωμωδεῖται γὰρ ὁ Λεωγόρας ὡς γαστρίμαργος ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Περιαλγεῖ. Platonis locus quem intellexit Athenaeus, nec tamen apposuit hic est:

“Ω θεῖε Μόρυχε· νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς·  
καὶ Γλαυκέτης ὁ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας·  
οἱ ζῆται, ἀτερπὲς οὐδὲν ἐνθυμούμενοι.

Extat apud comici veterem interpretem, sed depravatus. *Morychum* et *Glaucetam* Aristophanes quoque in Pace ganeones fuisse testatur. *De Leogora* addit Scholiastes Aristophanis, Εὔπολις ἐν Αὐτολύῳ β. ὡς καὶ διὰ Μυρόβριναν ἔταιραν τὰ χρήματα ἀποβέβληκε Φησι. Sextus liber Theophrasti De animalibus, qui statim citatur, in chirographis est decimus tertius. sic enim praeferunt p. 666. Θεόφραστος δ' ὁ Ἐρέσιος Ἀριστοτέλους μαθητὴς, ἐν ιγὶ Περὶ γών. Alteram lectionem firmat Diogenes qui Theophrasti illud opus, sex librorum facit non plurium. Pergit auctor, Ἀριστοτέλης ἐν ζ. Ζώνῳ ἱστορίᾳ. Oc- culti libri nec publici, ἐν ὄγδοῃ. neutra lectio vera. Vide nonam historiam, capite quadragesimo nono. Cal- lixeni qui mox indicatur locus, fuse descriptus est libro quinto. De illis, οὓς ἐγὼ διὰ σε ὥσπερ οἱ πυρέσσοντες περιφερομένους εἶδον. satis libro quarto. Scribe mox, σὺ δὲ κατὰ τὰς συνθήκας ἀν μὴ αὔριον ἀποδῶς τὰ ὀμο- λογημένα, ούν ἐξαπατήσεως δημοσίᾳ σε γράψομαι. Atque

hic vocem δημοσίᾳ caute accipe. nam actio quam adversus Ulpianum ait se non suscepturnum Myrtilus, pacti non servati videlicet, neque publica est, neque popularis, sed praetoria. Itaque δημοσίᾳ non potest verti, apud populum sed publice. et hoc interpretare, in jure vel apud praetorem. Non attendunt ad vocem συγγραφέα, qui "Ιστρον Καλλιμάχειου συγγραφέα, vertunt, Istrum Callimachi interpretem. quis nescit συγγραφέα esse historiae conditorem? neque porro ignorat quisquam in Graecorum libris vel mediocriter versatus, Istrum libros historiarum edidisse, non in poetas commentarios. sed errarunt, quia *Callimacheus* appellatur. quod quam vim habeat, dicebamus libro sexto capite quinto. Non est autem putandum, quia dicat, Πολέμων ὁ περιηγητὴς "Ιστρον τὸν Καλλιμάχειου συγγραφέα εἰς τὸν ὄμώνυμον κατεπόντου ποταμὸν: revera Istrum a Polemone in Danubium fuisse demersum: sed κατεπόντου vertendum demergebat. per jocum nempe, in aliquo suorum scriptorum loco. Sensus igitur est: quemadmodum Polemon Istrum historicum in Istrum fluvium demergendum dicebat: sic ego te nisi praestas quod pollicitus es de phasiano, ad Phasim te amandabo. Attagenem inter delicatissimos cibos habitum argumento est versiculus Aristophanis Ἀττάγας ἥδιστον ἐν ἐπινικίοις υρέας. Hieronymus in eadem libra ponit cum accipensere: de cuius praestantia inter pisces dictum est. Sic ille in epistola ad Asellam, *Tu attagenem ructas et de comeso accipensere gloriaris: ego faba ventrem impleo,* Poetae interdum per simplex τὸ nomen hoc scribunt. Phoenicides, — κ' οὐδὲν ἦν τούτων ὄλως Πρὸς τὴν αἴταιην συμβαλεῖν τῶν βρωμάτων. Colorem avis hujus ita describit nobis philologus, ὅλος δὲ κατάγραφος τὰ περὶ τὸ νῶτον, κεραμοῦς τὴν χρόαν, ὑποπυρίζων μᾶλλον. toto torso variis notis est compunctus, colorem habet siccilium, sed magis subruffus. Lego enim ὑποπυρίζων. it erat emendatum in Excerptis. Verum quidem est, gnis similitudinem interdum assumi ad coloris sanctificationem: qua de re plura alibi: sed πυρίζειν pro coloris gnei esse nemo dixit. πυρότης siue fulvus color annus, non est loci hujus quaerere, fecimus alibi in ommentario De coloribus. ubi etiam exponimus quis sit κεραμεοῦς color, quis ῥυπαροκέραμος, de quo aliquid apite duodecimo. Sequitur historia de translatiis in egyptum ex Lydia attagenibus, pulchra et digna quam

p. 667. pensiculatius consideremus. Auctor illius dicitur Socrates quidam in libro Περὶ ὄρων ναὶ τόπων ναὶ πυρὸς ναὶ λιθῶν. Cogitemus de hoc lemmate: non enim librum aliquem, sed Nestoris cocetum hic promittit titulus. quo nihil magis contrarium recte docendi rationi. Pro ὄρων scribunt nonnulli ὄρῶν. sane probabilius. Ita fuerit universus liber physico argumento: quod per alteram lectionem vix licet suspicari. Nobis placebat Περὶ ὄρων ναὶ τόπων. ut intelligamus actum eo libro de rerum varietate pro anni tempestatibus, et locorum diverso ingenio. sic Hippocrates ὄρων ναὶ χώραν solet conjungere vel, Περὶ αἰέρων ναὶ τόπων. ut in lemmate commentarii ejusdem sensis, Περὶ αἰέρων, ὑδάτων ναὶ τόπων. Ait igitur Socrates: recitabo enim ejus verba, quia sunt in illis quaedam animadvertisenda nobis, Ἐκ τῆς Λυδίας μετακοισθέντες οἱ ἀττάγαι, ναὶ ἀφεθέντες εἰς τὰς πύλας, ἔως μὲν τινος ὅρτυγος Φωνὴν ἀφίεσσαν. ἐπειδὴ τοῦ ποταμοῦ νοίλου ῥύεντος λιμὸς ἐγένετο, ναὶ πολλοὶ τῶν νατὰ τὴν χώραν ἀπώλλυντο, οὐ διέλιπον σαφέστερον, τῶν παίδων τῶν τρανωτάτων ἔως νῦν λέγοντες. Τρίς τοῖς νακούργοις νανά. συλληφθέντες δὲ οὐ μόνον οὐ τιθασεύονται, ἀλλ' οὐδὲ Φωνὴν ἔτι ἀφιᾶσιν. ἐὰν δ' ἀφεθῶσι, Φωνάεντες πάλιν γίνονται. Haec lectio est non solum editorum librorum, sed omnium etiam MSS. de quibus compertum nobis. Nunquam tamen dubitavimus pro ἀφεθέντες εἰς τὰς πύλας scribendum esse εἰς τὰς ὑλας: semperque mirati sumus doctissimos viros in ea scriptura explicanda operam et oleum perdidisse. Postea conjecturam nostram apud Aelianum reperimus qui totidem verbis ex eodem Socrate, dissimulato tamen auctoriss nomine, historiam hanc refert libro 15. capite 17. Observemus in proximis verbis genus loquendi, cuius ignoratio etiam peritissimis linguae hujus fuit fraudi, τοῦ ποταμοῦ νοίλου ῥύεντος. et Aeliani et Athenaei interpres, et alii multi, *Coelum* fluvium ex his verbis commenti sunt: qui in rerum natura nullus unquam fuit. Absurdissimum vero quod somniant quidam de *Olyra* fluvio Pylas sive Thermopylas praeterlabente. Heus vir optime, ποτὶ παρεπλάγχθης Φρενῶν ἀγαθῶν; Nos olim quia de Aegypto est sermo, calide emendabamus, Νείλου οὐ ῥύεντος: sed frigidam suffudit Aeliani librorum et omnium exemplarium in hac scriptione consensus: quare ita legamus, et quaeramus quid sit fluvium νοίλον ῥέειν. Puto autem de flumine dici quod alveum suum non

implet, nec ripas attingit. sic enim relinquitur inanis et vacuus fluvii lectus. Illud inane non male πολλού appellaveris. Sic ποληγυ aut ποιλαινομένην θάλατταν dicunt scriptores cum turbato mari unda dehiscens Terram inter fluctus aperit. et in universum τὸ ποιλαίνειν pro detrahere et minuere accipitur, contrarium τῷ ἐξαίρειν. Agathias libro quinto, δέον προσεξχίρειν παὶ συναντᾶν τὸ πεποιθός παὶ προθυμούμενον, ἀλλ' ἔγωγε ποιλαίνω ταῦτα τούναντίον παὶ παραιροῦμαι. Haec vera interpretatio est hujus locutionis: caeterum ad loci istius sententiam nihil resert, sive ita accipias, sive e contrario de flumine cuius aquae intumuerint. Nilus enim, p. 668. quem ποταμὸν vocat per excellentiam, sive intra legitimum staret modum, sive ultra illum se efferret, aequem famem Aegypto indicebat. dico famem: probo enim Athenaei lectionem λιμὸς ἔγένετο: quam et Excerpta Hoescheliana, et omnes MSS. stabiliunt: nec moror quod praeserunt Aeliani publica exemplaria, λοιμὸς ἔγένετο. Verba Socratis ita verte, *Ex Lydia in Aegyptum translati attagene*s, ac deinde in sylvas dimissi: co-turricis vocem aliquandiu ediderunt: sed cum aliquando fluvius humilior fluxisset, fames secuta est, quae multos in ea regione perdidit: ex eo non cessarunt attagene illi clarius dicere quam qui vel planissime loquantur pueri: Ter maleficiis mala. *Hi si capiantur, non solum non cicurantur, sed ne vocem quidem amplius edunt: sin dimittantur, iterum fiunt vocales.* Illa verba ἔως νῦν, Aelianus non agnoscit, qui Socratis sententiam ita extulit, οὐ διέλιπον οὖν οἱ ὄρηθες οὗτοι πολλῷ σαφέστερον παὶ ἐναρθρότερον παιδίον μεῖζον (lego μεῖζονος) Φθέγμα αὐθιέντες. Idem pro Φωνάεντες πάλιν γίνονται, maluit πάλιν γίνονται ἐμφωνοι. sed noster etiam alibi vocem Φωνάεντες usurpat hoc libro. Memoriae lapsus est in proxima dipnosophistae observatione: Attagenum, inquit, meminit Aristophanes in Acharnensisibus, ὡς πλεοναζόντων αὐτῶν ἐν τῇ Μεγαρινῇ dicendum erat, ἐν τῇ Βοιωτικῇ. Boeotus namque est, non Megarensis, qui apud comicum sic loquitur, — Φέρω ὅσ' ἔστ' ἀν αὐγαθὰ Βοιωτοῖς απλῶς. Οργανον, γλαχὼ, ψιάθους, Θρυαλλίδας, Νάσσας, πολοιοὺς, ἀτταγᾶς, Φαλαρίδας, Τροχίλους, πολύμβους. similis in Pace locus: et si attagen ibi non nominatur: Καὶ Βοιωτῶν γε Φέροντας ἰδεῖν, Χῆνας, νήττας, Φάττας, τροχίλους. Porro qui vulgo dicebatur Graecis ἀτταγῆν, Atticis erat ἀτταγᾶς.

de cuius vocis accentu scribit philologus, adversus normam caeterorum similium nominum, ultimam hujus dictionis circumflecti ab Atticis: tum canonem adjicit, qui est hujusmodi: τὰ εἰς ας λήγοντα ἐπετελμένον υπὲρ δύο συλλαβᾶς, ὅτε ἔχει τὸ α παραλῆγον, βαρύτονά ἔστιν, οἷον ἀνάδας, ἀδάμας, ἀνάμας. quae desinunt in ας longum ultra duas syllabas, cum in penultima habent α, gravi notantur: ut ἀνάδας, ἀδάμας, ἀνάμας. Interpretes, pro otiosis illa verba habuerunt, ὅτε ἔχει τὸ α παραλῆγον, et sustulerunt. haud oportuit. melius Eustathius, qui undecimo in Iliadem commentario eundem canonem totidem verbis descripsit: uno excepto quod sine dubio est corruptum, ἀνάδας. neque auctor Epit. eam dictionem agnoscit. tollatur igitur ut coelo Graeco incognita. aut mutetur in Ἀνράγας. quod et melius.

## CAPUT DECIMUM.

*Ambulitionum variae species. ἁγύχος pro ἁάμφος. κάψει πίνειν morfu bibere. κάπτειν pro bibere. Ibuci locus animadversus. πέρδιξ pro astuto et libidinoso. κάκκαβος pro perdice. λαβεῖν σύστασιν. Corydallus δῆμος. otus et otis. νευροσπαστεῖσθαι. σκώπτειν. καταστοχάζεσθαι τοῦ σκωπτομένου. Βάλλειν ἔπεστι. animalia εὐγλωττα. Locus Alexandri Myndii. Galli gallinacei consecrati. passeres Veneri sacri.*

P.669.

**ΠΟΡΦΥΡΙΩΝ.** ὅτι καὶ τούτου Ἀριστοφάνης μέμνηται. Sic loquitur, quia inter Aristophaneas fabulas notissima est *Aves*: ubi porphyronum non semel fit mentio. ἀγχόνη τὸ ζῆν περιγράψας. vitam suam laqueo circumscribens ac terminans. Aelianus libro tertio cap. 42. καὶ ἐὰν κατάγνῶ μοιχεύεσθαι τῆς οἰκλας τὴν δέσποιναν, ἀπάγχει ἐαυτόν. εἰ μὴ περιπατήσῃ τόπου τινὰ δξευρῶν ἐαυτῷ ἐπιτήδειον. Nihil erat causae cur hac lectione quisquam offenderetur, nisi aurem velleret Aelianus. Ex eo intelligimus scribendum τρόπου τινὰ, non τόπου. Neque enim hoc voluit Polemon unde habent et Atheneus et Aelianus: porphyronem quaerere locum in quo ambulet prius quam lavet: sed invenisse illum con-

venientem sibi deambulationem. Quam multas ambulationum species notas habuerint veteres, Hippocrates, Galenus, et universus medicorum grex docent. Verba sunt Aeliani: *πρὶν ἀν βαδίσῃ τινὰ ἀριθμὸν βαδίσεως ἀρνοῦντά οἱ*. ubi non sine caussa aliquis scribat, *τινὰ ἀνθρόν*. nihil tamen censeo mutandum. nam et numerus passuum inibatur a gymnastis. *ρύγχος ἡργμένου ἐκ τῆς κεφαλῆς Φοινικοῦν.* rostrum illi, incipiens a capite puniceum esse. id est, non extremum tantum illi rostrum puniceum est, sed totum omnino. *ἡργμένου*, probum verbum Graecum: quod cur mutandum interpretes censuerint, vellem nos docuissent. De voce *ρύγχος* notat Eustathius ex hoc loco, poni etiam pro *ῥάμφος*: adversus eorum sententiam, qui suillo generi proprium *ρύγχος* esse voluerunt. Aristoteles sic, *στόμα δὲ οἱ ὄρνιθες ἔχουσιν, ίδιον δέ οὔτε γάρ χειλη οὔτ' ὀδόντας ἔχουσιν, ἀλλὰ ρύγχος.* διὸ τῶν λαμβανομένων εἰς τὸν πόδα ταμιεύεται μικρὰς τὰς ψωμίδας. Mirabar quorsum istud ideo spectaret. propterea codices inspexi diligentius, cum nihil nos juvissent membranae. in doctissimi Hoeschelii Excerptis reperi quod quaerebam. ibi enim ante διὸ habentur haec verba: *στόμαχον δ' ἔχει λεπτὸν: habet meatum ventriculi angustum.* Jam ergo ejus libri beneficio caussam tenemus, cur buccas parvas deglutire haee avis dicatur. *κάπτων δὲ πίνει.* Hujus quoque loci emendationem imputat nobis Epitome. nam priores editiones *καπτῶν* inepte: membranae *βάπτων*, haut multo melius. Magni doctoris scitum est, solum porphyryionem ex omnibus animalibus bibere *κάψει*: caetera vel *σπάσει* vel *λάψει*. Plinio interprete *κάψει πίνειν* est, *morsu bibere.* Poetae pro bibere posuerunt *τὸ κάπτειν*. ut Timocles in *Porphyra*, *Μὰ τὸν Διόνυσον σὺ κάπτεις ήσον γεω.* *ἔχθραίνειν γάρ τους προσιόντας αὐτοῦ τῇ τροφῇ.* Aelianus, *καὶ σιτούμενος δ' ἐπὶ μαρτύρων ἄχθεται.* "Ιβυνος δέ τινας λαθιπορφύρας ὄνομάζει διὰ τούτων. Quam magis cogito de hoc loco, tam magis quid pronuntiem incertus sum. membranae omnes corruptae: Epitome filet. Auctor ipse, ut quidem haec lectio est, sibi contradicit, nam lathiporphyræ aves in sequente Ibyci loco nullæ sunt. Eset emendatio in promptu, ut ex subjectis verbis legeremus *πορφυρίδας ὄνομάζει*. Sed ex verbis Athenaei adducor, ut credam Ibycum aliter scripsisse. satis enim clare patet ex voce *τινᾶς*, alias quam porphyridas intelligi, five diversas

reapſe, ſive nomine ſolum. *Lego* igitur totum hunc locum ita, "Ιβυκος δέ τινας ἀλιπόρφυρας ὄνομάζει διὰ τούτων, τοῦ μὲν πετάλοισιν ἐπ' ἀκροτάτοισι ξανθοῖσι ποιήλαι, ἀλιπόρφυραι. . . . πανέλοπες, αἰολόδειροι, etc. in lacuna praeter vocem ἀλιπόρφυραι quam inferuimus deſunt similia hiſ: *καὶ Ἀληαῖος δὲ πορφυρίδων μημονεύει*. Verba quae ſequuntur eſſe Athenaei non Ibyci, docuit nos ſcholiaſtes Aristophanis, qui ad comici Aves haec proſert ex Alcaeo: ὅρνιθες τίνες οἵδε; Ὁλκεανῶ γὰρ ἀπὸ περάτων ἥλιθον, πανέλοπες, ποικιλόδειροι, τανυſίπτεροι. *Tὸ δὲ ζῶον ἐπὶ λαγυνίας συμβολικῶς παρειληπταί*. hoc eſt, Phrynicus in allato loco Perdicis filium vocat Cleombrotum, notans hoc ſymbolo ejus libidinem. In perdicis ingenio duo obſervantur, libido et aſtutia: propterea comici et libidinosos vocabant Perdices, vel Perdicis filios, ut Phrynicus: et aſtutos ac vaſros, ut prodiſores et id genus peſtes. Aristophanes in Avibus:

*Εἰ δ' ὁ Πιστού προδοῦναι τοῖς ἀτίμοις τὰς πύλας βούλεται, πέρδιξ γενέσθω τοῦ πατρὸς νεόττιον.*

*ώς παρ' ἡμῖν οὐδὲν αἰσχρόν ἔστιν ἐκπερδικίσαι.*

'Επίχαρμος δ' ἐν Κωμασταῖς, βραχέως ſηpiāc. Diftingue melius. 'Επίχαρμος δ' ἐν Κωμαſtaīs βραχέως, ſηpiāc, etc. nam hoc vult, Epicharmum corripuiſſe τὸ lātā in voce πέρδικaς. Lege praecedentia. *Σὺ δὲ ἔτη πέντε καὶ δέκα.* Ita pronuntiat philofophus in nono Historiarum: id nimirum ſpectans, quod plerumque fieri amat. in ſexto vero etiam ultra annos ſedecim quasdam vivere ſcribit. *ὅταν δὲ γυῶ ὅτι θηρεύεται.* Leviter immutat verba Aristotelis Histor. libro 9. cap. 8. Vide, lege, et conſer: non ſine fructu feceris et voluptate. Nam philofophi oratio longe floridior atque elegantior.

*καθίζοντας ἐπὶ τῶν ιεράμων.* Aristoteles, *καὶ πολλάκις καθίζανουſiν ἐπὶ κεφαλάς.* membranae et Epit. cum noſtra lectione conſentiunt. *τούτου δ' αἴτιον* ἡ τῇ ψυχῇ γινομένη Φανταſta. Haec eadem vel praecipua cauſa eſt τῆς ἐξουειράξεως, quae maribus foeminiſque ſolet accidere. *καλοῦνται δ' ὑπ' ἐνίων οἱ πέρδικες κακιάβαι.* Et κακιάβῃ et κάκιαβος, perdiſx eſt Hesychio. Aristoteli κακιαβίζειν et τρίζειν propriae voceſ ſunt ad exprimendum perdiſcum ſonum.

*ῶν κατὰ μίμηſiν λαβεῖν στάſiν τὴν μουſικήν.* Malim, λαβεῖν ſuſtaſiν. periphrasis eſt verbi ſuſiſtaſi vel ſuſtaſi. *ἐπὶ τάδε τοῦ Κορυδαλοῦ πρὸς τὸ ἄστυ.*

Corydalus, sive, ut alii scribunt, Κορύδαλλος, pagus sicut tribus Hippothoontidis, ea via qua in Boeotiam ibatur: quod etiam declarant sequentia non longe. μιμητικὸν δ' ἔστι τὸ ζῶον τοῦτο ὁ ὄτος. manifestissime confundit otum et otidem: quae tamen duo sunt diversarum avium genera. quod doctis viris dudum observatum recte.

ἐν τῷ λεπανίδων. apud Eustathium, λεπανίδιων, modo vocabat λεπανίσιας. τὸ ρύγχος οὐχὶ κινναβάριον ἔχον. Excerpta οὐ κινναβάριον. retenta negatione quam tollit interpres. τὰ ζῶα βλέποντα εἰς τὸν ὄρχοντα νευροσπαστεῖται. aves intuentes eum qui saltat, moventur ad instar sigilliorum quae nervis agitantur. hoc significat verbum νευροσπαστεῖσθαι. non quod absurde putavit interpres. elegantissime antem haec voce usum Athenaeūm intelligent, qui meminerint quid sit apud Graecos philosophos νευροσπαστεῖσθαι τὸν ἀνθρώπον. sed de neurospastis multa olim diximus ad illam Persii, nec quicquam extrinsecus intrat, Quod nervos agitet, cum in poetam illum praestantissimum commentarios scriberemus: quos edemus, ubi erit occasio, σὺν τῷ θεῷ. σιώπτειν παλοῦμεν τὸ συνεικάζειν. vult dicere, σιώπτειν significare non simplicem irrisiōnem quae verbis solis fiat: sed quae gestu quoque formato ad instar ejus quem irrisum volumus. Latini *sannam* et *subfannare* dicunt. addit in eandem sententiam, παῖς παταστοχάζεσθαι τοὺς σιωπτομένους vel ut legit Eustathius τῶν σιωπτομένων. Significat eos qui subfannantur vel ut scopum esse expositos irrisoribus suis. unde illae locutiones βάλλειν ἐπεσιν et βάλλειν ἐπη. Latine, jacere in aliquem dicta. et convitia poetis dicuntur ἐπεσβολίαι. non igitur audiendi qui emendant εἰκάζεσθαι. πάντα δὲ τὰ τῶν ζῶων εὔγλωττα, παῖς διηρθρωμένα ἔστι τὴν Φωνὴν, παῖς μιμεῖται τοὺς τῶν ἀνθρώπων παῖς τῶν ἄλλων ὄρνιθων ἥχους. hoc est, omnia animalia quae linguam bene formatam habent, et articulatam vocem edunt, et cum hominum, tum aliarum avium sonos imitantur. quod de omnibus animantibus in totum dicitur, ex ipso argumento, et sequente voce ἄλλον, restringi debet ad avium genus. εὔγλωττα autem appellantur, quae habent linguam humanae linguae similem. homo enim est, ad cuius formam omnes omnium animalium partes exigi debent. nam id perfectissimum animal est. Ita exponi potest vox εὔγλωττα. ne temere discedamus a vulgata et omnium librorum lectione. alio-

quin legi poterat ex Aristotele πλατύγλωττα.. quod et fecerunt interpretes. ὁ Μύνδιος δὲ Ἀλέξανδρός Φησι τοὺς παρ' Ὁμήρῳ χωρὶς τοῦ σηνῶπας εἶναι. Homeri versus est Ὁδυσσ. 8. Σκῶπες τὸ ἵρηκές τε, ταυτογλωσσοί τε οὐρῶναι. Sed non desuere critici qui ηῶπες emendant pro σκῶπες. Itaque ait Athenaeus, probatum Alexandro Myndio fuisse ηῶπες sine σ. Plane contrarium tamen scribit Theocriti vetus interpres: cujus sunt haec ad idyllium primum, Ἀλέξανδρός Φησι, τοὺς σκῶπας οὐκ ἐπιτερπεῖς τῇ Φωνῇ· διὸ καὶ παρ' Ὁμήρῳ Φησὶν ὄρθως δοκεῖν γράφεσθαι σκῶπες τὸ ἵρηκές τε. οὐ δεῖ γάρ Φησι γράφεσθαι χωρὶς τοῦ σ. Non laborabo in tollenda hac contrarietate: neque dicam de alio Alexandro loqui hunc grammaticum, non de Myndio. nam id falsum judico.

p. 672. Dicerem potius, corrigendum Athenaei librum, et scribendum, τοὺς παρ' Ὁμήρῳ οὐ χωρὶς τοῦ σηνῶπας εἶναι. nisi cum edita lectione consentirent et MSS. omnes et Eustathius. Firmat etiam quod vulgatum est, Athenaeus ipse, paulo post scribens etiam Speusippum ηῶπας legisse in illo poetae loco. nam τὸ καὶ indicat clare Alexandrum de quo erat dictum ηῶπας probasse. Sed mirum etiam illud quod subjicitur ex eodem Alexandro, καὶ Ἀριστοτέλη οὔτως ὠνομαπέναι. nam falso dixit hoc Alexander. locus, quem citat ex Historiis est, libro nono, capite vigesimo octavo. τῶν ἀνατιθεμένων ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀλεκτρυόνων. Gallos gallinaceos variis numinibus consecravit antiquitas: Marti praesertim et Aesculapio: de quorum templis sensisse Aristoteles videtur. Ait igitur philosophus de his sacris gallis, τὸν ἀνατεθέντα οἱ προσόντες ὄχεύουσι, μέχρις ἂν ἄλλοις ἀνατεθῆ. hoc est, galli gallinacei prius consecrati cum qui novissime accessit cohorti suae ineunt, donec aliis offeratur, qui tanquam novissimus gallinae loco ab his habeatur. Haec philosophi mens: quam in contrarium vertere interpretes absurdissime. Per placet vero quod in Excerptis inventimus, οἱ προόντες, non οἱ προσιόντες. nisi ita malumus, οἱ προόντες, προσιόντες ὄχεύουσι. elegantius etiam scriberis, τὸν ἀνατεθέντα ἀει. de quo loquendi genere ante diximus. In iis quae hodie extant Aristotelis, hunc locum haud invenias, si satis memini: sed habetur huic simillimus aliis in nono Historiarum, capite octavo. ἐν τοῖς ἱεροῖς. ait, ὅπου ἀντιθητεῖ ἀνάκεινται οἱ ἀλεκτρυόνες, τὸν ἀνατιθέμετον πάντες εὐλόγως ὄχεύουσι. id est, In templis ubi absque foeminis consecrantur galli

*gallinacei, ut quisque dicatur, eum omnes servato ordine ineunt. εὐλόγως, si mendum non est, neque ὡς λόγος, scribendum, interpretor ἐφεξῆς, et ut poetae dicunt, ἐπισχερώ. alias post alium, primas tenente eo qui primus fuit consecratus. Quia autem Venere plurimum uti hanc avem proditum est ab historiae naturalis auctoribus: ideo fortasse, καὶ ἡ Σαπφώ, inquit Athenaeus, ἀπὸ τῆς ἱστορίας τὴν Ἀφροδίτην ἐπ' αὐτῶν Φησιν ὄχεισθαι. Sappho hanc historiam de salacitate passerum secuta, Venerem illis vehi ait. Extat hodieque suavissimae poetiae locus, quem respiciebat auctor haec scribens. Nam ait in hymno Veneris qui apud Dionysium Halicarnasseum,*

— πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα  
χρύσεον ἥλθες  
ἄρμ' ὑποζεύξασα· καλοὶ δέ σ' ἄγον  
ἀκέες στρουθοὶ, πτέρυγας μελαίνας  
πυκνὰ δινέοντες ἀπ' ὠράν' αἰθέ-  
ρος διὰ μέσσω.

Notemus etiam de passeribus usurpari vocem πρόσωπον, cum ait Alexander Myndius, de illis loquens, τὸ δὲ πρόσωπον οὔτε λιαν λευκὸν ἔχούσας οὔτε μέλαν. Dura sane κατάχρησις.

### CAPUT UNDECIMUM.

*Eupolidis Πόλεις. Pratinæ Lacaenæ aut Caryatides: Coturnices ἥδύφωνοι. σιαλίς et sialendris p. 675. avicula. Ortygometra Ithacensis. Cratetis aut Pherecratis Γείτονες. Chennia cibus vilos apud Aegyptios. Zythus Aegyptiorum. Aegyptii παπυροφάγοι. Boeonis liber περὶ ὄρνιθογονίας. Φάψ et Φάττα. Aeschylī Proteus. Differentia colorum σποδίου et τεφροῦ. τιθένται. congerere. Catagogia et Anagogia. columbae pro nuntiis. alia item multa.*

**COTURNICEM** foeminam his Alexandri Myndii verbis describit Athenaeus: ὁ θῆλυς ὄρτυξ λεπτοτράχηλός ἐστι τοῦ ἄρρενος, οὐκ ἔχων τὰ ὑπὸ τῷ γενετῷ μέλανα. ἀνατυηθεὶς δὲ πρόλοβος οὐχ ὅρᾶται μέγαν ἔχων· καρδίαν δὲ ἔχειν μεγάλην, καὶ ταύτην τρίλοβον. Scribendum, λεπτο-

*τραχηλότερος* ἔστι τοῦ ἄρρενος: vel μᾶλλον λεπτοτράχηλος. Restituimus autem hic duas dictiones πρόλοβον et τρίλοβον: cum earum loco ederetur prius τριβολον. ineptissimo aut nullo potius sensu. Phanodemum ait dipnosophista, scripsisse aliquid in secundo rerum Atticarum de generatione coturnicum: deinde ejus historici verba quaedam recitantur. sed nihil in illis invenias de eo quod fuerat propositum. caussam putamus esse quod hodie in nostris libris non integer locus Phanodemi habebatur, quem Athenaeus descripserat. Scribe, ὡς οὐτεῖχεν Ἐρυθίθων Δῆλον τὴν νῆσον. non ut habent libri omnes, οὐτεῖδεν. Vel scribe οὐτεῖρεν. Ex historia Thucydidis nota est Deli ἡ οὐτεῖρεσις. Scribe etiam, ἔχαιρε γάρ Φησι οὐτεὶ περιών τῷ ζώῳ τούτῳ. nam etiam cum esset in vivis eo animali gaudebat. male περιϊών. Eupolidis comici Πόλεων, (quae fabula mox laudatur), meminit et Pollux cum alibi, tum lib. 7. cap. 2. ubi scribe ita haec verba, Κακὰ τοιάδε πάσχουσιν, οὐδὲ πρᾶσιν αἰτοῦσι. quid significet πρᾶσιν αἰτεῖν, quod proprium est servorum, alibi est expositum. meminit etiam Harpocration in οὐτούρεσις. Multas aves alibi mutas esse, alibi vocales, aut sonum mutato loco mutare non ignorant periti rerum naturalium. Quare non est quod miremur nimis sequentem philologi observationem: Πρατίνας, ait, ἐν Δυμάναις ἡ Καρίτισιν ἀδύΦωνον ιδίως οὐλεῖ τὸν ὅρτυγα. πλὴν εἰ μή τι παρὰ τοῖς Φλιασίοις ἡ τοῖς Λάινωσι Φωνάσντες, ὡς οὐτεὶ οἱ πέρδικες. Recte judicavit Dalecamp. lemma tragoediae Pratinæ quae hic nominatur esse corruptum: recte etiam pro Καρίτισι emendari ab illo censemus Καρυάτισι. Legimus enim, Πρατίνας ἐν Λακαίναις ἡ Καρυάτισι. Lacaenæ virgines annuas choreas Dianæ Caryatidi agitarunt. Hinc videtur natum hujus fabulae argumentum. Phliasius autem fuit Pratinas. Phlius in Peloponneso urbs fuit, non procul Sicyone. Ait igitur Athenaeus: quod coturnices appellaverit unus Pratinas Phliasius ἀδυΦώνος: id eo factum esse fortasse, quoniam in agro Phliasiorum essent vocales coturnices non minus quam perdices. Quae sequuntur de appellatione cuiusdam aviculae quae σιαλίς diceretur, nec satis manifestam cohaerentiam habent cum praecedentibus: neque agnoscuntur ab auctore Epitomæ. *sialendris* ex Hesychio saltem nota avis: *sialis* incompta p. 674 nobis alibi. Certum autem est, Athenaeum totam istam observationem ex Didymi commentariis in Pratinæ su-

periorem locum ausisse. Quare illius ἀπὸ τούτου expositio pendet e praecedentibus: non hic quidem apud Atheneum: sed olim apud Didymum Ortygometra, quae Italiam qualiarum rex nominatur, in Ithaca insula frequentius spectata olim videtur, quam in aliis Graeciae partibus. non enim temere Ἰθακησίαν ὄρτυγομήτραν dixit vetus poeta. μνημονεύει, ait, Κράτης ἐν Χείροι λέγων, Ἰθακησία ὄρτυγομήτρα. Suspicor legendum Φερενράτης. quia semper alibi ejus fabulae auctor nominatur Pherecates. Aut scribe, Κράτης Γείτοι. Potest etiam ita, Κρατῖνος Χείροι. vide ad librum 11. Censeo legamus mox, Περὶ τῶν ἐν τῇ Πλάτωνος πολιτείᾳ μαθηματικῶν εἰρημένων. ita enim concipi debet lemma libri a Clearchio editi et mutilam periodum quae statim sequitur de infelici gracculorum amore adversum sui generis aves, ita exple, καὶ τοῖς κολοιοῖς δὲ διὰ τὴν Φυσικὴν Φιλοστοργίαν ἀλισκεσθαι συμβαίνει. εἰ γὰρ καὶ τοσοῦτον πανοργίᾳ διαφέρει, ὅμως, etc Ex iis quae scribuntur de chenniis, duo cognoscimus: solitam inter vulgares aves chennium haberi, quaeque etiam inter salitas carnes in familiae usum asservaretur: et Aegyptios plurimum hoc cibo esse usos. Patet illud prius ex Cleomenis verbis in epistola ad Alexandrum M. ubi inter ciborum quisquilias nominantur χέννια ταριχηρὰ μύρια. Extat etiam elegantissimum veteris poetae epigramma in sordidum quendam, solitum suis convivis minimi pretii dapes apponere: in queis chennia salsa numerantur:

‘Ημεῖς δ’ ἐσθίομεν νεκλημένοι ἀλμυρὰ πάντα,  
χέννια, καὶ τυροὺς, χηνὸς ἀλιστὰ λίπη,  
ὅρνια καὶ μόσχεια. μίαν δ’ ἐπιπλομεν αὐτοῖς:  
πάσχομεν οὐκοῦν σοῦ, Τάνταλε, πικρότερα.

Quod autem propria Aegyptiis fuerint chennia, probant liquido Hipparchi versiculi, quos ex Iliade Aegyptia, poemate illius, descripsit Ahenaeus. Eos describemus et nos, ut medicinam si possimus aliquam faciamus eorum vulneribus. Sic ergo Hipparchus.

Οὐ μοι Αἴγυπτίων βίος ἥρεσεν, οἶδον ἔχουσιν  
χέννια τίλλοντες ταλαλιάδει σαλέοντα.

Si licet hiscere in tantis tenebris, legam χέννια τίλλοντες καὶ ἄλινρα ἀεὶ ἀλέοντες. vel καὶ αεὶ πριθὰς ἀλέοντες. Libro decimo, Αἴγυπτίους Ἐπαταῖς ἀρτοφάγους Φησὶν εἶναι, πυλλήστιας ἐσθίοντας. τὰς δὲ πριθὰς ἐς ποτὸν παταλεαίνοντας. vides eadem prope verba: de zytho Aegyptiorum ex hordeo, praeter historicos et

medicos, Aeschylus quoque in Supplicibus, 'Αλλ' ἀρσενάς τοι τῆσδε γῆς οἰκήτορας Εὑρῆσετ' οὐ πίνουτας ἐν κριθῶν μέθυ. Nemo mihi negaverit conjecturam hanc plurimum continere probabilitatis, quia tamen velut in bivio haeremus ductu librorum destituti, tentemus aliam quoque viam: si forte quam quaerimus veritatem inveniemus. Nam quia valde paupertatem Aegyptiorum extenuare voluit poeta, scribi fortean potest, *καὶ βίβλον*  
 p. 675. *ἀεὶ ἀλέοντες*. esum byblici panis exprobrat Aegyptiis. quorum tenuiores pane e papyro se sustentasse observavimus. Apud Aeschylum Danaus rex Argivorum ita consolatur puellas, quas vi infesta Argivis eripere manus Aegyptia parabat: *βύβλου δὲ παρπός*, ait, *οὐ πρατεῖ στάχυν*. Scholia estes, *παπυροφάγοι οἱ Αιγύπτιοι ἥσαν*. Rara apud scriptores Graecos mentio est Boei vetusti auctoris, qui *Περὶ ὄρνιθογονίας* scripsérat. De eo noster, *Βοῖος δὲ Ὁρνιθογονίᾳ*, ἢ *Βοιώ*, ὡς Φησι *Φιλόχορος*, ὑπὸ *Ἀρεως τὸν Κύνον ὄρνιθωθῆναι*. non satis capio illa verba, ἢ *Βοιώ*. nam absurdum est quod suadet haec lectio, titulum edidi a Boeo libri fuisse *Βοον Βοῖος*. puto verius, *Βοῖος ἢ Βοιώ*. sicuti postea liquido scriptum invenimus in Huraldino. videntur dubitasse veteres vir suisset a semina auctor poematis illius. *Βοιώ*, ut *Δηώ*, *Μυρώ*, *Θεανώ* et similia mulierum nomina. Citatur *Βοῖος ἐν Ὁρνιθογονίᾳ* ab Antonino Liberali in Metamorphosi. Cygnum in avem sui nominis esse mutatum a Marte quod ait Boens, non assentiuntur alii. Ovidius Neptunum *αἰτιᾶται. corpus Deus aequoris albam Contulit in volucrem: cuius modo nomen habebat.* Liberalis Apollinem. *καὶ ἐγένοντο Βουλῇ Ἀπόλλωνος ὄρνιθες ἀμφότεροι ἐν λίμνῃ.* historia duodecima. Miratur scriptor coenarum Aristotelem in enumerandis avibus columbini generis *τὴν Φάβα* praetermississe: cuius tamen alii meminerint, ut Aeschylus. *ἐν πέμπτῳ*, ait, *περὶ ζώων μορίων τὴν Φάβα οὐκ ὄνομάζει.* locum philosophi respicit Historiarum libro quinto, capite 13. De errore hujus citationis septimo libro satis, illo in loco nulla phabis mentio: saepe tamen in Historiis *Φαβὸς* et *Φάττας* distinctim habetur mentio. Versus Aeschylei sic scribuntur, *Σιτουμένην δύστανον ἀθλίαν Φάβα Μέσαντα πλευρὰ προσπτύοις πεπλεγμένην.* pendet sententia ex praecedentibus apud poetam. sed posterior versus ita scribendus, *Μέσαν τὰ πλευρὰ πρὸς πτύοις πεπλεγμένην.* citantur haec e *Proteo* Aeschylea. Ea fuit fabula satyrica, ut cognovimus ex

Hesychio in ἐπάσω. tamen in membranis hic invenimus Αἰσχύλου ἐν τῷ τραγιῳ Πρωτεῖ. Columbini et ut loquitur philosophus περιστεροειδοῦς generis, species sunt phatta et trygon, sive turtur: de quarum differentiis scribit Athenaeus ex Aristotelis non extantibus libris: οὐ δὲ Φάσσα ἀλέντορος τὸ μέγεθος, χρῶμα δὲ σποδίου. οὐ δὲ τρυγῶν πάντων ἐλάττων, χρῶμα δὲ τεφρόν: duabus notis fassam a turture separat: a magnitudine et a colore. illam gallinae parem facit: hanc, caeteris omnibus quae ad Columbinum genus referuntur minorem, praeterea phattam vivum cinerem similitudine coloris referre: turturem vero cinerem extinctum. Ita interpretamur σποδίου χρῶμα et τεφρόν: nam doctissimorum virorum acquiescere sententiae non possumus, qui nullum discrimen statuentes inter eas voces, sola magnitudine diversas faciunt turturem et phattam. Sunt sane res affines σποδὸς et τέφρα: sed tamen diversae: sicut accurate docemus in commentario De coloribus. Ibi explicatum est quid differentiae sit inter τεφρὸν colorem, et eum p. 676. qui σποδὸς Athenaeo et Eustathio, σποδὸς Hesychio, σποδοειδῆς Hippocrati et Aristoteli dicitur. Τιθέναι pronidificare translatitium non est. Sic autem usurpatur, cum hic dicitur. τίπουσι δὲ πᾶσαν ὥραν τοῦ ἔτους. διὸ δὴ ναὶ δεκάνις ναὶ ἐνδεκάνις τοῦ ἐνιαυτοῦ τιθέασι. ἐν Αἰγύπτῳ δὲ δωδεκάνις. sic Latini congerere. ut, aëriae quo congeffere palumbes. Aristot. unde noster, usus verbo τίκτειν. Historiarum libro sexto, capite 4. τίπουσι δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ ναὶ δεκάνις ναὶ ἐνδεκάνις. αἱ δὲ ἐν Αἰγύπτῳ ναὶ δωδεκάνις. Diffudit philologus βραχυλογίαν philosophi: solitus saepe verbis suis alienas sententias referre. Errant qui repugnantibus libris et Excerptis Athenaeum hic censem emendandum: imo vero depravandum. Aelianus Variae hist. libr. 1. cap. 15. pro τιθέναι posuit ὡδίνειν. vide locum. Tollenda mox lacunae nota, sine caussa istis impacta: ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ Φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης + ὅτι περιστερὰ ἔτερον, πελιὰς δὲ ἐλαττον, etc. nihil enim deest: sed locus illustrandus e libr. 5. Histor. cap. 13. unde est descriptus. Scribe mox, γάδιον δὲ λέγει τῆς περιστερᾶς τὸ κύειν αὐτὰς, ὅταν μέλλωσιν ἀναβαλνειν, η̄ οὐκ ἀνέχεσθαι τὰς θηλείας. cum Epit. non τῆς θηλείας. Locus est libro 6. cap. secundo philosophi quidem non sunt haec verba, tamen etiam Aelianus, quasi ex Aristotele, μὴ γὰρ ἀνέχεσθαι τὰς θηλείας τὴν τῶν ἀρρένων δμιλίαν τοῦ φιλήματος ἔρημον.

Scribendum etiam, ὁ Μύνδιος οὐ πίνειν Φησὶ τὴν Φάσσαν  
ἀνακύπτουσαν ὥσπερ τὴν τρυγόνα. non ἀνακόπτουσαν.  
Aristotelis obseruatio est, Histor. libr. 9. ἕδιον δὲ ταῖς  
περιστεραῖς δουεῖ συμβεβηκέναι, οὐαὶ ταῖς Φαψὶ οὐαὶ τρυ-  
γόσι, τὸ μὴ ἀνακύπτειν πινούσας, ἐὰν μὴ ικανὸν πίωσι.  
Bello Persico quod duce Mardonio gestum est, albas  
primum columbas Graecis esse vias non hic solum legas.  
Dodonaearum tamen columbarum historia longe anti-  
quissima est: verum nigro colore illas fuisse disertim  
testatur Herodotus in Euterpe. Proximus locus Aristote-  
telis hodie aliter in nostris libris legitur. Sic enim  
Athen. ὁ Ἀριστοτέλης Φησὶν, ὡς αἱ περιστεραὶ γιγγο-  
μένων τῶν νεοττῶν, τῆς ἀλμυριζούσης γῆς διαμασσησά-  
μεναι, ἐμπτύουσιν αὐτοῖς διοιγνῦσαι τὸ στόμα, διὰ τούτου  
παρασκευάζουσαι αὐτοὺς πρὸς τὴν τροφήν. at hodie sic,  
γενομένων δὲ τῶν νεοττῶν Φροντίζει ὁ ἄρρεν τῆς ἀρμοτ-  
τούσης τροφῆς. ἡς διαμασσησάμενος, εἰσπτύει τοῖς νέοις,  
etc. ne existinemus ignavi librarii segmentum esse quod  
habet Athenaei lectio περὶ [τῆς ἀλμυριζούσης γῆς]. quod  
nobis quidem perplacet. Eryx in Sicilia oppidum fuit,  
ubi p: aecipuo cultu Venus Erycina colebatur, de qua,  
ut Graecos omnes taceam, multa Cicero in libris contra  
Verrem. Duæ autem in anno solennitatem ab Erycinis  
et aliis Siculis observabantur, quarum alteri *Anagogia*,  
alteri *Catagogia* nomen e re fecerant. caussam appella-  
tionis utriusque festi, planissime explicat hic Athenaeus.  
*Anagogia*, inquit, dixerunt illum diem quo credebat  
Venerem e Sicilia in Africam ἀνάγεσθαι: id est, *sub-  
latis anchoris enavigare*. illum vero diem quo redire  
Venerem et in portum Erycinum *πατάγεσθαι* pro certo  
habebant, *Catagogia*. Mendose scriptum in Athenaei  
libris, τῆς δὲ Σικελίας ἐν Ἑρυκι οὐαὶρὸς τίς ἔστιν, ὃν  
οὐαλοῦσιν ἀναγωγάς. Lege, ὃν οὐαλοῦσιν ἀναγώγια. Aelianus  
primo Variae histor. libr. ἔορτή ἔστιν ἣν οὐαλοῦσιν  
ἀναγώγια. Scribe, μᾶς προπετασθείσης ἐκ τοῦ πελά-  
γους περιστερᾶς. noni προσπετασθείσης. ita Epito. multa  
Aelianus de hujus columbae colore et praestanti forma.  
Recitatur paulo post hic versiculus e Pherecratis Pictoribus,  
ἀπόπεμψον ἀγγέλλοντα τὸν περίστερον: quo versu  
tangitur mos antiquorum, utentium saepe columbis in-  
ternuntiis: sicut Romae fieri solitum in Theatris. Sed  
et in historia seria invenias hujus rei exempla: ut apud  
Plinium libro decimo, cap. 38. Vide etiam Aelianum  
libro nono Ποικ. cap. 2. [Arnoldus Abbas Lubecensis]

in historia Slavorum. *Volens rex Antiochiae suos praescire quod factum esset, dimisit columbam.* Solent enim exeuntes ad quaelibet negotia secum asportare columbas, quae domi pullos habent noviter creatos: et si in via forte accelerare volunt nuntium, scriptas literas sub umbilicos columbae subtiliter ponunt et eam avolare permittunt: quae cum ad suos foetus prooperat, celeriter amicis desideratum nuntium apportat. Jacobus Vitriacensis de historia Orientali. Sunt praeterea columbae quae nuntiorum fungentes officio, litteras dominorum sub alis doportant, hora aut tempore modico multa terrarum spatia transeuntes: sunt autem valde utiles; maxime quando per terras inimicorum alii inimici transire non audent.] Nostra quoque memoria idem factitatum in obsessa quadam Belgii urbe et audivi saepius et legi. Περιστέριον blandientium vox est: ut in proximo Pherecratis loco, ἀλλ' ὡς περιστέριον Ὀμοιον Καλλισθένει πέτου. o columbula, vola similis Callistheni. at περιστερίδιον non columbulam, sed pullum columbae significat: ut apud 70. Levitici capite 1. καὶ προσοίσει ἀπὸ τῶν τρυγόνων, ἢ ἀπὸ τῶν περιστερίδιων τὸ δῶρον αὐτοῦ. In textu Mosis est, בְּנֵי תִּזְנָה בְּנֵי.

## CAPUT DUODECIMUM.

Ῥυπαροκέραμος. παραστάται, testiculi. πατανίων σωρεύματα, patinarum struices. γαλαθηνὰ κρέα. *Heniochi* Polyeuctus. *Suidae* suspecta fides. κερόεσσα ἔλαφος, *Cratetis* comici Γείτονες. ἀωτεῖν ὑπνον. τιτθὸς a Θῆσθαι. dorcades, dorcones, et zorcones. *Demus Pyrilampis F. Platonis* locus illustratus. ταῦς Atticorum.

TΩΝ δὲ βοσκάδων παλουμένων, ὁ μὲν ἄρρην πατάγραφος νήττης. In Excerptis hoc solum, ἔστι δὲ ὁ ἄρρην ἥττον νήττης. incertum est, utro potius modo legendum an ἥττων νήττης, minor anate: an πατάγραφος ἥττον νήττης: minus varius quam anas. ῥυπαρομέλανα τὴν χροιάν. Scribendum ut in Epit. ῥυπαρομέλαινα. Ossendimus in scripta lectione quod hic expressum est, τὸ ρύγχος ὁξὺ ἔχει, σκέπτον τε τὰ ὄμματα. vulgo σκέπτονται: quorum hoc absurdum, illud suspectum. τῷ

χρώματι δὲ ρυπασοκέραμός ἔστι. Excerpta ρυποκέραμος. Eustathius ad secundam Odysseam, υποκέραμος. Vulgatam explicat simul et tuetur alius locus ejusdem Alexandri paulo post de tetrace. τέτραξ τὸ μέγεθος Ἰησος σπερμο-  
p. 678. λόγῳ, τὸ χρῶμα ιεραμεοῦς, ρυπαραῖς στιγμαῖς καὶ με-  
γάλαις γραμμαῖς ποιιλος. καὶ Σίμαρος ἐν τρίτῳ  
Συνωνύμων. Scribendum Σιμάριστος. ex aliis multis  
Athenaei locis. καὶ οἱ καλούμενοι παραστάται. ratio  
nominis, quia gemini sunt. vide Hesychium, et corrigere  
ex medicorum libris. de horum esu, cap. 8. hujus libri.

Καὶ πνικτὰ Σικελικὰ παντανίων σωρεύματα. Jus-  
seram, πατανίων. βατάνιον et πατάνιον idem. Sed hoc  
σικελικώτερον. unde Latinis patina. et πατανίων σωρεύ-  
ματα, Plauto *struices patinarum*. in Menaechmis, *Tantas struices concinnat patinarias*. Δημήτηρ βροτοῖσι  
χάρμα δωρεῖται φίλων. Prima et postrema vox in mendo  
cubant. Scribendum omnino, — ἦν Φερέσβιος Δηώ  
βροτοῖσι χάρμα δωρεῖται φίλον. Τί λέγεις; Τρα-  
γῳδίαν παραινῶ Σοφοιλέους. Repone loco inepti hoc  
loco verbi παραινῶ, περαίνω: quo nihil convenientius.  
Sic περαίνειν ῥῆσιν et περαίνειν νόμον κιθαρῳδιόν.  
Γαλαθηνὰ ἔκλεπτον οὐ τέλεα. opponit γαλαθηνοῖς, id  
est, subrumis, τὰ τέλεα, quae perfectae sunt aetatis.  
Sic apud Hippocratem τὰ γαλαθηνὰ ιρέα τοῖς ισχυρο-  
τέροις opponuntur. neque solum porcellos γαλαθηνοὺς  
dixerunt, sed et agnos, hoedos, hinnulos, catulos, et  
omnes alios foetus teneros qui lacte nutruntur. mox  
etiam γαλαθηνὰ βρέφη, quae dicitur esitasse immanis  
et illaudatus tyrannus Phalaris. Alcaei corruptissima  
verba sunt ex quibus duos hosce faciebamus senarios,  
non vana fortasse conjectura.

Οἶει δ' ἀνούειν αὐτὸν, εἰ μὴ γρῦζομαι,  
ἄν σοι λέγω πλέον τι γαλαθηνοῦ υός;  
censem istum quae dicam tibi intellecturum magis  
quam porcellum, nisi grunniam? videtur in aliquem  
dictum cui objiciebatur υῆγια, et suillum ingenium.  
κομψός γε μικρὸς ιρωμανίσκος, οὗτος γαλαθηνός. Quid  
est ιρωμανίσκος, aut quomodo interpretabimur? si quis  
me hoc roget, jubebo, ἄλλην δρῦν βαλανίζειν. nam mihi  
barbarum id verbi est. Sed puto verius, esse scriben-  
dum aliter. puta, κομψός γε μικρὸς τὸ σῶμα μειρανίσκος  
οὗτος γαλαθηνός. venustus sane et parvo corpore ado-  
lescentulus hic subrumus. aut sic κομψός γε, μικρὸς τὸ  
σῶμα, υἱὸς οὗτος γαλαθηνός. Ἡνίοχος Πολυεύκτῳ.

Suidas praeit nobis ad diversam admodum lectionem. Scribit enim Polyeuctum comicum suisse, cuius fabulam *Heniochos* laudet in *Dipnosophistis* Athenaeus. nempe ita legit: ἐν Ἡνιόχοις Πολύευκτος. Ego falli Suidam non ambigo: nam vel ipfius testimonio rectum esse quod editur, probare possumus. Scribit ille alio loco, Heniochum veterem comicum, inter caeteras fabulas edidisse et Polyeuctum. Porro Heniochi comici non hic solum Athenaeus meminit: Polyeucti, neque Athenaeus usquam alibi, neque ullus aliis. In posteriore versuum Heniochi, scribe ex membranis, τέθυκε τὸν χοῖρον λαβών. non τέτοκε, quod nimis absurdum. οστ' ἐν ὅλῃ περόεις ἀπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς ἐπτοήθη. Non dubie vera est scriptura antiqua, περόσσης: ut mater cornuta dicatur non hinnulus. Sed hoc mutarunt, qui absurdum putabant, si cervae cornua tribuerentur. ceu vero Grae- p. 679. cos poetas versantibus frequentius quicquam in oculos incurrat, quam περόσσης ἔλαφος: qua de re multa vetus Pindari interpres, aliique viri naturalium rerum periti.

*Κράτης Γείτος.* Verum utrumque nomen, et poetae et fabulae. Utriusque testis Julius Pollux libro septimo sub finem, et libro decimo, capite 26. Cratetis verba ita habeant melius, νῦν γὰρ ὑμῖν παιδιῶν δαίσομ' ὥσπερ ἄρνῶν ἔτι γαλαθηνῶν τε καὶ χοιρῶν. Σιμωνίδης δ' ἐπὶ τοῦ Περσέως τὴν Δανάην ποιεῖ λέγουσαν. De hoc Simonidis cantico lege Dionysium Halicarnasseum extremo libro Περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. Quae inde afferuntur hic verba sunt inquinata mendis: ὁ τέκος οἶον ἔχω πόνον, σὺ δ' αὗτε εἰς γαλαθηνῷ δ' ἥτορι πνώσσεις. Restitue poeticum et Homericum verbum ac lege, ὁ τέκος οἶον ἔχω πόνον. σὺ δ' ἀωτεῖς, γαλαθηνῷ τ' ἥτορι πνώσσεις. O fili quantos ego cruciatus fero: at tu interea dulcem somnum carpis, et infantī animo stertis: ἀωτεῖν est ἀπανθίζεσθαι τὸν ὕπνον, quod vulgo dicimus, primum somnum dormire. Homerus Μηκέτινον εὔδοντες ἀωτεῖτε γλυκὺν ὕπνον. Neque alter qui sequitur locus Simonidis de Archemoro caret menda: εὐστεφάνου γλυκεῖαν ἐδάκρυσαν ψυχὰν ἀποπνέοντα γαλαθηνὸν τέκος. Archemorum Hypsipylæ filium infantem periisse testis Apollodorus et quicunque de Nemeorum institutione aliquid scripsérunt. Vox εὐστεφάνου neque Archemoro convenit, neque sententiae horum verborum. Non ausim dicere scripsisse poetam, εὗτε σέγ' ἀνθρωποι γλυκεῖαν ἐδάκρυσαν, etc. sed ponamus ita esse donec

proferatur aliquid melius. Itaque verte, *cum quidem omnes te flebant tener fili, dulcem animam efflantem.*

*καὶ ὁ τιτθός ἐνθένδε, διὰ τὸ ἐντίθεσθαι τὰς θηλάς.* a verbo θηλάς, non solum θηλή deducitur, verum etiam τιτθός: utraque vox mammam significat. ex MSS. adjecta periodus. Lege Eustathium. sequens versus et laceri, et fortasse perturbati codicis argumentum est.

*μόνως δοριάδες λέγονται, δόριωνες δὲ οὐ.* accipe λέγονται pro dici debent: aut, a probatis auctoribus nominatae reperiuntur. nam *dorcones* non dici omnino, falsum est, cum et *dorcades*, et *dorcones*, et *zorcones* legantur.

**ΤΑΩΣ.** ὅτι σπάνιος οὗτος ὁ ὄρνις δῆλοι Ἀντιφάνης. Videtur melius, ὅτι σπάνιος ποθ' οὗτος ὁ ὄρνις. nam ex sequentibus Antiphanis verbis non colligas recte raros pavones fuisse temporibus ipsius: sed aliquando fuisse raros. Poetae versus, ut ex libro 14. patet, ita sunt distinguendi,

*Τῶν ταῶν μὲν ᾧς ἀπαξ τὶς ζεῦγος ἥγαγεν μόνου σπάνιον ὄν (vel ἦν) τὸ χρῆμα· πλείους δ' εἰσὶ νῦν τῶν ὄρτύγων.*

Trochaïci sunt tetrametri catalecticci. At Breviator longe haec accipit aliter: nam illa, σπάνιον ὄν τὸ χρῆμα. πλείους δ' εἰσὶ νῦν τῶν ὄρτύγων pro Athenaei verbis habet, eaque subjicit sequenti testimonio Eubuli. nam Antiphaneum, utpote mendosum, omittit. *καὶ ταῦτα οὐκ εἰσάπαξ· ἀλλὰ παρ' ἡμέρας δύο.* Aristoteles, καὶ p. 680. *οὐκ ἐφεξῆς, ἀλλὰ διαλιπών δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας.* libro sexto Historiarum capite nono. *μή ποτε Θρέψω παρὰ Περσεφόνη τοιόνδε ταῦν, δις τοὺς εὔδοντας ἐγείρει.*

Verba sunt cujusdam ingruto pavonum clamore plurimum offensi, quod is saepius se excitasset. Ait igitur, vereri se ne molestam adeo avem cogatur alere etiam apud Proserpinam, id est in orco, cum fuerit mortuus. ut, *Ad generum Cereris sine caede et vulnere pauci Descendunt Reges.* Viri docti aliter: sed error est, quemadmodum etiam graviter iidem errant, cum ista, ὄρνεις δὲ ποιίλους πολλάνις ἐν αὐτῷ ὄνομάζει, Φάσιων τούτους τρέφειν Δῆμον τὸν Πυριλάμπους. interpretantur sic ut dicant, populum Atheniensem pavones splendidos aluisse. Vertendum erat, *In ea oratione Antiphon pavones nunquam nominat: sed semper aves varii coloris, dicens, Demum Pyrilampis F. has alere.* Demus hic ille est Φιλόκαλος et comulus juvenis, quem ut mollem et formae studiosum comici perstrinxerunt. Aristophanes Vespis,

Καὶ νὴ Δί' ἀν γέ που γεγραμμένον  
τὸν Πυριλάμπους ἐν Θύρᾳ Δῆμον καλόν.

ubi vetus interpres, μέμνηται τούτου καὶ ἐν Πόλεσιν Εὐ-  
πολις. Καὶ τῷ Πυριλάμπους Δῆμῳ ἄρα κυψέλῃ ἔνεστιν.  
ἥν δὲ καὶ εὔμορφος ὁ Δῆμος. Ex istis lucem afferes  
loco Platonis in Gorgia, ubi ait Socrates de se et Cal-  
licle, ambos se duorum amore teneri: ipsum quidem  
Alcibiadis et philosophiae: Calliclem vero δῆμον Athene-  
nium, et Δῆμον Pyrilampis, id est, populi et Demi  
qui erat filius Pyrilampis. Philosophi verba sunt, λέγω  
δ' ἐννοήσας ὅτι ἐγώ τε καὶ σὺ νῦν τυγχάνομεν ταυτόν  
τι πεπονθότες, ἐρῶντε δύο ὄντες δυοῖν ἐνάτερος. ἐγὼ μὲν  
Ἀλκιβιάδου τε τοῦ Κλεινίου καὶ Φιλοσοφίας· σὺ δὲ δυοῖν,  
τοῦ τε Ἀθηναίων δῆμου, καὶ τοῦ Πυριλάμπους. scribendum,  
καὶ τοῦ τοῦ Πυριλάμπους. non enim Pyrilampem am-  
bat Calicles juvenis senem et α'πὸ τῶν ἐρωτικῶν alienum:  
sed illius filium, cui erat nomen Demo, ut diximus. sub-  
jicit Socrates non multo post, καὶ πρὸς τὸν Πυρι-  
λάμπους νεανίαν τὸν καλὸν τοῦτον τοιαῦτα ἔτερα πέπον-  
θας. ταῦτα δὲ λέγουσιν Ἀθηναῖοι. Apollonius  
grammaticus lib. 4. ἐπεὶ οὐδὲν κωλύει τοῖς σεσημειωμένοις  
ὄμοια αὐτὰς ναθίστασθαι τῷ εὐοῖ, εἶτε (haec vox est  
corrupta) καὶ ἔτι τῷ παρ' Ἀττικοῖς ταῦτα. Scribit Hes-  
ychius, τάως Cretenium vocem esse, pro τέως: at pro  
pavone, scribi ταῦτα. sic in multis aliis dictionibus spiri-  
tum medium notabant: ut in ἀώρος cum est ab ὥρᾳ. et  
in πλησίαλος ac similibus de quibus libro superiore.  
Emenda ex Aristophanis codicibus subjectum hunc illius  
versum, Τηρεὺς γὰρ εἰς ὑπόπτερον ὄρνις ἢ ταῦτα. nam  
rectum est, Τηρεὺς γὰρ εἴσι σύ; πότερον ὄρνις ἢ ταῦτα;  
sequentia verba non leguntur apud comicum eo quidem  
loco: neque hic in Excerptis. Jam pro ὡς ἐν τῷ αὐτῷ  
Ἀριστοφάνης, invenimus scriptum ἐν τῷ ἀγύρῳ. itaque lego,  
ἐν τῷ Ἀναγύρῳ de ea fabula diximus alibi. Exempla  
tenuis spiritus cum ejus nota superscripta habet Eustath.  
νεῶς, Τυνδαρεῶς, et reliqua ad hunc modum. Ex eodem  
Eustathio scribendum mox in disputatione de spiritus p. 681.  
natura, καὶ ἐνταυθοῖ προάττουσα, (non πράττουσα) καὶ  
τάχιον ἐκθέουσα, δι' ἐπιπολῆς ἔστι τῶν λέξεων. vulgo  
δι' ἐπιστολῆς. nullo sensu. Significat aspirationis hanc  
naturam esse, ut in dictionibus simplicibus initiales  
vocales semper occupet: quo sese proripiens, et velut  
cursu antevertent ipsam dictionem, non pars illius  
cenferi debeat, sed aliquid illi insistens. Quod de H

Graeco et H<sup>u</sup> Romano subjicitur, cujusmodi sit omnes intelligunt.

### CAPUT TERTIUM DECIMUM.

*De antiquis avium et plantarum appellationibus.*  
*Diversa studia philologorum et philosophorum.*  
*De tetrace ave: ea duplex fuit. σπερμολόγου item vocis duplex notio. Φοινικοείμων. Κάθοδος Ἡρακλειδῶν. Ψύη, ψόα, ψοία. psoeadici. Clearchi liber Περὶ σκελετῶν. νευρομῆτραι, sive νεφρομῆτραι. Ψύα unde dicta.*

AVIUM et caeterarum animantium, itemque plantarum nomina quae apud vetustos scriptores leguntur, revocare ad vulgares appellationes, jocundus quidem et utilis, sed oppido difficultis labor est. Id enim commode prae-stare queat nemo, quin rei qua de agetur, et τοῦ τι ἡν̄ σῖναι αὐτῆς certam notitiam habeat. Atqui pleraque illorum quae diximus, vix cognitione τοῦ ὅτι, et solo nomine sunt nobis nota, cum in libris Hebraeorum, Graecorum, et Romanorum ea legimus. Cum autem duplex hoc modo sit omnium naturalium rerum cognitio: philologi et veterum scriptorum interpretes, hac fere quae levior est, necessario contenti, illam philosophis relinquunt. Ea namque vera et γνησιωτάτη philosophia est, quae Naturae, hoc est Dei OPT. MAX. opera scrutatur, et solidam perfectamque eorum intelligentiam gradum facit ad illius notitiam, quem unum esse vera est sapientia, et vere, ut ajebat Plato, πάντων τῶν μαθημάτων Θριγγός. Ad hanc rerum naturalium intimam, ut sic dicam, cognitionem cum non aspiret professio philologorum, quas vulgo etiam Graeci grammaticos vocarunt, mirum non est, si illis usuvenit, quod hoc loco eruditissimus convivator Laren sis eleganter ait. ἔθος, inquit, γραμματικῶν παισὶ περὶ πάντων τῶν προβαλλομένων λέγειν, εἶδος Φυτοῦ, εἶδος ὄρυτου, εἶδος λιθου. Quid miraris Laren sis? χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Λυδῶν ὀρίσματα. aliud inquam philologus profitetur, aliud philosophus: neque unquam illum puduerit ea fateri se parum intelligere, quae in veterum scriptis parum dilu-

ide explicata invenerit. Talis illa confessio est ingenuiudoris plena doctissimi Hebraeorum Rabbini Aben Ezrae: cibentis in secundum Mosaicae Geneseos caput, de noninibus fluviorum qui in libris nominentur, item famiarum, regionum, avium, et caeterorum animalium, eonon lapillorum, non posse cuiquam constare, nisi uis, ait, in somnis viderit, *νατ' ὄναρ χρηματισθείς*. p. 682. ipsa verba sapientissimi viri lubet adscribere: *וְאַיִן רָאֵיתָ שֶׁהוּא הַיּוֹרֵד רַק שְׁחַרְגֵּת הַחוֹלֵת כִּפְרַצְרַכְךָ וְאַיִן לֹא קָבַלָּת וּכְנַעֲשָׂה בְּמִשְׁפָּהָה וּבְמִדְינוֹת וּבְעֻופּוֹת וּבְאַיִן נִים אַלְיָה בְּהַלּוּם רָאֵיתָ*. Quod si unquam venia digna in omne docto ignorationis confessio, tum certe dignissima t, cum de re agitur non translatitia, sed cuius nomen lucissimis tantum locis usurpatum ab antiquis inveniar. Sunt autem hujusmodi quam plurima, vel potius, ope infinita, quae semel aut non multo saepius nomita offendas, cum omnia vetustatis momenta diligenter cusseras. In hoc album vox *τέτραξ* referri debet: de a eruditissimus vir Laren sis disputat hoc loco. Nota at doctissimis illius convivis *tetrax* avicula et spermozo similis, ex Alexandri Myndii libris De animalibus, poetis qui ejus meminerant. sed fuit eodem nomine versa alia avis, uni ut videtur, Aristophani nominata, propterea neque Laren sis convivis, neque aliis ejusculi doctis cognita. Vetus sane comicus interpres, mo magnae et reconditae doctrinae, quod genus avis et *tetrax* satis aperte indicat se nescire, cum ad eos i de animali historia scripserunt rejicit nos, ut quae-nus iphi, *ἐπισκεπτέον*, ait, *ἐκ τῆς τῶν ζώων ιστορίας ὡς τέτραξ*. Tetragem Aristophanis non esse illam mitam avem quam diximus pro certo et confessu sumitensis: credo, quia comicus eam Porphyrioni congit, pelecano, et pavoni, quae sunt non mediocris gemitudinis aves. Describit deinde Laren sis *τέτραγα* stophaneam, ut quidem ipse existimavit, veris et tis notis: id serio triumphans, quod rem doctissimis incompertam ipse comperisset primus, et illos do-tet. Caeterum an haec Paeonum, ut ait, et Myndum *tetrax* ea ipsa avis sit, de qua sensit Aristophanes, sine magna ratione aliquis dubitaverit. Quod autem debamus de Alexandri Myndii tetrage, clarum ex ejus bis quae assert Laren sis: *τέτραξ τὸ μέγεθος ἵστος ρυμολόγω*. Dalecampius enim dum putat se hunc loci corrigere, ille vero corrumpit. *τέτραξ* namque vera

lectio est, non  $\tau\acute{e}trι\xi$ , ut illi placitum contra librorum omnium et Eustathii auctoritatem. quo autem consit vertitur ab eodem,  $\% \sigma\omega\sigma \sigma\pi\epsilon\rho\mu\omega\lambda\gamma\omega$ , *frugum semina vescitur?* Observaret potius nomen  $\sigma\pi\epsilon\rho\mu\omega\lambda\gamma\omega\sigma$  et generis et speciei nomen esse. Interdum sic generatii vocantur omnes aves, quae id faciunt, quod nomine sonat: *frugum inquam semina legunt et comedunt:* interdum spermologus propria et sui generis avicula ex de qua loquitur hic Alexander Myndius, et mox Epicharmus. De eadem et philosophus, cum lib. 8. Historiarum, capite tertio, vermicoras, aves enumerans tandem scribit,  $\varepsilon\tau\iota \beta\alpha\sigma\iota\lambda\epsilon\nu\sigma \eta\alpha\lambda \sigma\pi\epsilon\rho\mu\omega\lambda\gamma\omega\sigma$ . Semper autem verum est, quod docebat philosophiae dictator,  $\varepsilon\nu \alpha\tau\omega\pi\omega \delta\omega\theta\epsilon\eta\tau\omega\sigma$  alios errores necessario consequi. Videlicet doctus qui male acceperat in Alexandri testimonio verbis p. 683. de quibus modo dictum, in eadem descriptione  $\pi\alpha\rho\pi\omega\Phi\acute{a}\gamma\omega\sigma$  scribendum censuit  $\pi\omega\Phi\acute{a}\gamma\omega\sigma$ : ne videlicet cogeretur sateri bis idem dictum esse: quod cum semper in philosophi oratione vix tolerabile sit: in rerum utique descriptionibus, aut definitionibus prorsus est intollerabile. Hoc metu liberat nos recta interpretatio: quae hoc dicit: *tetragem magnitudine parem esse spermologum*  $\pi\alpha\rho\pi\omega\Phi\acute{a}\gamma\omega\sigma$ , id est, quae frugibus vescatur, quod omnes autem  $\sigma\pi\epsilon\rho\mu\omega\lambda\gamma\omega\sigma$  faciunt. In Epicharmi ecloga perperam scribitur,  $\varphi\omega\iota\omega\kappa\omega\eta\omega\iota\mu\omega\alpha\sigma \tau\acute{e}tr\alpha\gamma\omega\sigma$ . Tolle superflua literam, et scribe,  $\varphi\omega\iota\omega\kappa\omega\eta\omega\iota\mu\omega\alpha\sigma$ . spondeo non aliud scriptum a poeta.  $\varphi\omega\iota\omega\kappa\omega\eta\omega\iota\mu\omega\alpha\sigma$ , ut  $\mu\omega\lambda\omega\eta\omega\iota\mu\omega\alpha\sigma$ , punice veste indutus, id est, punicens. Longius petitum quo placitum Dalecampio,  $\varphi\omega\iota\omega\kappa\omega\eta\omega\iota\mu\omega\alpha\sigma$ . neque verum censeo. At illud verum quod subdit Laren sis, Aristotelem teträgis nusquam fecisse ullam mentionem. Evidenter inter aves Aristoteli dictas *tetrix* quaedam verum ea longe diversa ab Aristophanis et Laren sis tragedie. atque addit philosophus, Atheniensibus non *tetrigem* eam aviculam fuisse appellatam, sed  $\omega\bar{\rho}\alpha\gamma\omega$  censeo faciendum, ut de hac voce cogitemus. quam aliter opinor non est reperire. ac fieri potest, ut  $\tau\acute{e}tr\alpha\gamma\omega$  scripserit. neque tamen propterea minus erit verum quod affirmatur a Laren si. nam siue *tetrigem* appelle siue *tetragem* avem illam de qua loquitur Aristoteles semper verum erit diversam esse eam de qua Aristophanes et Laren sis. Scribe in extremo sermonis hujus  $\eta\alpha\lambda \tau\alpha \pi\omega\epsilon\alpha \alpha\omega\tau\omega\eta \tilde{\eta}\nu \pi\alpha\rho\pi\omega\lambda\gamma\sigma\omega\alpha \tau\omega\iota\sigma\tilde{\eta}\sigma \tau\tilde{\eta}\sigma \mu\omega\gamma\alpha\lambda\eta\omega \sigma\tau\omega\mu\omega\eta\omega\eta\omega$ . Postea sequuntur haec:  $\Psi\Upsilon\Lambda\Gamma.$   $\circ \tau\tilde{\eta}\nu \tau\tilde{\eta}\omega$

τρειδῶν κάθοδον πεποιηκώς, ἐν τῷ τρίτῳ Φησὶν, Ἰσον  
 Ἐρμιονεὺς ποσὶ καρπαλίμοισι μετασπῶν, Ψύας ἔγχει  
 ξε. Quaeri potest, quorsum ista loco de *psyis*.  
 sed ratio est, quia in coquinis usitatum id fuit voca-  
 lum, non quatenus pars corporis humani sic vocatur:  
 erum pro ferculi appellatione, quod ex carnis τῶν  
 νῶν victimarum aut avium parabatur. Exempla tamen  
 ae ab Athenaeo afferuntur propriam ejus vocis signi-  
 cationem pótius respiciunt. Porro Atridas fuisse patria  
 pulsos, inque eam postea rediisse, nemo veterum quod  
 iam aut meminerim tradidit. at redditum in Pelopon-  
 sum Heraclidarum, anno post eversam Trojam 80.  
 is veterum non celebravit? Καθόδου namque Ἡρα-  
 clidῶν inter alios meminere Strabo, Pausanias, Tatia-  
 s, Clemens Alexandrinus, Vellejus Paterculus, atque  
 o verbo omnes veteres Chronologi. Quare legendum  
 e quoque autumo, ὁ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον  
 ποιηκώς. fortasse unus hic fuit de Cycli epici poetis.  
 to etiam scribendum, retracta in locum suum fugitiva-  
 era, Φησὶ Νῖσον δ' Ἐρμιονεύς: et μετασπῶν, non με-  
 σπῶν, quod ferri non potest, id est, *Nisum Her-*  
*oneus celeri pede consecutus*. quae hic adnotantur  
 Hermione et Pyrrho, arbitror aliena esse hoc loco.  
 aeterea videtur hic poeta scripsisse, ψοίας ἔγχειν.  
 quodam loco apud Hippocratem. ψύη, ψόα, et ψοία p. 684.  
 em. Inde apud Caelium Aurelianum *psoeadici*, qui  
 in iunctum dolore afficiuntur. Chronion lib. quinto capite  
 imo. Sic Levitici cap. 3. 9. priores editiones habent,  
 ἡ τὴν ὄσφυν ἀμωμον, σὺν ταῖς ψοίαις περιελεῖ αὐτό.  
 nupera sine causa fecerunt ψόαις. Sic autem vocant  
 . quam Moses ηνα. Dubitabam de fide nostrorum li-  
 orum in sequentibus istis, Κλέαρχος ἐν δευτέρῳ Περὶ  
 ελετῶν οὕτως Φησὶν: et ex libello Rusi Ephesii de  
 pellatione partium corporis humani legebam Κλε-  
 ρχος; sed didici postea, Rusum non Athenaeum emen-  
 tionis indigere: nam apud Pollucem qui totum fere-  
 si librum in suum secundum transtulit, Κλέαρχος  
 iplum. et de anatomicis rebus scripsisse Clearchum  
 lensem Aristotelis discipulum, testantur Pollucis verba  
 libr. secundo, τῆς μὲν οὖν ὅλης χειρὸς ὅστα ἔξι καὶ  
 εἴσιν εἴναι Φησὶν ὁ Σολεὺς Κλέαρχος, εἰς τῶν Ἀρι-  
 οτέλους μαθητῶν. *Psyas* alio nomine appellari scribit  
 earchus νευρομήτρας. ubi nos ex Suida judicamus rec-  
 m esse, νεφρομήτρας. Ait ille, ἐν ψόαις ἔγκεινται οἱ

νεΦροὶ, δι' ᾧν αἱ ὄρεξεις κινεῖσθαι πεΦύκασιν. Idem constare potest tum ex Hippocrate, qui νέΦρον et ψόη junctim nominare solet: tum ex interpretatione Risi quanquam in hujus editionibus Clearchi hic locus ita scribitur: Κλείταρχος τοὺς ἔξω πατὰ τῆς ράχεως μύας ψόας ναὶ νευρομήτρας Φησὶ παλεῖσθαι, οὐκ ὄρθως. sed et Κλέαρχος emendari debet hic, et νεΦρομήτρας, aut νεΦρομήτορας. Veriloquum vocis hujus sic traditur statim ὀνομάσθησαν δ' οὕτως διὰ τὸ ράδιως ἀποψᾶσθαι, οἵτις οὖσα ἐπιψαύουσα σάρξ. ναὶ ἐπιπολῆς τοῖς ὄστέοις ὑπάρχουσα. nomen invenerunt ψύαι, quod facile possint ἀποψᾶσθαι, id est, radi: ut quarum tactu obnoxia sic caro, super ossa eminens. ἀποψᾶν est radere, ut in Characteribus Theophrasti, σφόδρα ἀποψᾶν. facile autem p̄syas posse radi, clara res et αὐτόπιστος. nam id commune omnibus partibus quae protuberant et ιοῖλαι non sunt, sed potius νυρταί. Quare non divino quid sibi velit Etymologici auctor, cum scribit ψύην dici quasi ξύην: sed per antiphrasim, ἡν εὐχερῶς ξύσαι οὐ δυάδα μεθα. In Glossis Hesychii ψῦαι. et varie interpretantur. Nam praetermittam dicere, in verbis Athenaei videm diversas sententias super origine hujus nominis in unam confundi. nam alii a ψᾶν deduxerunt, alii a ψαύειν quare ita scribi malim, διὰ τὸ ράδιως ἀποψᾶσθαι. ή οἵτις οὖσα ἐπιψαύουσα σάρξ. Auctor Etymologici, ψύη παρὰ τὸ ψαύω, ή ἐπιψαύουσα σάρξ. ναὶ ἐξ ἐπιπολῆς οὖσα τοῖς ὄστέοις.

## CAPUT QUARTUMDECIMUM.

Teleclidis Στεργόι. οὔθαρ, sumen, ὑπήτριον, ὑπογάστριον. λαγῶα κρέα. lectores hirundini. Aprilis integri soliti aponi. σῦς dictus quasi θῦς. ὁ καλούμενος ψευδολόγος τῶν λόγων. προσποιεῖσθαι et ἀποπροσποιεῖσθαι. ἀσχέδωρος. ὁπός casei variae differentiae.

p. 685. AIT, Οὔθαρ. Τηλεκλείδης Στερρόοις. Verisimilitudinem habet quod legitur libro decimo quarto. (ubi sine causa haec repetuntur) Εταιροῖς pro Στερρόοῖς. non tamen id verum est. Sterrhos Teleclidis et noster laudat alibi, et Snidas ex Athenaeo fabulae ejus meminit. Ait,

σπανίως δέ ἔστιν εύρειν τὸ οὐδαρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων λεγόμενον. raro invenias οὐδαρ usurpatum de aliis animalibus. imperfecte concipitur haec observatio: non docet quid rectum sit. non enim ex his discas. quibus animalibus proprie conveniat. Scribunt alii, οὐδαρ esse μαζὸν τῶν προβάτων. id quoque parum satisfacit. nam οὐδαρ in universum appellatur mamma in homine et quadrupedibus: aut pars illa tota ubi sunt mammae: τῶν ζώων τὸ κατὰ τοὺς μαστοὺς, inquiunt veteres. Sed hanc vocem ganea sibi vindicavit, et οὐδαρ appellavit edules mammas: vel partem illam corporis ubi mammas habent porcae, et alia bruta. Latini sumen vocant: De his igitur οὐδαρ proprie usurpatur: interdum non κυρίως, sed ἀναλέγως de aliis quoque dicatur: puta de piscibus aut cetis: sed hoc raro et contra usum recte loquentium, ut observatur hic. cum ὑπογάστριον potius de ipsis dicatur. ὑπήτριον autem et ὑπογάστριον in re culinaria idem esse etiam Hesychius scribit. Verba Theopompi e Callaeſchro, suspecta nobis merito: de ea fabula diximus alibi de Sirenibus ejusdem, Pollux libro septimo. capite ultimo. In ΛΑΓΩΣ perperam scribuntur verba Archestrati, Τοῦ δὲ λαγὼ πολλοῖ τε τρόποι, πολλαί τε θεσεῖς Σκευασίας εἰσι. Lego, πάμπολλά τε εἴδη Σκευασίας εἰσι. minus recte etiam ista Aristophanis, λύσας ἵσως ἀν τὸν λαγωὸν συναρπάσειεν ημῶν. nam videatur sententia postulare λυθεῖσ. Mox scribe. Ήν δὴ πάρα μὲν βατίδες, etc. ut libro septimo in similibus locis. Recte autem scripsimus, ναὸς, νάλος. nam Atticum νάλως non fit a ναλὸς, pulcher, sed a νάλος, funis. Ait, τὸ μέν τοι, ἡ πτῶνα λαγωόν: id est, apud Homerum in illo versu Iliadis ράψ. χ. 'Αρπάζων ἡ ἄρν' ἀμαλῆν, ἡ πτῶνα λαγωόν. Statim, λαγῶν δὲ λέγεται ιρέα. Dalecampius docte, Leporinam τὰ λαγῶν vocant. Hippocrates quidem τὰ λάγεια: sed Attici τὰ λαγῶν. Aristophanes Equitibus, 'Άλλ' οὐ λαγῶ' ἔξεις ὅθεν δῶς. Quemadmodum autem ιρέα aut ιρεάδια dicebant τρία vel τέτταρα, pro frustis carnium tribus aut qualuor: sic λαγῶν similiter. Idem in Pace,

<sup>7</sup> Ήν δὲ ναὶ πνός τις ἔνδον, ναὶ λαγῶν τέτταρα  
εἴ τι μὴ ἔγνεγκεν αὐτῶν ἡ γαλῆ τῆς ἐσπέρας.

et saepius alibi idem poeta. ubi tamen λαγῶνa sunt qui scribant παρ' αἴσαν οὐ νατὰ αἴσαν. Ait, ναλοῦνται δέ τινες ναὶ χελιδονίαι λαγωοί. Hi lepores dicti hirundinini propter aliquam coloris similitudinem. Eustathius

ita explicat, τοιοῦτοι δὲ γίνωσκοι ἀνω μὲν μέλαινες, τὰ δὲ  
κάτω υπόλευκοι. ὅποιας καὶ αἱ χελιδόνες, κατὰ τὸν εἰπόντα  
τὸ, χελιδὼν. ἐπὶ γαστέρα λευκὰ, ἐπὶ νῶτον μέλαινα.  
Athenaeus, libro decimo quarto, fucus quoque chelidonas  
ita dictas innuit a colore, quia sint ἔρυθρομέλαινες. Ut  
fuerunt Romanorum mores, parum laetus convivator

p. 686. habitus suisset Larensis, si conviviis suis aprugnam non  
apposuisset: ille vero sicut fieri tum solitum aprum in-  
tegrum mensae inferendum curavit: de cuius magnitudine  
narrat dipnosophista. Συὸς δὲ ἀγρίου ἐπεισενεχθέν-  
τος, ὃς κατ' οὐδὲν ἦν ἐλάττων τοῦ καλοῦ γραφουμένου  
Καλυδωνίου. sonant haec verba, *aprūm in triclinium  
illatum esse et dipnosophistis appositum nihil minorem  
Calydonio*, qui pulcher pingi solet. ferat fortasse aliquis  
hanc lectionem: qui teretes habeat aures nemo ferat.  
Pro καλοῦ scribi potest κάπρου: verum ne id quidem  
satis explanat quod salebrosum est. Historiam Calydonii  
apri a Meleagro occisi narrat poeta in nono Iliadis, et  
praeter alios poetas Philostratus in Imaginibus. Paulo  
mox scribe, οἱ δὲ σὺν εἰρῆσθαι οἰονεῖ θῦν, τὸν εἰς θύ-  
σιαν εὔθετοῦντα. Varro libro secundo De re rustica,  
*Sus Graece dicitur ὥς: olim thys* (male editum *thysus*)  
est dictus ab illo verbo quod dicunt θύειν, quod est  
immolare. Ab suillo enim genere pecoris immolandi  
initium primum sumptum videtur. Lege Porphyrium  
Περὶ ἀποχῆς. Ovidius libro primo Fastorum,

*Prima Ceres avidae gavisa est sanguine porcae*

*ulta suas merita caedē nocentis opes.*

Sophoclis versus ex *Achillis amatoribus* sic scribitur  
in Epitoma, et apud Euosthium, Σὺ δ' ὡς σύαγρε ποι-  
λιωτικὸν βρέφος. In historia de morte Philetae, ὁ κα-  
λούμενος ψευδολόγος τῶν λόγων est id sophisma, quod  
pseudomenon omnes Graeci et Latini appellant. mutan-  
dum tamen nihil censeo in hoc librorum consensu. sicut  
nec paulo post, ἐπεὶ δέ συ καὶ τὸ προβληθέν σοι ἀπο-  
προσπεποίησαι περὶ τῆς χρόας τοῦ Καλυδωνίου συός. est  
quidem in promptu usitior vox quam istius loco sub-  
stituamus ex ipso auctore. ἀποπεπομποίησαι: respicit enim  
superiora haec, ὁ δὲ σφέδρας Φροντίσας, καὶ τὸ προβλη-  
θέν ἀποδιοπομπήσαμενος. sed temere quod editum est, et  
exaratum in omnibus mutari nolim. προσποιεῖσθαι est,  
sibi afferere et vindicare aliquid. hujus contrarium  
verbo ἀποπροσποεῖσθαι, significat auctor negare: nempe  
ad se aliquid pertinere. Graecos Siceliotas aprum ap-

pellasse ἀσχέδωρον probat auctor. non soli Siculi ea voce  
 usi: sed universa ora illa Italiae, quae Magna Graecia  
 dicebatur. quare ita accipe quod Hesychius scribit: ἀσχέ-  
 δωρος ὁ σύαγρος παρὰ Ιταλοῖς. nam emendare quidem  
 nihil necesse, cum etiam apud Eustathium alius gram-  
 maticus tribuat hoc verbum τοῖς Ιταλιώταις. esse tamen  
 vocabulum Graecae originis veriloquum arguit quod  
 recte explicant γραμματικῶν παῖδες. HOEDUS deinceps  
 commemorantur, varie parati: quorum erant quidam,  
 πολὺ τοῦ ὅπου ἔχοντες. sic scribe non πολλοῦ. laser au-  
 tem intelligo, et Cyrenaicum succum quem Graeci κατ'  
 ἐξοχὴν dicunt ὅπόν. docti viri cum hunc locum inter-  
 pretarentur oblii erant ejus discriminis quod statuit  
 Theophrastus, et omnis medicorum schola inter χυλοὺς  
 vel χυμοὺς et ὅπους. Quoties autem dictum in his libris  
 de lacerpitii in condimentis usu? Non male fortasse  
 scribas aliquanto post verba Antiphonis ex *Acestria*,  
 sicut ea Breviator nobis exhibet. Κρέα δὲ τίνος ἥδιστ' p. 687.  
 ἀν ἐσθίοις; προβάτων μὲν οἵς ἔνι μῆτ' ἔρια μῆτε τυρὸς  
 Φίλτατε. τῶν δ' αἰγείων κατὰ ταυτὰ, ἀ μὴ τυρὸν ποιεῖ.  
 διὰ τὴν ἐπιταρπίαν γὰρ τῶν ἀνδρῶν, ἐσθίων τὰ Φαυλότατ'  
 ἀνέχομαι. interrogatus aliquis quibus carnis libentissime  
 vescatur, respondet: ex ovibus quidem sibi eas  
 probari, quibus neque vellus adhuc ademptum, neque  
 pressa ubera ad caseum e capris similiter quae caseum  
 adhuc nullum dederint. non est obscurum agninam et  
 hoedinam hisce verbis intelligi, quod etiam vulgata lectio  
 palam ait, quae dictionibus ἄρνος et ἐριφου est auctior.  
 Idem poeta cum in Cyclope facit haec illum loqui:  
 τῶν χερσαίων δ' ὑμῖν ἥξει παρ' ἐμοῦ ταυτὶ, βοῦς αὐγε-  
 λαῖος, τράγος ὑλιβάτης, αἴξ οὐρανία: querendum reli-  
 quit nobis quid appellaret *capram coelestem*. sed et  
 contradicit ipse sibi Cyclops: qui postquam χερσαίους  
 cibos promisisset, οὐρανίαν αἴγα exhibeat. An igitur  
 scripserat comicus, αἴξ δὲ Συνρία. vel cum negatione,  
 ut in sequentibus multis, αἴξ οὐ Συνρία. de capris Scy-  
 riis res vulgata. Jam vero cum ait Cyclops, ὑμῖν ἥξει  
 παρ' ἐμοῦ τυρὸς χλωρὸς, τυρὸς ξηρὸς, τυρὸς ιοπτὸς, τυ-  
 ρὸς ξυστὸς, τυρὸς τηγητὸς, τυρὸς πηγητὸς: lascivia comica  
 ad copiae ostentationem species singit, quae nullae sunt:  
 nam χλωρὸς quidem caseus est recens: ξηρὸς siccus ac  
 durus: ξυστὸς rasilis, cuius ramentis cibi asperguntur:  
 πηγητὸς recentissimus et tantum quod coagulatus: at ιοπ-  
 τὸς et τηγητὸς, non verae ut puto differentiae, sed fictae

sunt a poeta. Quare in illis explicandis operam abuti non debemus.

### CAPUT QUINTUM DECIMUM.

*Mnesimachi Hippotrophus. thalamus κυπαρισσοτρόφος* sive *κυπαρίσσορόφος. Hermae Atheniensium.* Φύλαρχοι. μελετᾶν, meditari. διαλαιμοτόμησις. κρατήρες ἐξεργδοίβδηται λείπεται κόρδαξ. Formula parandae attentioni, οὗτος, βλέψον δεῦρο. Φυξίκινος乒乓is. ἀπία γῆ. μάρον.

REFERENS Athenaeus aliquot veterum comicorum locos, quibus coenarum descriptio continebatur, longam ἥστιν affert ex *Hippotropho Mnesimachi*: qua universum cuiusdam convivii choragium luculenter et κατὰ λεπτὸν facetus poeta descriperat. Nemo qui istam Mnesimachi eclogam legerit, caussam requisitus est, cur Aelianus, sicut libri septimi, cap. 7. dicebamus, inter δειπνολόγους poetas hunc praecipuum faciat cum Epicharmo. Inducitur initio aliquis vel cocus vel architriclinus, qui Manem servum jubet convivas e foro arcessere, aliisque locis, et paratam coenam illis nuntiare. Βαῖν' ἐκ θαλάμων, inquit, κυπαρισσοτρόφων ἔξω Μάνη. στεῖχ' εἰς αγορὰν πρὸς τοὺς Ἐρμᾶς. οὐ προσφοιτῶσ' οἱ Φύλαρχοι. thalamus κυπαρισσοτρόφος ferri potest, si ferimus θάλαμον pro amplae domus ambitu, ubi horti sint et viridaria: sin hoc durum, non aspernanda conjectura nostra, quae est, ut litera unica dempta scribamus ἐκ θαλάμων p. 688. κυπαρισσοτρόφων. e thalamis quorum cupressina lacunaria. non debet vox θάλαμος aliter hic accipi quam in nota significatione: ac videntur epulae noptiales a poeta hic describi. quod etiam illa mox verba confirmant, ἀκολασταίνει νοῦς μειρακίου. de sponso enim videtur loqui. sequentibus verbis designatur ea pars fori ubi reperiri queant invitati. ito in forum ad Hermas: ubi solent frequentes esse tribuum magistri. Diversorum morum homines diversis in locis et urbis aut fori partibus soliti convenire: quod docet eximie Plautus in Carculione, scena Aedepol nugatorem lepidum. Noti autem sunt Atheniensium Hermae, et statuae illae ἀκωλοι, quas in foro, aut non procul, neque a foro neque

a gymnasio suisse positas, ex Pausania discimus. Ad Hermas ventitasse ait invitatos, quos appellat Φυλάρχους, quasi praefectos tribuum. vel quod nunc primulum venit nobis in mentem, Φιλάρχους, ut significet primores civitatis esse, qui honores soliti petere et gerere. Verum quia per v scribunt exemplaria omnia Φύλαρχος: id potius sequamur. Athenis id. sicut non contempnenda dignitatis nomen Aristoph. Avib. 'Ως Διῆτρε Φής γε πυτιναῖα μόνον ἔχων πτερά' Ήρέθη Φύλαρχος, εἰδ' ἵππαρχος. Addit poëta, τοὺς τε μαθητὰς τοὺς ὥραίους, οὓς ἀναβαίνειν ἐπὶ τοὺς ἵππους μελετᾶν Φείδων καὶ παταβαίνειν. Malim, τοὺς τε μαθητὰς ὡς τοὺς ὥρατους. οὐδὲ ἀναβαίνειν ε. vade. etiam ad formosos illos discipulos: id est, ad illud gymnasium ubi exercentur adolescentes delicati. ubi discit Phidion in equos ascendere, et ex iisdem descendere. in vulgata lectione μελετᾶν accipitur pro docere: quod insolens plane: nam μελετᾶν est discere, meditari. unde apud Plinium in Panegyr. *Meditatio campestris turmarum.* Itaque non οὓς ἀναβ. sed οὐ lego, ut in praecedenti periodo, οὐ προσφοιτῶσιν οἱ φ. [Fortasse Phidion hic ejus artis erat magister, quae docet in equos concendere, ex iisdem descendere, et varie agitare. Sensus igitur fuerit, illuc eundum esse, ubi Phido suos discipulos docet se se exercere in exercitiis rei equestris. quorum duas commemorat species praecipuas. vide Xenophontem περὶ ἵππων. Sed hujusmodi sententia verbum desiderat, quod videtur excidisse, διδάσκει, aut simile.] Ait σπλάγχνα ὄπταται χαύνω. Scribendum σπ. ὄπτηται χαῦνα. vel mutata distinctione hoc modo, σπλάγχνα ὄπτηται. χαῦνον ἥρπασται πρέας ἐξ ἄλμης. Addit, διαλαιμοτομεῖδ' ὑπὸ τῶν ἔνδον. Malim, διαλελαιμοτόμησθ' ὑπὸ τῶν ἔνδον. qui intus sunt omnes victimas jugularunt, quae ad epulas necessariae. διαλαιμοτόμησις magni convivii designationem habet: cuiusmodi est quod Hebraei vocant חַרְבָּה quasi dicās excisionem. Affine et proprium coquorum verbum est διαρταμεῖν. Anaxandrides, 'Αρτιώς διηρτάμηε. καὶ τὰ μὲν διηνεκῆ σώματος μέρη δαμάζεται ἐν πυρικτύποισι γῆς. Eodem sequentia spectant male accepta interpretibus, κρατήρ ἐξερροίβδητ' οἴνου, πρόποσις χωρεῖ. cratera largiter impleta est vino. id est, crateri vinum e cado insulsum est abunde: jam incipiunt convivae poculis se invitare. ῥοῖσος (sive ῥοῖβδος) exponitur a veteribus ῥεῦμα σφοδρόν: quia usurpatur etiam ad soni ejus signi-

sificationem, quem edit fluens aqua vehementius: hic vero πρατήρ ἐκροιβδεῖσθαι dicitur, qui largiore fluxu vini e cado fluentis fuerit impletus. Pergit qui Manem alloquitur. λείπεται πόρδαξ. ἀνολασταλνει νοῦς μειρανου, πάντες δ' ἔνδον τὰ πάτωθεν ἄνω. Sunt qui emendent, ἔλιπεται πόρδαξ. quae et nobis placeret emendatio, nisi λείπεται mordicus defendant libri omnes, neque causa est cur mutemus. Nam ut ἐναργέστερον exprimeret omnia pridem parata, et dudom in mora esse convivas ad quos Manes mittebatur, cum jam epulis se accinxissent qui domi erant, λείπεται πόρδαξ, inquit: quasi hoc dicat id superesse unum, ut mensis remotis saltatio instituatur: non enim saltare incipiebant, nisi finitis epulis. Pro, τὰ πάτωθεν ἄνω, placeat magis, nec opinor sine causa, τὰ πάτω θέσαν ἄνω. syllaba αν, quae fuerat geminanda, semel scripta, depravando loco fuit. Quam varie accipiunt Graeci suum illud ἄνω πάτω, alibi multis docebamus. Scribe deinde elegantissimum locum hoc modo.  
μέμνησ' ἀ λέγω. πρόστεχ' οἵς Φράζω. χάσκεις οὗτος, βλέψον δεῦρ'. εἴπως ταυτὰ Φράζης. memento eorum quae dico: attende iis quae loquor. oscitas? heus tu, huc aspice. ut si fieri potest eadem illis dicas. scribebatur χάσκεις αὐτός. corrupta venustate hujus loci. οὗτος proώ οὗτος initio periodi frequens apud Atticos. elegans formula est, βλέψον δεῦρο, qua etiam vulgo utimur cum pueros nostros ad ea quae dicimus jubemus attendere. Sic apud Sophoclem Dejanira Licham compellat, Οὗτος, βλέψ' ἀδε. πρὸς τὸν ἐννέπειν δοκεῖς. et in Oedipo tyranno. Οὗτος σὺ πρέσβυ, δεῦρό μοι Φάνει βλέπων "Οσ' ἄν σ' ἐρωτῶ. Plautus in Amphitruone. Sosia age: me huc aspice. in Capteiveis. quaeſo hercle agedum aspice ad me. in Mostellaria, Quaeſo aedepōl huc me specta, et responde mihi. paulo post, Surge, ne nugare: aspice dum contra me. Sequitur, αὐτὶν ἐρῶ σοι πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἥκειν ἥδη καὶ μὴ μέλλειν, τῷ τε μαγειρῷ μήτε λυμαλνεσθαι. non male vocem αὐτίνα praecedentibus connectas, mutata interpunctione. omnino autem μήτι scribendum non μήτε. de illis videant, ne quid sua mora coco noceant. perit enim multis cibis sua gratia, nisi opportune comedantur. Lege descriptos ante hoc libro Alexidis super hoc versus, ex ejus Milesiis. Inter alios pisces Mnemosyno hic nominatos, Φυξίνιος quidam est, quem alibi non reperimus. Graecis Φυξανινὸς idem ac meticulosus. an aliquem pisces ita nominaverint

piscatores, queis nota eorum ingenia nescio. Lege mox, θύννος, ιωβιὸς, ἥλαιατηνες. ut lib. septimo. et de istis, ιννὸς οὐραῖον τῶν ιαρχαρίων, vide libro eodem, in σαῦρος. inde emendabis et alia nonnulla piscium nomina, quae in hoc laterculo minus recte scribuntur. Non damnem mox, ιαὶ μετὰ δεῖπνου θαυμαστὸν ὅσ' ἔστι, αἴγαθῶν πλήθη. magis tamen ex usu sit, θαυμαστά γ' ὅσ' ἔστι αἴγαθῶν πλήθη. Subjicit, σεμναὶ δ' αὐλῶν ἄγαν αἱ Φωναὶ, μολπᾶ, ιλαγγᾶ. Scrib. μολπαὶ, ιλαγγαὶ. in proximis verbis non pauca corrupta. nam quid est hic νεῖται? quid, ιούραν ιασίας ἀπὸ γᾶς ἀγίας? interpres p. 690. non male, quod ad sententiam ιαίουσι ιασίαν ἀπὸ γᾶς Ἀσίας. aut scribe, ἀπὸ γᾶς ἀπίας. Homerus, τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαῖης. Deinde, ὁσμὴ σεμνὴ μυκτῆρα δονεῖ λιβάνου μακροῦ. scribo, μακράν. procul nares ferit odor thuris. Hesychio auctore μάρον herbae cujusdam nomen est: id si huic loco velis accommodare, quod fecit interpres, per me licet. minus tamen probo. proxima his non uno modo possis ex libro ultimo concinnare: sed quod admodum placeat nihil dum excogitavi. Quare utemur comperendinatione. Atque haec ad Mnesimachi ῥῆσιν.

## CAPUT SEXTUMDECIMUM.

Sophon proprium nomen. φλεδόνες. χορὸς Ἀσπέρδιος. Prox. Aspendius citharoedus. πρός τινι γίγνεσθαι. Dionysii tyranni fabula. Θεσμοφόρος. discriben inter μάγειρον et ὄψοποιόν, sive διάκονον. ἡ μάγειρικὴ καπνιζομένη τυραννίς. Mos assumendi vestes diis proprias. ἐξινιάζειν.

ΣΟΦΩΝ in primo versu ex Anthippi *Encalyptomeno*, parum Graecis usitatum viri nomen est. Σόλων forte an verius [aut Σόφρων.] tamen et versu 18. Sophon et recte. Sic libro 14. coqui cujusdam meminit Athenaeus, qui Sophon nominabatur. In sexto scribe, Καὶ τὴν θυεῖαν ἡφάνισαν ἐν τοῦ μέσου. Inter praecipua culinae instrumenta est mortarium, ad intrita et condimenta. Sed Labdacus novis inventis suis effecisse dicitur ne eo opus esset amplius. deinde poeta se ipse explicat. Octavum versum sic libri nobis exhibent, — οἵς ὁ Κρόνος ἀρτύ-

μασιν Ἐχρᾶτο, πάντα Φίλων + τὸ εἶναι δ' ὑπέλαβον. Si advertimus animum non est obscura loci hujus sententia, utut inquinatae hominum infrunitorum manus omnia corruperint. Hoc autem ait generosus iste orator, cocus illos de quibus initio dixit, omne priorum artificium superasse et vanitudinis atque ineptiarum arguisse: quasi illi nugae egissent, non coquos peritos suae artis. Scribo igitur servatis vestigiis corruptae lectionis: — οἵς ὁ Κρόνος ἀρτύμασιν Ἐχρᾶτο, πάντα Φλεδόνας εἶναι δ' ὑπέλαβον. Φλεδόνες, νυγαε, λῆρος. Timon in Sillis, Ἀλλ' οὐδὲν τούτων Φλεδόνων μέλει. potes et Φλήναφον, aut Φλυαρίαν scribere. 22. Ἐμὲ πατακόψεις, οὐχ ὁ θύειν μέλλομεν. enecabis me nimirum, non hostiam qua facere volumus. Exposuimus jam capite sexto, apage doctorum emendationem οὐχὶ θύειν μέλλομεν. 24. Ἐχοτα, καὶ γητοῦντα πατὰ τὴν τέχνην. Scrib. γητοῦντα τὰ πατὰ τὴν τέχνην. ea vestigantem quae ad artem pertinent. 45. Οὐδὲν χονδρεύου σοι διαφέρω τ' Ἀσπενδίου. Mendum palam faciunt metri lex et sententia: quae nulla est: nam de interpretatione viri docti quid aliud dicas, nisi quod olim de Meneclie? Emendemus igitur quod corruptum est, ut sententia sit aliqua, et stet versus. Lego, Οὐδὲν χοροῦ σοι διαφέρω τ' Ἀσπενδίου. per chorūm Aspendium intelligo citharoedum: de quo extat proverbium Ἀσπένδιος κιθαριστής: ac fortasse scriben-  
p. 691. dum Οὐδὲν κιθαριστοῦ διαφέρω τ' Ἀσπ. Eo proverbio utebantur, quoties de eo loquerentur, qui sua sibi commoda non aliorum sectaretur: cujusmodi sunt avari et quaestus cupidi. ὁ γὰρ Φιλοχρήματος, ait Zenobius, exponens hoc proverbium, οὐδὲν τῶν πέλας ἔνεκα οἰκονομεῖ. ἔλιει δ' ἐφ' ἑαυτὸν πάντα. haec ille. sed non minus venusté de alio usurpaveris, qui sibi non aliis laborem suum vult esse utilem. Sic igitur et cocus hic similem se ait esse Aspendio citharoedo: vel ad cocorum rapacissimas manus alludens: quae sexcentis jocis materiam praebuere apud Plautum et Graecos comicos: vel potius hoc significans: se libenter vesci eo quod paraverit, si fiat modo copia. Atque hanc interpretationem proximus versus confirmat. Γεύσω δ' ἐὰν βούλησθε τῶν εὐρημένων, meis inventis fruar lubens si per nos liceat. 36. Πρὸς τὸ Φιλεῖν δὲ τὴν δικνοιάν ἐστ' ἔχων. Scrib. πρὸς τῷ Φιλεῖν. sic loquuntur Graeci. Aristotel. 8. Polit. ὅταν δὲ ἔτη τρία πρὸς τοῖς ἄλλοις μαθήμασι γένωνται. Sic lib. sequente, οἱ πρὸς ταῖς ὑπηρεσίαις ταύταις. qui

*in eo ministerio occupantur.* 40. principium repete ex superioris fine, ac scrib. "Οταν ἐγγύει. οὐδὲν δέ τοι πάτερος, ἀρτύω Φανῆν. In 44. transpositis vocibus malim scribi, Σίναπι τούτοις παρατίθημι, καὶ ποιῶ χυλ. Anthippi μάγειρικὴν βῆσιν excipit alia poetae nescio cuius. Nam ait, Καὶ παρὰ Διονύσῳ δέ εν Θεσμοφόρῳ αὐδρες δαιταλεῖς τι Φησι; quis autem hic *Dionysus* dramaticus poeta? Lego Διονυσίων, et hanc quoque fabulam Dionysio tyranno tribuo: certum est aliquot comoedias ab hoc editas. *Adonidem* illius paulo ante laudavit auctor: nunc Θεσμοφόρου: quam vocem utro genere accipiamus, viriline an foemineo, et qua notione, incertum. Totum hujus eclogae principium corruptum est. Apponemus aliquot versus ita ut legendi videntur nobis.

## — σΦόδρα

μικράν γε χάριν αἴει, μίαν, νή τοὺς θεοὺς  
ταῦτι προεῖπας τὸν μάγειρον εἰδέναι.  
πολὺ δεῖ γὰρ αἴει πρότερον οἵς μέλλει ποιεῖν  
τὸ δεῖπνον, ἐγχειρεῖν, ποιεῖν πόλλ' εἰδέναι.  
ἀν μὲν γὰρ ἐν τις τοῦτ' ἐπιβλέψῃ μόνον,  
τοῦψον ποιῆσαι κατὰ τρόπουν πῶς δεῖ τίνα  
τρόπουν δὲ παραθεῖναι, πότ', η πῶς σκευάσαι,  
ἀν μὴ προΐδῃ τε τοῦτο, μηδὲ Φροντίσῃ,  
οὐκ ἔστι μάγειρος, ὄψοποιὸς δέ ἔστ' ἵσως.

qui ante locutus erat; coquum aliquem laudaverat, eo unico nomine, quod cibos optime condiret. at ille cuius haec sunt; negat coqui eam esse laudem: sed vilis ὄψοποιοῦ. Artem enim coqui majus aliquid esse, et ex pluribus observationibus collectum. Sic alii poetæ in recitatis alibi testimoniosis discrimen statuunt inter μάγειρον et ὄψοποιὸν, sive et διάκονον, ut Nicomachus libro septimo. Quod dixerat de differentia inter μάγειρον et ὄψοποιὸν, pulchro simili frequentibus quatuor versibus illustrat: quibus hoc ait: vulgo quidem ductorem quemcunque exercitus στρατηγὸν dici: caeterum si rei veritas spectetur, alind esse στρατηγὸν, aliud ηγεμόνα: hac enim appellatione ducatus militum functionem solummodo designari: illa, universum totius imperatoriae artis p. 692. motitiam. Scribe sic hunc versum, Καὶ γὰρ στρατηγὸς πᾶς καλεῖθ', ὃς ἀν λάβη Δύν. Mox ait, Πάντα μὲν ἱλήψει σχεδὸν, αἴει γὰρ οὐκ αἴει δὲ τὴν Τούτων ἀρχὴν ἔχει θ' ὅμοιαν, οὐδὲ ἵσην τὴν ηδουήν. Sententia horum verborum est posse quidem omnia omnibus anni tempestatibus reperiri: at non omnia semper aequem emi com-

mode: cum alia aliis anni tempestatibus sapient magis, et sint palato gratiora. Prior horum versuum est hypermeter. Sed legendum

— ἀπαντα μὲν

λήψει σχεδόν γ' αὐτὶ γάρ. οὐκ αὐτὶ δὲ τὴν  
ἀκμὴν ἔχει θ' ὁμοίαν, οὐδ' ἵσην τὴν ἥδονήν.

more suo Athenaeus quaedam non descripsit, quibus loquentem cocum erat aliquis interfatus: qua de re lectorem monebamus libro secundo cap. 15. Ab istis separari sequentia debent, quorum haec est sententia: credi vulgo artis μαγειρικῆς doctorem magnum esse Archestratum: cum e contrario multa ille ignoraverit, et omnino nihil in eo argumento laude dignum praestiterit. Porro errare eos graviter, qui putent ex scriptis aut dictatis magistrorum τῆς μαγειρικῆς artem addisci et perfecte cognosci posse: nam illius hanc esse naturam, ut scriptis eam complecti queat nemo. dominari enim in hac re τὸν παιρόν: cujns nulla possunt certa praecepta dari. Haec quidem sententia est istius loci: sed in vicesimo septimo versu τῶν βιαίων ἔσθι ἐνεκα τὰ γεγραμμένα, et tribus sequentibus haeremus. 30. fortasse ita concipiendus: Αὕτη δ' ἔαυτῆς ἔστιν οὐχὶ δεσπότις. Sane duos proxime sequentes scribere sic debes.

"Αν δ' αὖ σὺ μὲν χρήσῃ τέχνη, τὸν τῆς τέχνης  
παιρὸν δ' ἀπολέσεις, παραπόλωλεν ἢ τέχνη.

Postremi versus hujus ῥήσεως melioribus libris opus habent: at Hegesippei quos statim pronuntiat Aemilianus ex *Adelphis*, debuerant interpretibus emendari ex libro septimo. Ibi eos lege capite 11. Mutila est coqui responsio ad Aemilianum, παταφρονεῖς ὅτι μάγειρος εἰμι. Ίσως ὅσον ἀπὸ ταύτης τῆς τέχνης εἴργασμ' ἐγὼ πατά τὸν πωμικὸν Δημήτριον. ut sit perfecta sententia, videtur aliquid desiderari. Hoc vult enim: contemnis me quia sum coquus: atqui eruditio tua (erat Aemilianus grammaticus) non attulit tibi tantum compendii: quantum ego lucri ex hac mea arte feci. Eleganter in tertio subjectorum e Demetrio versum dicitur, ἢ μαγειρικὴ esse παπνιζομένη τυραννίς tyrannis fumo obnoxia: appellat *tyrannidem*, honoris cocorum caussa: quia in aulis principum et tyrannorum nunquam non sunt coqui: addit παπνιζομένη, ut faciat discrimen inter veram tyrannidem sive potentiam, et eam coquorum, qui imperium habent culinae parietibus circumscriptum. Deinde magnates commemorat quibus ministraverit. Seleucum

nempe Syriae regem et Agathoclem Siculum tyrannum: versu sexto fulci labans metrum, Τῷ Σικελιώτῃ, τῇ τυραννικῇ Φακῆν. Sequentes vel summis ingeniis faciant negotium, nedum nobis. Sic enim scribuntur in omnibus exemplaribus,

Τὸ μέγιστον οὐν εἴρηνα· Λαχάρους τινὸς  
ὅτ' ἦν ὁ λιμὸς ἐστιῶντος τοὺς Φίλους  
† ἀνάληψιν ἐποίησ' Ἀθηνᾶν Λαχάρης  
† οὐδὲν ἐνοχλοῦσαν δ' ἐνοχλοῦντα νῦν ἔγω.

Non verebimur suspiciones nostras in medium proferre etiam hic: neque enim ceu πυρίας δόξας illas haberi volumus, sed ut conjecturas meras. Videtur autem poeta Lacharem Athenensem ducem, cuius in Atticis historiis mentio, in Attico theatro more comicō proscindere: quod in summa annonae caritate, cum pars magna civium fame periret, convivium lautissimum celebrasset, cui meretrix aliqua amata ipsi, Minervae cultu ornata intererat. Id aliquando factitasse homines disfollatos et luxu diffluentes, testis sit vel Augusti coena illa δωδεκάθεος, de qua Suetonius libro secundo, cap. 70. Quare ita lego,

"Αμ' ἀνδράσιν ἐποίησ' Ἀθηνᾶν Λαχάρης  
δὴ τότ' ἐνοχλοῦσαν, Δι' ἐνοχλοῦντα νῦν ἔγω.

Quod maximum est, inquit, non dixi vobis: nam Lachares quidem cum aliquando tempore famis amicos convivio exciperet, effecit ut in mortalium convivarum turba censeri Minerva non recusaret: ego vero nunc faxo ut etiam Jupiter vocatis ad coenam accenseri velit. ἐνοχλεῖν hic turbae interesse significat: etsi aliud vulgo sonat. In manu exaratis vox ἔγω cum sequentibus jungenatur: puto suisse bis scribendam. neque enim parum elegantiae accesserit sequenti aposiopesi Aemiliani, si scribas: Ἐγὼ, ὁ Αἰμιλιανὸς ἘΦη, εἰ μὴ δείξης, ὁ τι Φέρεις. Ait coquus, ρόδα τὰ εὐσμύτατα ἐν ἵγδει τρίψας. Libri meliores, ἐν ἵγδῃ recte. nam ἵγδει pro pila et mortario non dicitur: sed ἵγδη. In pilam hanc injecisse se narrat iste, ἐγκεφάλους ὄρνιθων τὰ καὶ χοίρων σφόδρα ἐξινιαθέντας. Dalecamp. cerebra diligenter commixta, et ad unitatem redacta. mirum verbum finxit videlicet ἐξενοῦν. Melius Excerpta ἐξινιασθέντας. interpretamur autem ἐξινιάζειν fibras sive fibrillas adimere: quod puto factum transmissis per colum cerebellis. Affines sunt apud alios voces ἐξινοῦν et ἐξινᾶν, quae sumuntur simpliciter pro vacuare.

## CAPUT SEPTIMUM DECIMUM.

Αὐταῖς χύτραις. locus Euripidis. ἔτνος et ἐψημα  
ἐτνηρόν. λέκιθος. Eupolidis χρυσοῦ γένος vel  
χρυσογένης. λαβάργυρος ὠρολογητής. Servi qui  
horas observabant. νησιωτικαὶ δίκαιοι, alia non-  
nulla.

**SEQUITUR**, Metà ταῦτα δὲ περιενεχθεισῶν ὄρυζων  
τε ὄπτῶν, Φακῆς τε καὶ πισῶν αὐταῖς χύτραις. Malim  
πίσων. nam πίσου dicitur. Iequitur tamen ex Phania πι-  
σός. significat fuisse dipnosophisti oblatas assas gallinas,  
et lentem ac pisa cum ipsis in quibus coxerant ollis.  
ita accipiendum erat τὸ αὐταῖς χύτραις. ut cum dicunt  
p. 694. passim historici, periisse naves αὐτοῖς ἀνδράσι. Restitue  
loquendi hoc genus Euripidi, in extremo Cyclope: ubi  
ait surens Cyclops,

Οὐ δῆτ' ἐπει σε τῆσδ' ἀπορρήξας πέτρας  
αὐτοῖσι σὺν ναύτησι συντρίψω βαλών.

scribendum, Αὐτοῖσι συνναύτησι. nam plenum est, σὺν  
αὐτοῖς τοῖς συνναύταις. Mox narratur ex Eresio Phania  
fabam et pisum ἐψήσεως ἐνενα σπείρεσθαι: quod cum  
obscuriuscule dictum sit, additur ἐτνηρὸν γὰρ ἐκ τούτων  
ἐψημα γίνεται. id est, sit namque ex istis jus densum  
pultaceum. Videtur Phanias differentiam aliquam statnere  
inter pultem et id quod vocat ἐψημα ἐτνηρόν. Ex le-  
guminibus utrumque parabant: et pultem, sive ἔτνος, et  
ἐψήματα, de quibus libro quarto, capite sexto. In-  
terpres longe haec aliter. sunt sane quae deinceps ha-  
bentur Phaniæ verba, caeteris illius quae in his libris,  
similia: obscura inquam, et ab imperitis hominibus male  
accepta, quod saepe jam questi sumus. melius autem  
scribas τὰ δὲ πάλιν αὐθίς λεκιθώδη, quam ut editum  
per v λεκυθώδη. leguminis species est λέκιθος. Ait  
dipnosophista, πισοῦ (vel πίσου) τοῦ ὄσπρίου μυημονεύει  
καὶ Εὔπολις ἐν Χρυσῷ γένει. In comici scholiis ad Ra-  
nas, fabula haec Eupolidis laudatur, et Polluci libro  
septimo, cap. 22. at in ejusdem libro nono, et iterum  
libro decimo, cap. 17. et 31. ἐν Χρυσογένει scriptum  
offendes, pro χρυσῷ γένει. eadem scriptura apud Har-  
pocrationem, in σιπύᾳ. An igitur duas fabulas Eupolis

docuerat, alteram Χρυσοῦν γένος inscriptam alteram Χρυσογένης? Cum dixisset Ulpianus per jocum, se de Eleusinia balletye (id festi nomen) quae sciret non dicturum, εἰ μὴ παρ' ἔταιρου ἐκάστου μισθὸν λαβόντα, subjicit Democritus, ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ὡν λαβάργυρος ὠρολογητῆς πατὰ τὸν Τίμωνος πρόδειπνον, λέξω τὰ περὶ τοῦ Ἡγήμονος: quae ita vertenda fuerant, *Ego vero qui non sum mercenarius horarum nuntiator, ut ille apud Timonem qui horas ante coenam observat, de Hegemone dicam quae habeo comperta.* Veteres cum horologiorum usum ignorarent, diei tempus ex umbra in foro aut alio patente loco conjiciebant. Quare illuc semper eundum erat, ut scires πηνίαν ἦν τῆς ἡμέρας, sicut loquuntur Attici. Propterea in beatorum aedibus unius servorum propria et peculiaris cura fuit, horas observare et nuntiare: quod ex Hesychii commentariis discere est. [Seneca de brevitate vitae ostendit similem consuetudinem suisse servatam suo etiam tempore. *Nec illos quidem, ait, inter otiosos numeraveris, qui sella se et lectica huc illuc ferunt, et ad gestationum suarum, quasi deserere illas non liceat horas occurrunt: quos quando lavari debeant, quando natare, quando coenare, aliis admonet; et usque ea nimio delicati animi languore solvuntur, ut per se scire non possint, an esuriant.*] Horam vero coenae parasti ut plurimum nuntiabant, curiosi talium observatores. Plutarchus De discrimine inter parasitum et amicum. ὅν οὐκ ἔστι λαβεῖν περὶ τούπτανσιον, οὐδὲ ἀλίσπεται σπιὰν παταμετρῶν ἐπὶ δεῖπνον. Videtur itaque Timon in Sillis suis, quibus omnes priores philosophos prosciderat, parasiticum ingenium alieni illorum istis verbis objecisse: aut vilis cujusdam p. 695. lucelli ignominiam nescio cui impeglisse: quia dicat λαβάργυρον. Non est πρόδειπνος titulus carminis Timonei. Scimus fecisse illum Ἀρκεσιλάου περίδειπνον: sed nihil hoc ad rem. Quia coenae potissimum gratia horas scire cupiebant: ideo ὠρολογητῆς hic Timoni dicitur πρόδειπνος, qui horas adnotaret ἐπὶ δεῖπνον, ut Plutarchus loquitur. Eustathius ultimo in Iliadem commentario, Ἡδὲ τοιαύτη ὥρα, ναὶ τὸ ὠρολογεῖν ποιεῖ, ναὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ ὠρολογητῆν· ὅν ὁ παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ Τίμων λαβάργυρον ἔφη, ὡς ἐπὶ μισθῷ ὠρολογοῦντα. In tertio versu parodiae Hegemonis offendit me elisa contra morem diphthongus in istis, χώρ' εἰς τὸν ἄγωνα. ac scribebam magis ex usu χώρει 's τὸν ἄγωνα, vel etiam χώρει ἐς τ. ἀ.

hujusmodi coalitiones frequentes poetis: sed cum vulgatis scribunt membranae et Eustathius ad ράψ. Φ. Iliadis. Plures versus cum istis cohaerentes legas libro ultimo. Pergit auctor narrare de eodem parodo, Εύδοκίμῳ δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος μάλιστα ἐν ταῖς παρῳδίαις, καὶ περιβόητος ἦν λέγων τὰ ἔπη πανούργως καὶ ὑποκριτικῶς. et si nulla hic designatio temporis, ex sequentibus tamen appareat, de certa die loqui Athenaeum, qua plurimum Athenienses oblectavit Hegemon recitandis parodiis suis. nam sequitur, καὶ διὰ ταῦτα σφόδρα τοὺς Ἀθηναίους ἐκήλησεν· ὡς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ πλεῖστον αὐτοὺς γελάσαι. Sed aliquid libris nostris deesse, docet Excerptor, scribens sic, ἐν δὲ τῇ Γιγαντομαχίᾳ οὕτω σφόδρα τοὺς Ἀθηναίους ἐκήλησε. observa genus haut scio an Athenaei, ἐν τῇ Γιγαντομαχίᾳ, pro quando recitata est ab Hegemone Gigantomachia. τὰ περὶ Σικελίαν ἀτυχήματα Atheniensium, nota satis ex Thucydide, Diodoro, et Plutarcho in Nicia. Cum diu potestatem habuissent Atheniensium Nesiarchi de litibus insulanorum statuendi: postea hoc illis jus ademptum est, quando Athenienses ἀνῆγον εἰς ἄστυ τὰς νησιωτικὰς δίνας, id est, in urbem traduxerunt insulanorum lites. Hoc voluit Athenaeus, qui verbis hisce caussam indicat, cur Hegemo Thasius Athenas se sistere ad litem disceptandam fuerit coactus. Sciunt eruditi quid appelleret νησιωτικὸν κλητῆρα Aristophanes in Avibus. Eleusinia balletys, de qua bis interrogatus Ulpianus ne semel quidem respondere sustinuit, auctore Hesychio, solemnitas quaedam fuit, Athenis celebrari solita in honorem Demophontis Celei filii. Tantum nobis de ea compertum.

#### CAPUT DUODEVIGESIMUM.

*Timocles duo, comicus et tragicus. τῶν δῆμων.*  
*Timoclis fabula Icarii satyri. χέργιβον et χέρνιψ.*  
*Καικόα. Aristophanis Heroes. τὰ εὐώδη. apomag-*  
*daliae κυνάδες. Clidemi Ἐξηγητικόν. item aliorum*  
*eodem argumento et titulo. πάτρια θυγατριδῶν.*  
*Χειρόμακτρον de homine. Χειρόμακτρα πλαγγό-*  
*νων. nomen pueri a poculis ab Hercule occisi.*

p. 696. ΑΛΛΑ με αὐτούς ησας καλεῖ Δημόκριτε μησθεὶς χύτρας.  
 respicit ea verba quae initio superioris capituli sunt ex-

posita. Τιμοκλῆς ὁ τῆς οὐαμωδίας ποιητὴς, (.....τραγῳδίας.) Sic edidimus fide membranarum: unde multa adjecimus ante inedita. Suppleo autem quae deesse hic vides, ἦν δὲ οὐαὶ ἔτερος ποιητὴς τραγῳδίας. Timocles dramatici poetae plures fuerunt. duos Snidas commemorat, ambos comoediae poetas: Athenaeus hic clare alterum facit comicum, tragicum alterum.

ὅτι δὲ οὐαὶ τὸν δῆμον Ἀχαρνεὺς ὁ Τηλέμαχος. Restitue ex Epitoma genus loquendi Atticissimum, τῶν δῆμων. de quo saepe diximus: nam ineptissime vertunt, natione genteque Acharnensem.

Θανατηγὸν οὐαλῆν χύτραν

Φέρει. Et mutilus hic versus est, et corruptus. Fortasse allusio hic aliqua fuit ad mancipiorum νεωνήτων καταχύσματα: de quibus Demosthenes, et Aristophanes et hujus veteres interpretes multa. Sed cum cogito, pene videtur certum ex iis quae de Telemacho isto mox dicuntur, scripsisse poetam, "Ἐτνους ουαμίνου γὰρ οὐαλῆν χύτραν Φέρει. sententiam quidem poetae confido nos tenere: de verbis non idem affirmaverim.

ἐν

διηρίοις Σατύροις Φησίν. Dalecamp. *Idem in Satyris bicipitibus.* imo vero, *in Icariis Satyris.* nam omnino legendum, ἐν δ' Ἰκαρίοις Σατύροις. Firmat correctionem vetus Messaei, ubi sic clare legitur. Haec est illa Timoclis fabula *Icarii*, de qua dicebamus libro superiore, capite quinto. saepe illam laudat noster: sed neque ex ipso, neque ex Suida discas, quod discere est ex hoc loco: integrum lemma ejus fuisse *Icarii Satyri*. Δημοσατύρους quidem Nicoclis in Suida legas: sed alterius non hujus comici.

Οὐδὲ Παύσωνι Φῆς τὸν

δεῖνα προσλελαυνέναι. Scrib. Παύσωνι Φῆς τὸν δεῖνα προσλελαυνηνέναι.

Καὶ τις αὐτῶν ἀπήντησε, λέγων

τὸν Ἐντίλειδην. Observant veteres, semel omnino extare apud poetam vocem χέρνιβον: cum alibi semper λέβητα hoc vas appellat. Locus est Iliadis ultimo libro. At χέρνιψ legas alibi apud summum vatem: sed notione diversa, pro ipsa nempe aqua lavandis manibus effundenda.

λοιβιλέβητες χάλιειοι. Fortasse verum erat, λοιβίδες, λέβητες χάλιειοι. Etiam illud statim non recte, Ἀμειψίας Σφενδῶνι. melius libro sexto Σφενδόνη. sed et Φειδῶνι esse scribendum potest videri, ex lib. 10.

ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας, id est, in iis quae scripsit super scriptorum indicibus quos ediderat Callimachus. De Callimachi in hoc genere diligentia et scriptis, libro sexto satis, capite decimo. Ait autem

*πίνακας*, non *πίνακα*: quia diversa genera auctorum in diversas tabulas Callimachus conficerat. Caeterum observationem Aristophanis grammatici, quae hic commemoratur, paulo post falsi convincit Athenaeus.

*μέν Φησι νίψασθαι*. Haec distinguuntur non recte. nam

p. 697. *νίψασθαι* principium est Homerici versus. Sic enim poeta non uno loco, *Χέρνιβα δ' αὐμφίπολος προχόω πατέχευε Φέρουσα Νίψασθαι· πάρα δὲ ξ.* In Sophronis testimonio, *Τάλαινα Καινόα πατὰ χερὸς δοῦσα ἀπόδος ποθ' ήμῖν τὴν τράπεζαν*: fieri potest, ut proprium barbarae ancillae nomen sit *Cæcoa*: sed et corruptum ac corrigendum videri potest, ex idiomate Dorico: *αἱ κοᾶς*, vel *κοᾶς*. *si auscultas*. si vis tandem ad ea quae dico animum advertere. *ἔστι δὲ ὑδωρ εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐν τοῦ βωμοῦ λαμβ.* Lustralem aquam intelligit, de qua olim nonnulla ad Theophrastum.

*ΑριστοΦάνης ἐν "Ηρωσι χερνίβιον εἴρηνεν.* Ejus fabulae mentio apud Pollucem libro 7. cap 2. sic enim concipienda ista illius, *τούτων δὲ (mercantium) οὐαὶ θεοὶ ίδιοι, ὃ ἐμπολαῖος Ἐρυῆς, οὐαὶ ὁ ἀγοραῖος. οὐαὶ ἐμπόλω Διοσκούρω ἐν "Ηρωσιν ΑριστοΦάνης.* meminit et capite sequenti, et alibi saepius: itemque Harpocration in *πυελίδα*. Etiam Menander *Heroem* docuerat.

*"Οτι δὲ οὐαὶ εὐώδεσι τὰς χεῖρας πατεχρίοντο, τὰς ἀπομαγδαλιὰς τιμὰς ἀτιμάσαντες.* Ait εὐώδεσι: nempe σμήγμασι, vel *χρίσμασι*. et deest fortasse non solum abest altera harum dictiōnum. sed apparet studio brevitatis ita esse locutus: nam et paulo post iisdem verbis utitur Athen. et mox quoque in Antiphonis versu, *εὐώδη λαβὼν*, simpliciter. Sed quinam illi fuerunt, obsecro, *magdalarum honores?* fictitii nempe et nugatorii: imo nugatoris alicuius signum. Legendum ajo, *τὰς ἀπομαγδαλιὰς ἀτιμάσαντες.* oscitans librarius bis scriptis aliquot literis, bellam istam lectionem peperit. Addit, *αἱ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐνάλουν οὐνάδας* ex re ipsa nomen: nam apomagdalas canibus projiciebant. etiam suere qui οὐνάς appellarent non tantum οὐνάδας.

*Τὰς χεῖρας εὐώδη λαβὼν τὴν γῆν.* Potes explere versum, *εὐώδη λαβὼν, τὴν γῆν θ' ἔμα.* Tolle notam defectus sine causa inustam huic Dromonis versui, *Ἐπεὶ δὲ Σάττρον ἥμεν ἡριστηκότες.* Sed recitabimus et reliquos, sunt enim corruptissimi. Eos autem hoc modo concinnamus,

*Περιεῖλε πάσας τὰς τραπέζας, νίμιματα ἐπέχει τις, ἀπενιζόμεθα; τοὺς στεΦάνους πάλιν τοὺς ἵρινους λαβόντες ἐστεΦανούμεθα.*

ἵσως δὲ καὶ τὴν λειτάνην οὕτως ἔλεγον, εὐ φέτος πόπῳ καὶ χειρόνιπτρον. Totidem literis haec descripsit auctor Epitomae praeter morem suum ille quidem: non enim magis ipse haec, opinor, intellexit, quam nos facimus.

ώς καὶ Κλείδαμος εἰ τῷ ἐπιγράφομένῳ Ἐξηγητικῷ. Clidemus antiquissimus scriptor, obscuras voces collegerat et exposuerat, libroque suo titulum indiderat Ἐξηγητικόν: non ut posteri ejus qui commentarios ejus argumenti vocarunt Λεξικά. [non etiam γλώσσας vocaverat, ut fere antiqui omnes, qui in eo argumento versati, sicut dicebamus libr. 3. cap. 6.] Hebraei antiquissimi קְרֻעָה quasi dicas στοιχείωσιν, propter digestas πατὰ στοιχεῖον dictiones. De hoc libro censeo loqui auctorem Etymologici, cum in τριτοπάτορες ita scribit, οὐ δὲ τὸ Ἐξηγητικὸν ποιήσας, Οὐρανοῦ καὶ Γῆς Φησὶν αὐτοὺς εἶναι. Landatur et Anticlidis Ἐξηγητικὸν, itemque aliorum: sed cum adjectione auctoris quem sunt p. 698. interpretati. Ceterum ex subiecto Clidemi loco duo colligimus: non vocum tantum antiquarum expositionem continuisse id Exegeticōn: sed etiam morum priscorum, et institutorum ac rituum. Deinde autem non soluta oratione id scriptum fuisse, verum numeris adstricta: quomodo et Philetas et Nicander idem argumentum tractaverant. Scribo sic Athenaei verba, προσθεὶς γὰρ περὶ ἐναγισμῶν, γράψει τάδε: non προθεὶς, ut editum est. nam illa περὶ ἐναγισμῶν, sunt tanquam lemma et inscriptio subjiciendae tractationis. De hoc usu verbi προτιθέναι in libris commentariis, dictum ante non uno loco. Clidemi verba ritum parentationum et formulam veterem complectuntur. Postea additur, παρέθετο ταῦτα καὶ Δωρόθεος Φίσιων καὶ ἐν τοῖς τῷ θυγατριδῶν πατρίοις τάδε γεγράφθαι. Graeci πάτρια appellant antiqua instituta, et fere publica civitatis alicujus et populi. Ita dixit lib. octavo, τὰ τῷ Σύρων πάτρια Athenaens. [Proclus in Phaedonem Platonis: τίνων σύμβολα τὰ περὶ τοὺς ἀποιχομένους πάτρια Ἀττικά; mox, διὰ τί μὴ εμμένει τοῖς πατρίοις; Observamus etiam primi hominis institutum ac consuetudinem πάτρια appellari. Philostrati enim de Proclo Naucratite verba sunt. τὰ δὲ τῆς μελέτης πάτρια τῷ ἀνδρὶ τούτῳ διένειτο. ὃδε. id est, In declamationibus hic sophista tenuit hanc rationem sive mos illius fuit hic] deest vox νόμιμα in hac locutione, ut saepe in hac lingua. At πάτρια θυγατριδῶν quomodo interpretabimur? Liquido constat nobis corruptam lec-

tionem esse. Existimo corrigendum, ἐν τοῖς τῶν Θυατειρηῶν πατρίοις. in libro *De institutis et moribus Thyatirenorum*. Σοφοκλῆς Οἰνομάω. Pollux libro decimo, capite 14. Σοφοκλῆς ἐν Οἰνομάω, Διὰ ψήντρας σε ὁρῶ Ξανθὴν παθαίροντα ἵππου αὐχμηρὰν τρίχα. plura lib. septimo. Cave autem emendes versum inde hic allatum, Σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκκεναρμένος. Haec vera lectio, non ἐκκεναρμάμενος. appellat χειρόμακτρον hominem proprius cutem detonsum: quae dicebatur Scythica tonsura vel Thracica. Theocrit. οὐδὲ Θραιστὶ κέναρμα. Demonici locus aliquanto post mutilus est.

ἐσπουδάκει δ' ἔκαστος ὡς ἀν. ἐσθίων ἄμα τ' ὁξύπεινον ἄνδρα παλ Βοιώτιον. Ubi in istis est τὸ πατὰ χειρὸς ὕδωρ, quod solum ivit demonstratum? mutilus nempe hic locus: neque hoc solum: etiam corruptus. Nam ἐστιῶν scribendum: si id agimus ut sit oratio Graeca. De Boeotorum voracitate multa libro sequente Athenaeus.

'Ωμολυοις πόμη βρύουσ' ἀτιμίας πλέως. Mirum

loquendi genus: nam intelligit alind nihil, nisi caput hirtum instar linteī e materia crassiore et parum polita. ὠμόλινα Hesychius interpretatur τὰ ἄγρια ὄθόνια. sed observant alii Graeci, sic vocatum esse linteum quo solent tonfores humeros eorum tegere qui sibi dant operam, ut ne vestem inquinent: atque ita Plutarchus accipit. Plautus alibi vocat linteum, alibi *involutre*. χειρόμακτρα δὲ παγγόνων πορφυρᾶ. Lego πλαγγόνων. nam p. 699. illud alterum nihil significat. Dalecamp. vertit, *temporum*. Voluit nempe scribi προτάφων: aut λαγόνων, novo sensu: nulla omnino ductus veri similitudine. Appellat Sappho χειρόμακτρα πλαγγόνων, ornamenta capitum, non sui, sed pupparum. quae quidem ornamenta simul cum ipsis puppis Veneri consecrasse ait, more veterum virginum. Persius, *Nempe hoc quod Veneri dicatae a virgine puppae*. Vel χειρόμακτρα πλαγγόνων, periphrasis est reticulorum, quibus utebantur virgines. Hesychius, πλαγγόνες, πειρύφαλοι. Totus locus sic possit non absurde neque inepte concipi, χειρόμακτρα δὲ πλαγγόνων πορφυρᾶ, παὶ ταῦτα μάλα τιμάεντά γέπεμψα Σαπφοῦς τεᾶς δῶρα τίμια. sequitur jam Athenaei interpretatio: πόσμον λέγει πεφαλῆς τὰ χειρόμακτρα. Quod ait, χειρόμακτρον praeter notam significationem etiam ornamenti genus significare, confirmatur ab Hesychio, qui interpretatur μανδύλιον. Mandylium sive mantelium, non solum suisse mantile ad tergendas manus:

verum etiam genus amiculi, constat vel e versu Plauti: p. 700.  
*Neque fallaciis ullum est mantelum meis. Scribe, δι'*  
*δν ναι εξεχώρησε Καλυδῶνος non δι' ων.* Pueri a po-  
culis ab Hercule occisi, nomina quae hic commemo-  
rantur, *Archias*, *Cherias*, *Eunomus*, *Cyathus*, error  
vetustorum librariorum, nisi fallor multiplicavit. Nam  
*Cherias* apud Hellanicum, videtur παραΦθορὰ nominis  
*Archias*: quo ille historicus eum puerum alibi nomi-  
navit. In vetere argumento Trachiniarum dicitur *Eu-*  
*nomus Architelis F.* Apollonii scholiaстae *Cyathus Ar-*  
*chitelis F.* *Oenei pincerna.* De eodem puero adjicit  
Athen. ώ ναι ἀνεῖσθαι Φησι τέμενος ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους  
ἐν Προσχίῳ: fuisse ei consecratum ab Hercule lucum  
in Proschio. ἀνεῖσθαι non est relinquи. et mali critici  
sunt qui olim emendarunt ἐν προστείῳ: ut legimus in  
quibusdam MSS. quique nuper correxerunt ἐν προσηίῳ.  
Proschium loci cuiusdam in Aetolia nomen fuit. auctor  
Stephanus Περὶ πόλεων.

ISAACI CASAUBONI  
ANIMADVERSIONUM  
IN  
ATHENAEI DIPNOSOPHISTAS  
LIBER DECIMUS.

---

CAPUT PRIMUM.

*Nexus libri hujus cum superioribus: ejusdem argumentum. Prolixitatis excusatio qua usus Atheneus initio istius libri. Epicharmi Busiris. Aures hominis immobiles. Aliquando tamen motitantes visae. εὐφαγία sive εὐστομία. Larus avis Herculi sacra. Lepreas.*

QUEMADMODUM post gustationem pausa edendi facta et locus datus variis colloquiis quae tribus libris recitata sunt, quarto, quinto, et sexto: sic etiam legitimae coenae pars prior et posterior sive prima et secunda mensa, insititiis dissertationibus diffinduntur: quibus referendis sepe pariter et lectorem suum occupatum habet dipnologus hic, totis 10. 11. 12. et 13. etiam libris. Quin et decimi quarti pars magna iisdem sermonibus impenditur, usque ad illa: Τοσαῦτα τοῦ Μασουρίου διεξελθόντος, περιηγένεχθησαν ναὶ αἱ δεύτεραι ναλούμεναι τράπεζαι. inde principium habet universi operis pars ultima. Ac de caeteris quidem libris alibi. Decimus autem hic velut praeparatio quaedam est ad liberaliorem vini potum, cui de more locus erat sub coenae finem. Initium totum imo vero pars libri maxima in commemoratione vel singulorum hominum, vel populorum vino deditorum versatur: non sine gravi et erudita vitii ejus detestatione. Hic etiam explicantur varii modi temperandi

vinum aqua, quorum extabat in priscorum libris mentio: itemque alia nonnulla ad potum spectantia. Postremo griphi quidam, aenigmata, et id genus aliae quaestiones proferuntur, quibus soliti olim homines eruditi in conviviis sese oblectare. Inter comedones principem locum jure suo Hercules obtinet: de quo dicturus auctor, Timocratem suum initio libri, ut semper, affatur his verbis. 'Αλλ' ὥσπερ δείπνου γλαφυροῦ ποιητὴν εὐωχίαν τὸν ποιητὴν δεῖ πάρεχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφὸν, οὐαὶ πτυχίᾳ τοῦτο λαβὼν καὶ Φαγὼν, ὥσπερ πιὼν χαίρει, καὶ σκευασίᾳ μὴ μή εἴη τῆς μουσικῆς, 'Αστυδάμας ὁ τραγικὸς ἐν Ἡρακλεῖ σατυρικῷ, ἐταῖρε Φησὶ Τιμόνρατες, Φέρε εἰπώμεν ἐνταῦθα τοῖς προειρημένοις τὰ ἀνόλονθα, ὅτι ἦν καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀδδηφάγος. [Et si non est difficile intelligere quid sibi Athenaeus velit haec scribens: veram tamen istius loci lectionem constituere, difficillimum est. Nos olim existimabamus versus hic latere Astydamantis poetae, cuius facit auctor mentionem. Haec sententia magnam habet probabilitatem, neque aliter vulgata lectio potest exponi, quam ut existimetur Athenaeus, vel super. 701. periora omnia, vel quaedam ex illis mutuatus esse ab Astydamante. Adde quod et sententia primorum verborum videtur petita ex aliquo poeta, et verba, si diligenter attendas, poeticum aliquid sonant. Nos quidem de illis ita censemus: sed non esse tamen illa Astydamantis judicamus. Nam ista omnia 'Αστυδάμας ὁ τραγικὸς ἐν Ἡρακλεῖ Σατυρικῷ ἐταῖρε Φησὶ (vel potius Φησὶν ἐταῖρος) Τιμόνρατες, alieno loco sunt posita, neque ullam rectam admittunt interpretationem ita ut sunt hodie digesta. Quid multa? Ajo locum integrum ita concipiendum. 'Αλλ' ὅτι ὥσπερ δείπνου γλαφυροῦ ποιητὴν εὐωχίαν τὸν ποιητὴν δεῖ πάρεχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφὸν, οὐαὶ πτοι τοῦτο λαβὼν καὶ Φάγοι, ὅπερ Φαγὼν καὶ πιὼν χαίρει. καὶ σκευασίᾳ μὴ μή εἴη τῆς μουσικῆς. Φέρε εἰπώμεν ἐνταῦθα τοῖς προειρημένοις τὰ ἀνόλονθα. 'Αστυδάμας ὁ τραγικὸς ἐν Ἡρακλεῖ Σατυρικῷ Φησὶν ἐταῖρε Τιμόνρατες, ὅτι ἦν καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀδδηφάγος. hoc est, Sed quoniam poetam sapientem oportet suis spectatoribus praebere quasi coenae splendidae varias epulas (lautitias) ut sumat quisque bibat comedatque id quod edisse aut bibisse illi gratum erit, neque debet esse musicae unus duntaxat apparatus: age dicamus hoc loco ea quae ante dictis congruunt et subjici illis debeant. Auctor est Astydamas tragicus in Hercule

*Satyrico, o sodalis Timocrates, etiam Herculem fuisse gulosum.* Omnia jam planissima sunt et perspicua, quae erant perturbatissima. Non est dubium prima verba ex aliquo dramatico poeta esse deprompta: sed quae Atheneus more suo leviter immutata sibi et susceptae a se tractationi accommodat. It enim auctor obviam fastidio lectoris ἀψικόρου [prolixitatem operis hujus excusans: debere namque eum qui philologiam et πολυμάθειαν profiteatur, adeo refertum esse eruditione varia et multiplici rerum atque historiarum cognitione, ut omnibus discendi cupidis possit facere satis. Itaque mirandum Timocrati non esse, quod historiam δειπνοσοφιστικὴν, novas narrationes prioribus subinde connectens, tot jam libris persequatur. Solet enim in hoc literarum genere usuvenire, quod de alia re dicit pater sanctissimus Basilius: ἀεὶ, inquit, τὸ προστιθέμενον οὐχὶ τὴν ὄρυχὴν ἵστησιν, ἀλλ’ ἀναφλέγει τὴν ὄρεξιν. Quare nullum hic locum habet illud Satyrici, *depingi ubi sistam.* Τοῖς προσιρημένοις τὰ ἀκόλουθα appellat argumento quod suscepit et tractavit hactenus convenientes sermones. Complectuntur autem titulus et argumentum operis, omnia illa quae ad esum potumve, et conviviorum usum aut oblectamenta ullo modo spectant: cujusmodi sunt manifesto quae hoc libro contineri diximus. Haec praefatus, ad rem accedit: et Herculis voracitatem. [Primo simpliciter proponit ex Astydamantis Hercule Satyrico: deinde eandem confirmat auctoritate Epicharmi] recitatis quibusdam versibus ex ejus *Busiride.* Mentionem ejus fabulae invenio factam Polluci libro nono: ubi postquam dixit φογοὺς Siculis esse horrea ubi frumentum con-

p. 702.

ditur: καὶ ἔστιν, ait, τοῦνομα ἐν Ἐπιχάρμου Βουσίριδι. Pingit autem Epicharmus γραφιώτατα Herculem tuburcinantem: qui prae vorandi aviditate faucibus, maxilla, dentibus omnibus et naso quoque sonum edat. Sed notemus quod ait, postremo: κινεῖ δ' οὐατα τῶν τετραπόδων οὐδὲν ἥττον: nam reliqua plus ἀηδίας habent quam miraculi: istud vero plane communi hominum naturae contrarium est: quibus [solis ex omnibus animalibus (nisi forte simias excipias)] dedit aureis ἡ πολυποίκιλος τοῦ ΘΕΟΥ σοφίᾳ moveri suapte sponte nescias. [Nam quod scribit Martialis, Cinnae cuidam natum filium auribus longis Quae sic moventur, ut solent asellorum: poetica sine dubio licentia est, non rei veritas] Narrat tamen Eustathius sacerdotem fuisse

quendam aureis motitatem. Accepimus etiam a viris fide dignis, vias manifesto aures movere viro cuidam eruditissimo, cum per Allobrogum fines transiens, vivi-comburii periculum sibi a magistratu imminere intellexisset: quod diceretur nefandi criminis reus Tolosa in Italiā fugere. Epicharmi versibus subjicitur testimonium Ionis ex Omphala, quod ita scribitur: ὑπὸ δὲ τῆς εὐφημίας οὐτέπινε ναι τὰ οὐλα ναι τοὺς ἀνθρακας. etsi retinent omnes membranae hanc lectionem, non tamen ambigo depravatam esse vocem εὐφημίας, et alterius locum occupare: puta εὐφαγίας, quae erit poetica vox pro πολυφαγίας: vel εὐστομίας. sicut Latine dicimus bonum os habere eum qui facile quidvis comedat. Excerptor pro deploratis haec habuit. at οὐλα male scribi pro οὐλα, ex eo didici. Ita igitur scribe, ac verte, *deglutiebat ligna et carbones*. Observat dipnosophista, Ibicum a Pindaro sententiam hanc esse mutuatum. Sed locus Pindari turpissime deformatus est. παρὰ Πινδάρου δὲ, ait, τοῦτ' εἰληφεν, εἰπόντος, Διὰ βοῶν θερμὰ εἰς ἀνθρακιὰν στέψαν πυριπνόων τὲ σώματα. ναι τότ' ἐγὼ σαρκῶν τ' ἐνοτὰν ἥδ' ὄστέων στεναγμὸν βαρύν γένεται διακρίναι πολλὸς ἐν οὐρῷ χρόνος. Nullum hic nobis a membranis subsidium: nullum ab Epit. ubi nihil horum. Qui ex ingenio sic emendaverit, ut doctorum mereatur assensum, virum putabo. Mens quidem Pindari ex superioribus Ibuci captanda nobis, sicut ab Athenaeo monemur. Vulnera verbis imposita, utcumque sic possunt colligari. βρύνε δὲ βοῶν θερμὰ εἰς ἀνθρακιὰν στρέψας πυριπνέοντα σώματα· ναι τότ' ἐγὼ σαρκῶν τ' ἐνοπὰν ἥδ' ὄστέων στεναγμὸν βαρύνθην ιδών. τὰ διακρίναι πολλὸς ἐν οὐρῷ χρόνος. Ait, vorasse Herculem boum integra membra pene cruda, et ardentium carbonum plena. sic ex Ibico interpretor πυριπνέοντα. [Non indicat autem Athenaeus quo ex libro Pindari sit hic locus desumptus. Videntur autem facere hoc quae scribit Philostratus in Thiodamantis tabula explicanda. Ἡρακλεῖ που παρὰ Πινδάρῳ ἐνέτυχες· ὅπότε εἰς τὴν τοῦ Κορωνοῦ στέγην εἰσαφινόμενος, σιτεῖται βοῦν ὅλον, ὡς μηδὲ τὰ ὄστέα περιττὰ γέγενθαι.] Jure igitur, subdit Athenaeus, larum Herculī dicavit vetustas cognomine βονφάγον. quod idem est ac πολυφάγον. vel ἀδδηφάγον. Comici interpres ad Aves, τὸν λάρον διὰ τὴν ἀδδηφαγίαν τῷ p. 705. Ἡρακλεῖ προσανάπτει. Sequitur, Εἰσάγεται δὲ ὁ Ἡρακλῆς καὶ Λεπρεῖ περὶ πολυφαγίας ἐρίζων. Narrat Pau-

salias, Eliacorum libro priore, vocatque *Δέπρεον*: at Callimachi interpres *Δεπρέαν*. Ancipitis sententiae est, quod ex Matride mox assertur: *καὶ εἰς πολυποσταν τὸν Ἡρακλέα προπληθῆναι ὑπὸ τοῦ Δεπρέως, καὶ πάλιν νικηθῆναι, etiam ad bibendi certamen provocatum esse Herculem a Lepreo: et iterum vinctum esse: hoc Graeca verba sonant, sed aut diversus abiit ab aliis in hac narratione Matris, aut scribendum, καὶ πάλιν νικηθῆναι τὸν Δεπρέα.* Secundus in numero *τῶν ἀδδηφάγων* censetur Ulysses ex poetae testimonio: jure an injuria mitto querere: quaeri certe potest.

---

## CAPUT SECUNDUM.

*Theagenes athleta. Θευγένης. ἐπαιτεῖν. Titormus. διερίζεσθαι βοῦν, item συνδιαριστήσασθαι βοῦν. Astydamas Milesius. Φακὸς τῆς κλίνης. et de voce Φακὸς multa. lenticulae. Sceptrorum κονδύλωματα et κομβώματα. Euripiādis Autolycus. Τρίβωνες ἐκλείποντες πρόκας. σιτεῖν δημοσίων κτεάγων. multa emendantur et illustrantur.*

EX antiquis hominibus voracitatis insignis, Theagenem tertio loco Athenaeus commemorat. Hic est ille athleta nobilis quem ornarunt variis certaminibus quae sitae palmae mille et ducentae, ut in Politicis narrat Plutarchus, vel mille et quadringentae, ut auctor est Pausanias libro posteriore Eliacorum. *πολυφαγίας* Theagenis testis Posidippus, in Epigrammatis. cuius tamen non integrum assertur epigramma: sed quatuor hi tantum versus,

*Καὶ περ συνθεσίης ἔφαγόν ποτε Μηόνιου βοῦν.*

*πάτρη γὰρ βρώμην οὖν ἀν ἐπέσχε Θάσος*

*Θευγένει, ἄσσα φαγὼν ἔτ' ἐπήτεον· οὔνειν οὕτω*  
*χάλκεος ἐστήκω χεῖρα προϊσχόμενος.*

Ita scribitur et distinguitur hoc tetraastichum in editis: nisi quod in tertio versu minus recte Θευγενεῖ, mutato accentu, pro Θεαγένει. ut Θεύγνιδός ἐστιν ἔπη. pro *Theognidis*. pessimo consilio emendandum censerunt interpretes in εὗτε δέ. At in primo legendum, Καὶ γ' εὐ συνθεσίης. [vel Καὶ περὶ σ.] Videtur Posidippus hoc epigrammate quicquid in variis locis fecerat Thea-

genes, ut virium suarum specimen spectatoribus praeser-  
beret, commemorasse. Hoc versu ait, venisse eum in  
Lydiam, (Maeones enim sunt Lydi) et bovem ibi come-  
disse, die uno videlicet. ita enim intelligendum: *ἐν συν-θεσίης*, inquit, id est, de quo pactus erat, ni eum  
vocaret. Sequentibus versiculis caussam reddit poeta,  
cur Theageni posita esset statua quae cavam manum  
porrigeret: qui gestus est mendicantium, ut dicebamus  
ad Suetonium, et ratio assertur: quod cum non posset  
explere ejus profundam gulam patria Thasus, ille *ἔτι*  
*ἐπήτεεν*, id est, *mendicabat*, et *ἐπαττῆς* est sustinebat.  
Quod autem die uno taurum absumperit, et si diserte p. 704.  
non dicitur, neque a poeta, neque ab Athenaeo: neces-  
sario tamen ita exponendum: si volumus esse in hac  
narratione aliquid *παράδοξον*, quae demta circumstantia  
temporis adeo brevis, aut non multo certe longioris,  
jacet plane ac friget. Sic mox de Milone, *μόνος ταῦρου*  
*πατέφαγεν* *ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ*. Si quis duabus hisce historiis  
fidem abroget, meminerit illius phagonis de quo Vopiscus  
in Aureliano. In albo voracum fuit et Titormus bu-  
bulcus, quem de robore certasse cum Milone narrant  
Graeci, ut Aelianus *Ποικίλης* libro 12. capite vigesimo  
secundo, certavit cum eodem et *περὶ πολυφαγίας*: Nam  
subjicit Athenaeus, *Τίτορμός τε ὁ Αἰτωλὸς διηρίσατο*  
*αὐτῷ* (Miloni) *βοῦν*. non queas aliter interpretari *διερι-ζεσθαι βοῦν*, nisi certare cum aliquo de bove: videlicet  
edendo. sed insolens hoc genus dicendi, nec satis Grae-  
cum. nam saltem fuerat dicendum, *διηρίσατο αὐτῷ βοῦν*  
*Φαγεῖν*. - At in Excerptis pro *διηρίσατο* legimus *διηρι-στήσατο*: quae per placet lectio: sed adjuta leviter. Scribo,  
*Τίτορμός τε ὁ Αἰτωλὸς συνδιηριστήσατο αὐτῷ βοῦν*. *Ti-*  
*tormus Aetolus bovem cum eo prandens absumpfit*.  
hoc est, ambo simul comedenter bovem. [Sed Ex-  
cerptorum lectionem resert Eustathius hoc modo *Τίτορ-*  
*μός ὁ Ἰταλὸς διηριστήσατο ἔαυτῷ βοῦν*. hoc est *bovem*  
*sibi ad prandium apposuit*. in quo mirus est plane  
vocis *διαριστᾶσθαι usus*.] Sequitur de Milone, *ταῦρου*  
*πατέφαγεν πατακλεισθέντα πρὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διός*.  
Melius antiquae manus codices *πατακλιθέντα*. id est,  
*accumbentem mensae in conspectu Jovis*. Dorieus in  
sequente epigrammate, *Πρόσθεν Πισαλου ξεῖγε θυηπολίου*.  
Placebat eruditis Astydamantem Milesium trifolymptio-  
nicam de quo statim auctor, eum esse nobilem pugilem,  
qui in Theocriti scholiis nominatur *Astyanax Milesius*.

Fieri potest, ut sit ita: nihil tamen afferri video cur id credamus. Ne imponat rudioribus prava interpunctio, quae fraudi fuit interpretibus: continuanda enim hoc modo sententia, Ἀστυδάμας δ' ὁ Μιλήσιος τρὶς Ὀλύμπια γιησας κατὰ τὸ ἔξης παγηράτιον, πληθ. id est, *Astyd. Mil.* qui ter Olympia vicit continuis vicibus in certamine *Pancratii*. Iste igitur Astydamas, inquit auctor, jussus a Persa edere aliquod specimen sui illius decantati roboris, Φακὸν τῆς περίχαλην ὅντα πλάσας ἔξετεινε μαλάξας. Turbavit interpretes vox Φακός. Dalecampius *vinculum*, nescio quid secutus, vertit. Quod Plinius ait libr. 18. capite 12. *lenti suam esse figuram. unde vario usu translatum est in lenticulas nomen*, recte intellectum, planum nobis faciet hunc locum. Vult autem Plinius, *lenticulas* appellari varii usus vascula pressulae rotunditatis, quae est sua lenti figura. Hoc verum est non minus in Graeca quam in Latina lingua, nam Φακὸν Graeci vocant non *lentem* solum, sed quicquid est Φακωτὸν, et formam lenticularem habet. In medicorum libris Φακός est πυριατήριον περάμεον. vasculum fictile quod cineribus calidis refertum, aut alia re, teneri inter manus solebat, vi-  
p. 705. tandi frigoris caussa: interdum etiam aliis partibus imponi. Justinus Martyr Φακὸν vocat lenticulam sive urnam lenticulari forma ex aere factam, in qua sibyllae Cumanae reliquias sibi ostensas narrat. Verba sunt illius in oratione priore ad Graecos, ἡμῖν ὑποδειξάντων καὶ Φακόν τινα ἐν χαλιῷ πατεσκευασμένον, ἐν ᾧ τὰ λείψανα αὐτῆς σώζεσθαι ἔλεγον. Athenaeus Φακὸν hic appellat ornamenti lectorum genus, lenti simile. Ut in sceptris torno factis sunt bullae et nodi, et quae vocant Graeci πονδυλώματα, πομβώματα et πονδύλους: sic in lectorum pedibus ac columnis sunt Φακοὶ lenticulae: quas veteres laminis aereis vel argenteis tegebant, prop-terea ait auctor hunc Φακὸν fuisse περίχαλην, aere circumtectum. sed laminas non admodum tenueis fuisse opus est: quando miraculi instar habitum, quod athleta hic manibus suis potuerit frangere primum eam lenticulam, deinde aes extendere de rigido flexible et molle reddens. id enim est ἔξετεινε μαλάξας. Eustathius descripto hoc loco, addit, Καὶ σημειωτέον ἐνταῦθα τὴν τε ἐν χερσὶ βριαρότητα τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ὅτι ὄμώνυμον καὶ ὁ Φακός, οὐ δήπου ὀσπρίῳ ἐπιλεγόμενος. neque plura ille de hac voce. Lectorum lenticulis simillima erant

quae vocat Hieronymus *mala* cap. 25. Proverbiorum. ubi tamen Hebraica veritas aliter habet: sed haec alibi. Scribe, μόνον παταφαγεῖν Φασι. postrema vox excidit ob similitudinem soni cum fine dictionis antecedentis. A singulis personis ad genera transit Athenaeus, et omnes generatim athletas plurimum esitasse aliquot veterum testimoniis demonstrat. Recitantur primo loco versus Euripidis plane in eam sententiam insignes: quos neque Galenus praetermisit, neque ullus alias eorum qui athletas exagitarunt. Ait, διὸ παῖς Εὐριπίδης ἐν τῷ πρώτῳ Αὐτολύνῳ λέγει. Satyricum fuit hoc drama. Docuit nos Julius Pollux libro 10. capite 46. Εὐριπίδου ἐν Αὐτολύνῳ σατυρικῷ εἰπόντος, σχοινίας γὰρ ἵπποισι Φλοίνας ηνίας πλένει. Euripideae ῥήσεως versus sextus ita editur in libris nostris, Κτῆσαιτ' ἀνθρώποις εἰς ὑπερβολὴν πάτρος. neque variat scripta lectio. Placet tamen nimis quod est apud Galenum, εἰς ὑπεντροφὴν πάτρας. ad calendam necessario tempore patriam. probo vice versa quod preferunt nostri mox, ἔθη γὰρ οὐκ ἐθισθέντες παλὰ Συληρῶς διαλλάσσουσι εἰς τὸ ἀμήχανα, quod interpretor, *rebus dubiis aegre possunt sibi consulere*: at Galeni codices, μεταλλάσσουσι [male pro διαλλάσσουσι.] εἰς ἀμήχανον II. ὅταν δὲ προσπέσῃ γῆρας πινρὸν, Τρίβωνες ἐνβαλόντες οἴχονται πρόνας. Diogenes Laertius in Solone, de hoc ipso hominum genere loquens, γέροντές τε γενόμενοι πατὰ τὸν Εὐριπίδην, Τρίβωνες ἐνλείποντες οἴχονται πρόνας. Est autem venuissima translatio. Vestimenta habendo amittunt πρόνας, et contrahunt fordes. Eupolis in Tribunis militum, de veste veteri, ὅτ' ἦν μέντοι νεώτερος πρόνης πέντε στατῆρας εἶχε [vel potius εἶλε] παῖς μὰ τὸν Δια. νῦν δὲ ρύπου γε δύο τάλαντα ῥαδίως. Persius in eadem sententia, contrarium dixit Euripidi, — *mihi trama figurae Sit reliqua: ast illi tremat omento popa venter.* videntur contraria πρόνας ἐνβαλεῖν, p. 706. et tramam solam habere reliquam. ambo tamen de obsoleta veste dicuntur. Scribe, Ἐμεμψάμην δὲ παῖς τὸν Ἑλλήνων νόμον, Οἱ τῶνδες ἔνατι συλλ. Ex eo quod ait, Graecorum panegyres Τιμᾶν ἀχρείους ἡδονὰς δαιτὸς χάριν. non male colligas, sacrorum ludorum agonistas parta victoria solitos convivio excipere omnes spectatores, qui undique convenissent. et de multis hieronicis clarum hoc ex historia. Fuit diu suspectus gravioris mendae posterior versus distichi hujus in sequente Xenophanis elegia,

**Καὶ οὐ προεδρίην Φανερὴν ἐν ἀγῶσιν ἄροιτο,  
καὶ οὐ σιτεῖη δημοσίων ητεάνων.**

sed non videtur quicquam mutandum: nisi ut σιτοίη scribatur pro σιτείῃ. eleganter dixit σιτεῖν δημοσίου ητεάνων. pro ἀπὸ τοῦ δημοσίου. intelligit enim τὴν ἐν τῷ πρυτανείῳ σιτησιν. Priorem versum illustrant quae de jure προεδρίας observamus ad Theophrasti Characteres, capite Περὶ ἀρεσκείας. Haec scripseram cum venit in mentem sententia doctissimi viri, qui scribendum ita judicat, mutata distinctione **Καὶ οὐ τί οἱ εἴη δημοσίων ητεάνων.** Ἐν πόλεως. Turnebus, σῖτ' εἴη. Quod subjicit Athenaeus elegis Xenophanis, Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ὁ Ξενοφάνης πατὰ τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν ἐπαγωνίζεται διαβάλλων, ὡς ἀχρηστον παὶ ἀλυσιτελές τὸ τῆς ἀθλήσεως εἶδος. sine dubio non plane ceperunt interpres: verbum enim ἐπαγωνίζεται non expresserunt. Sed defino mirari. Locus enim depravatus est: sententia mutilata: oratio hiulca neque Ἐλληνίζουσα. Scribo, Πολλὰ δὲ παὶ ἄλλα ὁ Ξενοφάνης πατὰ τὴν ἑαυτοῦ ποίησιν τῇ σοφίᾳ (vel etiam, τῇ αὐτοῦ σοφίᾳ) ἐπαγωνίζεται, διαβάλλων ὡς ἀχ. id est, multa alia in poematis suis dicit Xenophanes ad defensionem sapientiae, vituperans artem athleticam. πολλὰ ἄλλα ἐπαγωνίζεται pro ἐπαγωνίζομενός Φησι. familiare magnis scriptoribus. Quare hoc dicat noster clarum ex praecedentis elegiae verbis, ubi insit poeta,

**Οὐκ ᾧν ἀξιος ὥσπερ ἔγω. ρώμης γάρ ἀμείνων  
ἀνδρῶν ήδ' ἵππων ἡμετέρη σοφίη.**

et similia his alia. Scribe statim, Καὶ ὁ Ἀχαιος δὲ ὁ Ἐρετριεὺς: non autem, Ἀχιλλειος ὁ Ἐρετριεὺς, ut editum, exaratumque est in omnibus. Saepe in his libris citatum videas Achaeum hunc Eretrensem: Achillaeum nusquam unquam. Paulo post, Ἀχαιος δ' ἐν Ἀθλοις. Verte haec, Ἡράκλειτος δ' ἐν τῷ Ξενίζοντι, Ἐλένην Φησι τινα γυναικα πλεῖστα βεβρωκέντοι. Heraclitus in Hospite ait, mulierem quandam nomine Helenam omnium plurimum edisse. ita distinguit Epitoma, alii sic, ἐν τῷ Ξενίζοντι Ἐλένην, in fabula cuius index, Hospes Helenae. corrupta sententia punctorum collocatione prava. Nam verum est, illi estrici mulieri, nomen suisse Helenae, Ptolemaeus Hephaestionis F. Historia nova: in recensione plurium Helenarum, quae nomen, alia aliis artibus, clarum sibi pepererunt, καὶ ἡ τρεῖς ἐριφους ἐσθίουσα πατ' ἡμέραν, Ἐλένη ἐκαλεῖτο. Ἡράκλειτος porro libri omnes antiqui, non Ἡράγκειτος.

## CAPUT TERTIUM.

p. 707.

*Posidippi epigramma de Phrymacho exponitur et emendatur: ῥωγὰς καπετός. expenduntur Athenaei et Pollucis verba de Hermodoro tubicine. αἰγανά. περίοδον νικᾶγ. Perihodici agones. Nestor Θεατρικῶν scriptor. item aliis Nestor poeta. σαλπίζειν τὸ πομπικόν. Aeliani et Pollucis codices non semel corriguntur.*

**I**N antiqui aevi gulosis, et Phrymachus quidam nomen suum profitetur: εἰς δν, Athenaeus inquit, καὶ τόδε Ποσείδιππος ἐπέγραψ. vulgo τάδε. MSS. τόδε. id est, in quem mortuum Posidippus hoc epigramma fecit. Id epigramma corruptissimum hodie extat in Athenaei codicibus. Sic enim editor.

Φυλόμαχον τὸν πάντα Φαγεῖν βορὸν, οἵα πορώνην  
παννυχιήν, αὕτη ῥωγὰς ἔχει καπετός,  
χλαίνης ἐν τρύχει Πελληνίδος. ἀλλά συ τούτου  
+ καὶ χρεία εἰς τὴνην Ἀττικὴ καὶ στεφάνου  
εἰπόντες οἱ προιύων συνειώμασεν. ἥλθε δ' ἀμαυρά  
βλέψας ἐκ πελίων νωδὸς ἐπισπυρίων.  
+ ὄτριχι διαφθείρας μονολήνυθος. ἐκ γάρ ἀγώνων  
τῶν τότε ληναῖην ἥλθ' ὑπὸ Καλλιόπην.

Quantum ex illis impurissimarum hapiyarum reliquiis conjectura licet assenti, Phylomachus hic gorges atque helluo, pugil athleta fuit, qui et vixisse dicitur miserime in summa paupertate: et mortem obiisse tristissimo casu, cum e certamine quodam reversus esset otocatacta, et pugnis probe contusus. In primo versu Φυλόμαχον verius censemus, quam Φυλόμαχον, fidem habentes antiquissimis libris et Breviatori, qui valere jussis Posidippi versibus jam tum corruptis, hoc solum in Excerpta sua retulit, Ποσείδιππος δὲ Φυλόμαχον πάντα Φαγεῖν βορὸν φησι. Sic igitur et in Athenaei verbis paulo ante corrigendum. Appellat poeta ῥωγάδα καπετὸν scrobem male cavatum et aptum, et parum alte: in quem projectus videri poterat hic ganeo potius quam honeste conditus ac sepultus. Nam per contemptum ista dicuntur. Tertio versu pro εὐτρύχει, quae vox nihil significat, ἐν τρύχει emendavimus. et hoc fide membranarum. τρύχος est

frustum vestis lacerae, ῥάκος. Solebant olim mortui efferri in quam honestissima veste. Juvenalis: *Pars magna Italiae est, si verum admittimus, in qua Nemo togam sumit nisi mortuus.* non solis Italis de quibus satyricus loquitur, sed vulgo etiam Graecis Latinisque moris fuit, ut comptiores efferrentur quam vixissent. erant enim καλῶν ἐνταφίων studiosissimi. ideo Posidippus ut extremam paupertatem Phyromachi indicaret, elatum ait, ἐν τρύχει χλαινης Πελληνίδος, frusto Pellenicae chlaenae tectum leviter, et solum dicis caussa. Proxima verba sic contorta, ut mentem eorum capere nequeamus. Etiam quintus est corruptus: sed videtur hoc dicere: cum vespillones hunc efferrent, non abiisse comitatiorem p. 708. quam cane uno, qui solitus illi praeire. Deinde ait venisse in Orcum Phyromachum oculis suggillatis, liventibus superciliis, edentulum. Penultimo versu lego, Ὄτα διαφθείρας, μορολήκυθος. fractis auribus, nullam aliam supellectilem secum vehementem quam ampullam. Non ausim spondere veram hanc conjecturam esse: ineptam quidem non putamus. Postrema ita emendamus, ἐν γὰρ ἀγώνων Τῶν τότε Ληναϊκῶν ἥλθ' ὑπὸ θᾶν παπετόν. nihil ante dictis convenientius poterat excogitari. Quod ita coopertus plagis ad plures se penetrarit Phyromachus, caussam affert his verbis: quia e Lenaicis ludis recta in foveam descenderit. Subjungitur huic epuloni accuratior narratio de Herodoro Megarense tubicine. Dicitur hic statura habuisse cubitorum trium semis: ita noster ex Amaranto: alii dicunt quatuor ipsorum cubitorum. in his Pollux lib. 4. cap. 11. Sic et in caeteris multum discrepant Amarantus et Julius Pollux. Verbi gratia; ait Amarantus comedisse Herodorum πρεῶν λίτρας εἴκοσι. carnium libras vicinas. ille duodecim minas: δέκτω δὲ μνᾶς πρεῶν. Amarantus πλυντιν δὲ χόας δύο. bibisse congios vini binos. Apud Pollucem ita scriptum, οἴνου δὲ διέπινε χόας. corrige, δύο ἔπινε χόας. Amarantus, κοιμᾶσθαι δὲ ἔθος εἶχεν ἐπὶ λεοντῆς μόνης. et hoc Julius aliter. Solitum nempe pro culcita pellem ursi habere: pro veste stragula qua tegeretur pellem leonis. ὑπέστρωτο δὲ ἄριτου δορά, καὶ λεοντῆν ἐπεβέβλητο. Quod addit Amaratus, Demetrio Argos obsidente, cum ad trahendam helepolin machinam robur militibus deesset, per Hermodorum duabus simul tubis canentem, rediisse illis virtutem in praecordia: de eo notanda Pollucis verba: Machinae, inquit, contu-

maces erant, et moveri recusabant: ibi tum Herodorus δύο αἰγανὰ λαβὼν, στερεὸν ἐνέπνευσε τοῖς ὄργανοις τοῖσδε. hoc est, duo *caprina* cornua arripit atque eas super illis machinis inflat. αἰγανὰ appellat τὰ αἰγαῖα οὐρατά, et fortasse αἰγαῖα scripserat. Pergit Athen. ἐνίκησε δὲ τὴν περίοδον δεκάνις. Dalecamp. *Decies in canendi certamine fuit aliis superior.* Hoc quid sit? Nam unde illud de canendi certamine? verte, vicit perihodon decies. Festus: *In gymniciis certaminibus perihodon viciisse dicitur, qui Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit: a circuitu eorum spectaculorum.* Est igitur περίοδον γινόν, orbem implere ludorum sacrorum: qui in Graecia erant quatuor. Notissimus versus est: Τέσσαρες εἰσιν ἀγῶνες αὐτὸν Ἑλλάδα, τέσσαρες ἵποι. hinc etiam periodici agones dicti, iidem qui et sacri. Ita accipe Plutarchi verba de Theagene Phasio, οὐ μόνον τὴν περίοδον νενικηώς, αλλὰ καὶ πολλοὺς ἀγῶνας. id est, cum non solum e sacris ludis omnibus victoriam reportasset, verum ex multis quoque aliis. Similiter Arrianus in Dissertationibus Epicteti libr. 3. cap. 34. καὶ λοιπὸν, ὡς καλὸς ἀθλητῆς περιέρχη γινώμενος τὴν περίοδον. ὅμοιος τοῖς ἀποφυγοῦσιν ὅρτυξι, quibus in locis etiam cruditissimi viri lapsi graviter: quod non veniret illis tum in mente ludos sacros etiam *periodicos* et *periodum* esse dictos: cuius rei Pindaricus scholia festi non semel nos admonet. Caeterum Polluci cum Athienaeo ne hic qui-p.709. dem convenit in numero: sic enim ille, ἐπτακαΐδενα δὲ περιόδους ἀνελετο τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων. Quod autem in illis Iudis etiam praetorio et contentione vocis certaretur, satis ad Suetonium probavimus. Vide Pollucem libro quarto capite duodecimo. Nestorem ex cuius Θεατριῶν libris proxime dicta de Hermodoro sumpta dicuntur, non memini reperire alibi citatum. Non dissimili argumento libros duos Suetonius ediderat: quos inscribit Suidas, Περὶ τῶν παρὰ Ρωμαίους Θεωριῶν καὶ ἀγώνων. *De spectaculis et ludis Romanorum.* Alium censeo fuisse Nestorem Larandensem, poetam, cuius Suidas meminit. De eo Menander rhetor eruditissimus, capite περὶ λαλιῶν. Δεῖ δὲ γιτεῖν καὶ τὰς μεταμορφώσεις καὶ ὄρνεων καὶ δένδρων. γέγραπται δὲ καὶ Νέστορι ποιητῇ, καὶ σοφισταῖς μεταμόρφωσις Φυτῶν καὶ ὄρνεων. vixit principe Severo. Post tam multa de Herodoro tubicinæ, mentionem injicit de Aglaide muliere tuba canere docia, cuius etiam Aelianus meminit: Καὶ γυνὴ δὲ ἐσάλπισεν

'Αγλαῖς ή Μεγακιλέους ἐν τῇ πρώτῃ ἀχθείσῃ μεγάλη πομπῇ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὸν πομπιὸν περιθέτην ἔχουσα, καὶ λόφον ἐπὶ τῆς οεφαλῆς. Lege et interpunge, ἐσάλπισεν, etc. τὸ πομπιὸν, περιθέτην ἔχουσα. id est, tuba cecinit pompa convenienter personam habens. σαλπίζειν τὸ πομπιόν: ut τὸ πολεμιὸν, τὸ ἀναιλητικὸν, et similia. vocem περιθέτη explicat Julius Pollux. Lego mox, Λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ Σωσίβιος ὁ τραγῳδοποιὸς, ἐν δράματι Δάφνιδι ἡ Λιτυέρσα. caussam exposuimus dudum in lectionibus Theocriticis capite duodecimo: ubi multa de hoc Lityersa. Placet edita lectio in istis versibus Phoenicidae comici, de lurcone Chaerippo. Iste ait, ἐσθει Μέχρις γ' ἐὰν διδῷ τις, ἢ λάθη διαρράγεις. Τοιοῦτ' ἔχει ταμεῖον ὥσπερ οἰνίας. Ingeniose quidam in priore versu, ἢ λακῆ διαρράγεις. ut in Evangelio de proditione Iuda, ἐλάκησε μέσος. sed λάθη verum arbitror. omnino autem in altero versu, ὥσπερ οἰνίας. qualem penuariam cellam singulae domus habere solent. non ut emendarunt, ὡς παρ' οἰνίας. Non praetermittendum est Cambilem Lydorum regem inter phagones hic nominatum, apud Aelianum Πομίλης libro primo, capite vigesimo septimo. dici Κάιαβητα vitio librorum. itemque Θῦον τὸν Παφλαγόνα, qui hic melius et libro quarto Θῦς. male etiam Καλαμόδρουν Aeliani codices indigetant, qui recte in nostris est Καλαμόδρυς. ibidem Χαρίδας nuncupatur is, qui in Athenaeo Χειρίλας. de quo suum cuique permitto judicium.

## CAPUT QUARTUM.

*Timocreontis responsum ad Persam. Erysfichthon dictus Aethon. Hellanici Deucalionea. Alcmanis loci quidam restituti insigniter. πέδα pro μετά. τετυγμένα διατίθεσθαι κοινώνεια τοῖς φίλοις. δειλινόν. ἐπη τριπήχη. Lamia fabula Cratetis. καπανικώτερα. Aegyptii ἀρτοφάγοι. multa corrigitur et illustrantur.*

p. 710. **V**ERSABATUR in aula regis Persarum Timocreon Rhodius, non obscuri nominis vir cum propter facultatem poeticam, tum etiam ob robur athleticum et gulam profundam. Hunc cum Rex animadvertisset ingentem copiam ciborum

in ventrem condere, *Dic sodes*, ait, *hisce tam multis cibis, quid facturus es?* cui Timocreon, *Ego vero Persas concidam innumeros.* Idem postridie multis victis qui singulari certamine cum ipso pugnaverant, gesticulari cepit: miratus Rex cur Timocreon aerem pugnis verberaret, caussam percontatur. Ille respondens sicut narrat noster, ἀπολείπεσθαι ἔφη, τοσαύτας εἰ προσήγ τις πληγάς. interpunctiones minus recte collocatae in istis verbis, viris doctis oculorum usum ademerunt: nihil enim hic videre qui verterunt, *animo se defectum iri dixit si plagas aliquis tot infligeret.* Distingue, ἀπολείπεσθαι ἔφη τοσαύτας, εἰ προσήγ τις, πληγάς. respondit sibi post adeo multos victos, *superesse tot plegas, si quis accedat secum certatus, inferendas.* Ingeniosum Timocreontis hoc commentum fuit: qui ut probaret Persae, superesse adhuc sibi integras vires, postquam multos qui secum in arenam descenderant superasset, χειρονομεῖν, et gestus agere manibus pedibusque instituit. Significabat hoc pacto, paratum se plagis contundere omnes qui secum vellent congregari, et plagipatidarum cognomen quaerere. Pergit auctor et refert ex Hellanico, Eryfichthonem Myrmidonis F. cuius nota ex Callimacho et Ovidio βουλιμία, quia cibis expleri non poterat, Αἴθων dictum esse. Eustathius, ἐρρέθη δὲ ίδιως Αἴθων καὶ Ἐρυσίχθων ὁ Μυρμιδόνος, διὰ τὸ εἶναι Φασὶ βορᾶς ἀπληστος. παρὰ τὸ αἴθειν ὃ ἐτρικατακαίειν. ὅτεν καὶ τις ἔτερος πολυφάγος Κεραυνὸς ἐκάλειτο, ἐπεὶ κατά τινα ποιητὴν ἀβάτους ἐποίει τὰς τραπέζας, κατασκῆπτων αὐταῖς τῇ γνάθῳ. quod ait Eustath. de cognomine fulminis, ex sequentibus sumtum est. Recte autem scribi ἐν πρώτῳ Δευκαλιωνείᾳ, non ut prius fuit editum, en testem idoneum: Clemens Alexandrinus libro 6. Paedagogi, Διευχίδας ὁ Μεγαρινὸς τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου ἐκ τῆς Ἑλλανικοῦ Δευκαλιωνείᾳ μετέλαβε. Sequentia verba de Cerere Himalide, explicabimus, σὺν θεῷ, libro 14. At proxima his, καθάπερ ἐν Δελφοῖς Ἐρυόχου, non agnoscit Breviator. Putavit nempe corruptam vocem Ἐρυόχου: quod et mihi videatur ad antecedentia et consequentia attendenti. Quid si Σπερμόχου? esset certe convenientius. Ait de Alcmane, καὶ Ἀλιμὰν δὲ ὁ ποιητὴς ἐαυτὸν ἀδδηφάγον εἶναι παραδίδωσι. Aelianus, διολογεῖ δὲ καὶ Ἀλιμὰν ὁ ποιητὴς ἐαυτὸν πολυβορώτατον γεγονέναι. Ipsum Alcmanis de sua voracitate testimonium recitat noster: cujus sunt

prima verba, *Kai πόνα τοὶ δώσω τρίποδος οὔτος Ωἶ ναι Νηλέα τριήρης. ἀλλ' ἔντι Νῦν γ' ἀπειρος.* quid sibi velit poeta non assequor: et puto locum non esse sanum. Fortasse ω̄ ναι Πηλείδην Ἀτρείδης. Dabo tibi tripodem sicut olim Agamemnon Achilli, quando in gratiam cum p. 711. eo rediit. Alludit ad Homeri locum de muneribus quibus Achillem sibi voluit conciliare Agamemnon. Juvat quod ait, esse eum tripodem de quo loquitur ignis expertem. Nam et Agamemnonei erant ἀπυροι. Homerus vocat ἐπτ' ἀπύρους τρίποδας. Subjicit Alcman, τάχα δὲ πλέος "Ετνεος. οἷον ὁ παμφάγος Ἀλιμὰν Ἡράσθη + Χαίερον παῖδα τὰς τροπάς. Egregia hic nostra (absit verbo invidia) emendatio. Nam *Chaeerus Alcmanis puer delicatus*, merae nugae. Scribendum, οἷον ὁ παμφάγος Ἀλιμὰν ἡράσθη χλιερὸν πέδα τὰς τροπάς. id est, *qualem pultem amat vorax Alcman bene calidam, post solstitium hibernum. sive, tempore hiemis.* Non omnium eduliorum eadem semper est gratia. Testantur haec verba, solitum Alcmanem hiberno tempore pulte calida se oblectare. πέδα Doricum est pro μετὰ pridem a nobis restitutum in multis diversorum auctorum locis. Quemadmodum autem multi cibi se fuisse ingenue fatetur Alcman superioribus verbis: sic cupediarum et λιχνειας invidiam deprecatur cum addit statim: Οὐτι γὰρ οὐ τετυγμένον ἔσθει. Ἀλλὰ τὰ ναινὰ γὰρ ὥσπερ ὁ δᾶμος ζατεύει. Ita quidem leguntur ista in omnibus exemplaribus: sed nullo plane sensu. is enim quem docti elicunt et absurdus est, et ridiculus. Affirmamus in eam quam diximus sententiam locum emendandum: Οὐ τι γὰρ οὗτος τετυγμένον ἔσθει. Ἀλλὰ τὰ νοινὰ γὰρ ὥσπερ ὁ δᾶμος ζατεύει. Dixerat Alcmanem plurimum pulte delectari: quod erat vile et tenuiorum edulium: nunc ait, *Nihil enim Alcman elaboratum diligentius comedit: sed vulgares cibos, ut plebs, quaerit.* Quid hac emendatione similius vero? τετυγμένα Graeci appellant, quae sunt arte elaborata et multa industria. omnino autem νοινὰ scribendum non ναινά. pultem vocat νοινὴν et plebejam. sic Lycophron unica voce elegantissime θέρμον vocavit δημόνοιν. de quo libro 2. cap. 14. Alter locus Alcmanis de ipsius polyphagia, foricina naenia confossior est: ita enim scribitur, "Ωρας δ' ἔσηκε τρεῖς θέρος, ναι χειμὰν ὀπύραν τρίταν ναι τέτρατον τὸ ιρόνας. ἀλλ' εἰ μὲν ἔσθει ἐν δάδαν οὐκ ἔστι. Tentemus an ex ruderibus hisce aliqua sententia possit aedificari. Lego,

ῶρας δ' ἔδη κα τρεῖς, θέρος καὶ χειμῶνος ὀπῶράν τε τρίταν. καὶ τέτρατον τό γε εἶταιρο. ἄλλ' εἰ μὲν ἔσθεις ἐνθάδ' ἔν γ' "Ἄδου οὐκ ἔδη. per continuas anni tres tempestates edere potes, aestatem, hyemem, et tertiam autumnum: quartam quoque ver nempe. Sed si hic ita edis, at in Orco non edes. Ctesiae helluonis etiam Aelianus ex Anaxila facit mentionem. Anaxilae versiculos de phagone Damippo, cui, Cerauno cognomen, sic scribo:

ὅρῶ γὰρ ἐν παλαιστρας τὸν Φίλον προσιόντα μοι Δάμιππον. εἰ τοῦτον λέγεις τὸν πέτρινον; τὸν οἱ Φίλοι παλοῦσί σου νυνὶ δι' ἀνδρείαν Κεραυνόν. εἰνότως. ἀβάτους ποιεῖν γὰρ τὰς τραπέζας οἴομαι αὐτὸν. πατασιήπτουτά γ' αὐτῇ τῇ γνάθῳ.

vel ut apud Eustathium αὐταῖς mensis. In primo versu e *Pancratista* Theophili, operarum peccatum emenda, et scribe, λέγ' ἄλλο. ρυγχίον. In ultimo pro Ἀπολλό- p. 712. δωρε καὶ Σαβάζιε: quarum vocum altera manifesto corrupta, scribi potest, Ἀπολλον, Διόνυσε καὶ Σαβάζιε. sed quaerendum aliud moneo, quod propius veritatem accedat. Vox ἀνράτου ad superiorem versum pertinet. Ali quanto post scribe, Ως οὐδὲ δειπνῶν, ὡς λέγουσ', ἐμπίπλωται. ita recte Dalecamp. In altero versuum e *Cercopibus* Eubuli, — καὶ πόρων γ' ἔχει Ἐπὶ ταῖς θύραις ἔπαστος. malim, ποπρῶν' ἔχει. et omnino id rectum est, extat vox eadem in sequente testimonio ejusdem poetæ ex *Mysis*, in tertio, πλήρει βροτῶν, suspicione mendae non caret. potest tamen ferri, exponique homini pleno et probe farto. pro πλήρει βροτῷ. In ultimo scribe, παγγέλαστός ἐστ' ίδειν. In proximae eclogae isto versu, "Ολους τραχήλους καὶ ποπρῶνας πλησίον. habet Huraldinus, ὅλης. idque perplaceret, ut jungeretur cum superiore versu hoc modo: — ἀρίστων ἐσθίειν δι' ήμέρας" Ολης. sed ea scriptura admissa, de voce τραχήλους quaerendum supereft. Mnesimachi verba e *Busiride*, — εἰμὶ γὰρ Βοιώτιος, Ὁληγα μὲν ἄλλων, ταῦτα πολλὰ δ' ἐσθίων, sonant hoc: *Ego sum Boeotius: qui de aliis quidem pauca comedam: haec vero multa.* videtur dicere, Boeotos panis et carnium suisse voraces. caetera quae delicatuli expelunt, non multum curasse. Huraldinus MSS. una voce auctior: ὅληγα μὲν ἄλλων δίκαια ταῦτα. πολλὰ δ' ἐσθ. sed non video qui sententiam aliquam ex hac scriptura eliciam: quam et metri lex aspernatur. Mox lege versum Alexidis, ὡς ἀνίητοι νῦν

εῖναι βοῶν καὶ πονεῖν μόνον. cum eruditissimo Sylburgio. Pempeli responsū de Boeotis, cum fuisset interrogatus quid ipsi viderentur esse Thebani? salebrosum est. licet cum editis scripti omnes consentiant. Scribit Polybius et refert Athen. ὡς Βοιωτοὶ μεγίστην δόξαν λαβόντες μετὰ τὰ Δευκτρά, πατὰ μηρὸν ἀνέπεσον ταῖς ψυχαῖς· καὶ ὄρμήσαντες ἐπ' εὐωχεῖας καὶ μέθας, διέθεντο καὶ ποινώνεια τοῖς φίλοις. appellat ποινώνεια, conventus ea fini solitos agi, ut amici una essent. et διατίθεσθαι ποινώνεια τοῖς φίλοις, est redditus in eam rem assignare, et locum providere. Addit Polybius, πολλοὶ δὲ τῶν ἔχοντων γενεᾶς ἀπεμέριζουν τοῖς συσσιτίοις τὸ πλέον μέρος τῆς οὐσίας. ὥστε πολλοὺς εἶναι Βοιωτῶν οἵς ὑπῆρχε δειλινὰ τοῦ μηνὸς πλειώ τῶν εἰς τὸν μῆνα διατεταγμένων ἡμερῶν. Verbum ἀπεμέριζου dividebant, interpretor de ultimis voluntatibus: quasi scriptum esset ἀπέλειπον. Et nota sis stultitiam horum hominum immanem: qui non solum dum viverent soliti bona sua in convivia illa prodigere: sed et morientes pecuniam amicis relinquenter perdendam ἐν τοῖς ποινωνεοῖς: quae hestatoria quaedam erant. Haec fuere Graecorum ingenia, cuius rei clara testimonia in testamentis veterum philosophorum quae recitat Laërtius Diogenes. Quare aliter Polybii verba non debuerant accipi. Δειλινὸν (videlicet βρῶμα) est cibus pomeridianus, sive merenda: nam veteres interpretantur, τὸ μεταξὺ δειπνου καὶ ἀριστου. Ita vocabant Thebani ποινωνισταὶ suas illas epulas: vel propter diei tempus, quo soliti convenire ex sodalitii instituto: vel minuendae rei invidiae, quasi esset aliquid p. 713.levius δειλινὸν quam vel prandium, vel coena. Sic hodie solent frugiperdae homines extraordinarias epulas suas appellare merendas: quae tamen coenae sunt quantumvis dapsiles et laetae. Cum autem morituentes Thebani tanto studio ornandorum caenoneorum ducentur: non mirum est, evenisse quod scribit Polybius: ut multi merendas haberent sibi ab amicis legatas, plures numero in singulos menses, quam dies essent in mense. Simile ex parte quod narrat Strabo de Tarentinis: plures illis fuisse in anno festos dies, quam essent ipsius anni dies. Deinceps probatur auctor omnes in universum Thessalos plurimum comedisse, ait, Κράτης Φησίν ἐν Δαμίᾳ, Ἐπεὶ τριπήχη Θετταλικῶς τετμημένα. Lego, Ἐπη τριπήχη, ut, sesquipedalia verba. non videtur hinc posse colligi quod voluit probare Athenaeus:

sed scire licet Cratetem cum ita loqueretur, allusisse ad frusta carnium, quae incidi solita a Thessalibus ideo addit Athenaeus, vice fungens interpretis, Τοῦτο δ' εἶπεν, ὡς τῶν Θετταλῶν μεγάλα πρέστη τεμνόντων. alioqui poterat dici scripsisse poetam Κρέα τριπήχη. sed verum est quod dixi. Lamiae Cratetis meminit Pollux libro 9. ubi ex hac fabula versum affert, ut doceat ημίεντον et octo obolos tantidem valuisse. Eum versiculum ita concipe: ημίεντόν εστι χρυσοῦ. μανθάνεις; ὅντω ὄβολοι. Thessali propria suae dialecti voce παπανικὰ πρέστη vocabant magna, et quae plausum possint onerare singula Auctor Athenaeus his verbis, Ταῦτα δὲ παπανικὰ εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Ταγγηισταῖς. Τι πρὸς τὰ Λυδῶν δεῖπνα καὶ τὰ Θετταλῶν; Καὶ Θετταλιῶν μὲν πολὺ τάδε παπανικώτερα· οἷον ἀμαξιαῖα. Θετταλοὶ γὰρ τὰς ἀπήνας παπάνας ἔλεγον. Non sunt comici, sed Athenaei illa: οἷον ἀμαξιαῖα: quae et distincta et versa sunt perperam. familiare grammaticis verbum οἷον hoc sensu. Aristophanis versum respiciens Hesych. παπανικώτερα, inquit, ἀπὸ τῆς Φάτνης χορταστικώτερα. τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ μετίζονται. παπάνας γὰρ ἀπήνας λέγουσι. Aegyptii mox non simpliciter voraces: sed panis tantum scribuntur fuisse. cyllustum eum panem vocabant: de quo habes apud Herodotum et supra libro tertio. ἀρτοφάγους hic interpretamur, qui multo pane vescantur, quoniam de polyphagis hic sermo est, alioquin videri potuit Hecataeus Aegyptios appellasse artophagos, ad Graecorum differentiam: qui erant ut plurimum mazophagi: sicut Poeni et quondam Romani multiphagi, sed prior interpretatio non solum instituto sermoni convenientior: verum etiam ad proxime sequentia prope necessaria. διὰ ταῦτα καὶ "Αλεξίς ἐν τῷ περὶ αὐταρκείας ἔφη μετρίᾳ τροφῇ πεχρῆσθαι τὸν Βούχοριν. quare διὰ ταῦτα? quia in populo edaci rex sobrius non aliter notabilis, quam cocles inter caecos. Bocchoris ille est Aegypti rex de quo Diodorus Siculus libro primo.

## CAPUT QUINTUM.

Ostenduntur et emendantur maculae multorum locorum. ἔχειν ἥδεως ἔαυτοῦ. Lycophronis Satyri. τὰ ἐκτὰ τρύπα. τὰ Σαμοθράκια. Dii Potes p. 714. ventorum promicandi olim crediti. Duo prin-

*copia generationis terra et aqua. Clementis Alex. locus. ἐπιγράπτειν, verbis objurgare.*

ΑΛΛ' ἔγωγε τοῦ τὰ δέοντας ἔχειν. non est principium versus: sed de initio quaedam praetermissa. Ως ἡδὺ πᾶν τὸ μέτριον. Ita verte et distingue. Quam suave est omne mediocre! ego nunc neque supra modum cibo onustus abeo, neque inanis: sed suaviter me habens. farto nimia ciborum copia ventriculo opponit stomachum, qui λαγαρὸς quidem est, at non inanis. id vocat ἔχειν ἡδέως ἑαυτοῦ. Timotheus mox καλῶς γίνεσθαι. Pusillus error paulo post interpretibus fraudi sicut in hac pulcherrima sententia: μᾶλλον γὰρ ἡμᾶς τῇ μεθ' ἑαυτῶν συνουσίᾳ προσῆκόν ἐστιν εὔεργετεῖν, η̄ τῷ πλήθει τῶν παρατιθεμένων οἱ διακονοῦντες τὰ πλεῖστα δαπανῶσι. Scribe, η̄ τῷ πλήθει τῶν παρατιθεμένων, ὃν οἱ διακ. τὰ πλ. δ. εἰσήσαν εἰς τὸν ἐπὶ τοῦτο παρεσκευασμένον οἶκον. in triclinium ingrediebantur ei rei paratum. non semel exposuimus vocem οἴκος. μαρτυρεῖ περὶ τούτων Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς γράψας Σατύρους. Μενέδημον, ἐν οἷς Φησὶν ὁ Σ. Scribe, γράψας Σατύρους εἰς Μενέδημον. ἐν οἷς Φ. vocat Satyros, drama Satyricum ad irrisum Menedemi compositum. Libro secundo, Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς ἐν σατυριώ δράματι, ὁ ἐπὶ καταμακήσει ἔγραψεν εἰς Μενέδημον. In Lycophronis versibus quid sit κατέχω dictum est libro primo: et pro δημόνιτος melius lectum iri δημόνιος, ostendimus libro secundo.

'Ανάστηθι οὖν σὺ 'Αρίδικες. σὺ δὲ ἀπελθὼν τὰ ἐντὰ τρύπα. Jusserat Arcesilans Apellem pro ea quae inter ipsos sicut familiaritate, ut vinum per colum trajiceret: ille ejus ministerii imperitus conturbavit etiam magis: vertit Arcesilas hujus imperitiam in occasionem joci: et conversus ad Aridicum familiarem alterum, qui inter convivas accumbebat mensae: *tu vero, ait, surge Aridice.* supplendum est, et vinum cola. deinde Apellem affatur, et ait, σὺ δὲ ἀπελθὼν τὰ ἐντὰ τρύπα. continetur his verbis sine dubio urbani hominis jocus aliquis: ridiculum enim ut videtur ministerium imperat. Sed locus est corruptus etiam in Excerptis: quod satis miror: nam ille auctor quaecunque invenit in suis libris mendosa omnia fere praetermisit. Existimamus suisse aliquod proverbium illi simile quod est apud Galenum πέγχρον τρυπᾶν, de inani labore et vano conatu. Pro 'Αρίδικες, scribo 'Αρίδικε cum Excerptis.

οἱ δὲ νῦν συναγαγόντες ἐπὶ τὰ δεῖπνα, κ. de sui temporis philosophia Athenaeus loquitur: et quod addit, καὶ μάλιστα οἱ ἀπὸ τῆς οἰκίας Ἀλεξανδρεῖας, de iis debet intelligi, qui publico sumptu alebantur in Museo et Claudio Alexandriae: de quibus ad Suetonium nonnulla.

Τῷ γὰρ τοιούτῳ ὁ οἶκος Ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει. Male digesta, male versa haec. Locus est Sophoclis, qui ita habet initio Oedipi tyranni.

Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει.

p. 715.

ὁμοῦ δὲ παιάνων τε οὐαὶ στεναγμάτων.

Athenaeus οἶκος posuit pro πόλις. hoc enim voluit: ei qui tanta immodestia utatur in convivio, triclinium abundare gaudio simul et moerore. Εὔτελες γὰρ δεῖπνον οὐ ποιεῖ παροινάν. Transpositione aliquot vocum senarium integrum feceris: Δεῖπνον γὰρ εὔτελες οὐ ποιεῖ παροινάν.

καὶ ὡς ἀληθῶς οὐατὰ τὸν χαριέστατον Ξενοφῶντα πολέμου ἔργαστήριον. Locus Xenophontis est in Agefilao: ubi scribitur de Epheso, ὥστε τὴν πόλιν ὄντως ἥγησω πολέμου ἔργαστήριον. ὥστε πολλάνις Αὐτὸν κειληκὼς Σαμοθράκη εὑχεται Λῆξαι πνέοντα, καὶ γ. Quae ad hunc locum scripsere viri docti, nihil ad Rhombum. Nam sensus hic est: adeo ut saepe qui eum vocavit oret, desinat flare venti Samothracii, et ut tranquillior tandem fiat tempestas. hic enim adolescens Telephus, amicis a quibus invitatur hiems est, et procellae instar. sequentia namque sic scribenda: — καὶ γαληνίσαι ποτέ. Χειμῶν ὁ μειρανίσιος ἔστι τοῖς Φίλοις. caetera ut superflua in spongiam digna incumbere. τὰ Σαμοθράκια intellige πνεύματα. Sic vocabant Graeci boream, quem ex ejus tractus regionibus in suam flare videbant. Etiam apud philosophos Θρακίας ventus non aliunde nomen habet. Sed videntur veteres credidisse, ventorum flatus in potestate esse Cabirorum, sive Potium deorum: qui in Samothracia colebantur. Nam in tempestate deprehensi. illis potissimum vota faciebant, et servati reddebant, ut ait vetus scriptor apud Suidam. Diodorus quoque Siculus libro quarto narrat, Orpheum petiisse tranquillitatem maris turbati et agitati a diis Samothracibus. ἐπιγενομένου δὲ μεγάλου χειμῶνος καὶ τῶν ἀριστέων ἀπογινωσκόντων τὴν σωτηρίαν, Φασὶν Ὁρφέα τῆς τελετῆς μόνον τῶν συμπλεόντων μετεσχημοτε ποιήσασθαι τοῖς Σαμοθραξὶ τὰς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας εὐχάρις. εὐθὺς δὲ τοῦ πνεύματος ἐνδόντος, etc. Μοχ, τοὺς Ἀργοναύτας περιπεσεῖν χειμῶνι παντελῶς ἐπικινδύνῳ· τοῦ δ'

'Ορφέως εὐχαὶς ποιησαμένου τοῖς Σαμοθραξὶ, λῆξαι τοὺς ἀνέμους. non parum ista Alexidis hunc locum illustrabant. Tόν δ' εἶδεν ἀστὸν + ἀστίων μεῖζον. Versus quidem stabit si ita scribas, Tόνδ' εἶδεν ἀστὸν ἀστίων μεῖζονα. de sententia vero nihil pronuntio. Ἐρόσιας οἶνον στομ. an ἔρρυστας? 'Τυρὰ δὲ μήτηρ οὐ πεδοστιβῆς τροφὸς Θάλασσα. Verte: nostra est nutrix mater humida, non illa quae calcatur pedibus, Mare, inquam. Homerus duo principia agnoscit creationis animalium, aquam et terram: ut cum ait: 'Αλλ' υμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ οὐκ γεῖται γένοισθε. Homerum secutus est Xenophanes Colophonius, et duas illas πρώτας ἀρχὰς esse, ac solas pronuntiavit. Euripides quem veteres scenicum philosophum non sine causa dixerunt, ejusdem fuit sententiae: quod non obscure significant haec verba sic exposita, ut nos illa vertimus, *Mater* Euripidi appellatur τὸ γεγυνητικὸν στοιχεῖον, ut loquuntur φιλοσόφων παῖδες. atque hanc matrem poeta duplē manifesto

p. 716. statuit: alteram πεδοστιβῆ: terram nempe, quae pedibus calcari et perambulari potest: alteram υγράν: mare videlicet: quod explicat ipse subjiciens, Θάλαττα, τὴνδ' ἀροῦμεν. Sejunge ab Euripidis versiculis illa verba, Μέγα γὰρ ἀνθρώποις οὐκον ή γαστήρ. non enim poetae verba sunt, sed Athenaei. In tertio versuum Alexidis scribe, Εἴ τις ἀφέλοι τοῦτ' ἀφ' ημῶν τὸ μέρος.

Νικᾶ δὲ χρεία μ' ή ταλαίπωρος. Locus Euripidis quem suis versibus inserit Diphilus, extat apud Clementem Alexandrinum ita sere scriptus: certe ita scribendus. Νικᾶ δὲ χρεία μ', ή οὐκον τ' ὀλουμένη Γαστήρ, ἀφ' ης δὴ πάντα γίγνεται οὐκά. εἰς ην πρῶτον πάντ' ἀν ἐμβάλοις. Haec prima ventris incommoditas: qui non unius certae rei sit capax, sed omnium, quod secus est in omni prope vasorum genere: quibus aliquid continetur. Ad proxima verba, 'Αλλ' οὐχ ἔτερον ἄγγεῖον, repetenda ex superiore versu praepositio εἰς: quod si cuius teretes offendit aures (est enim duriusculum) legendum, 'Αλλ' οὐκ εἰς ἔτερον ἄγγος. Cum addit poeta, in ventrem conjici recte posse Τὰ πάντας ἔαυτοῖς μηδὲν ὁμολογούμενα: res diversi generis intelligit, et quae nulla societate junguntur. eleganter περιφράζει ingeniosus poeta, τὰ μὴ ὁμογενῆ, ut loquuntur philosophi. Talia sunt, exempli gratia, carnes, pisces, legumina et fructus, male referunt ad noxia et salubria. Subjungit Diphilus: Καὶ οὐ προστίθημι τ' ἄλλα. quasi dicat, taceo

quod sicut ibidem Euripides, ventrem omnium malorum esse caussam. more autem usus oratorum, quod singit se praetermissurum, disertim dixit. sequitur enim: διότι πάνταχοῦ Διὰ τὴν τάλαιναν πάντα ταῦτα γίνεται. Legendum, πάντα τὰ πανὰ γίγνεται. nam Euripides dixit, αὐτὸς δὲ πάντα γίγνεται πανά. ἐπερράπισθε Δημήτριον τὸν Φαληρέα, σὺν τῷ πήρᾳ τῶν ἄρτων καὶ λάγυνον πέμψαντα οἶνον. Absurdum est hoc quidem loco, ἐπιβραπίζειν de inficto colapho interpretari: nam et si impudens Crates fuit, ut Canis: nunquam tamen virum tanta auctoritate percutere esset ansus, et Diogenes Laertius in eadem re usus verbo ὀνειδίζειν. Verte igitur, *Demetrium Phalereum objurgavit, quod simul cum pera panis, vini lagenam misisset.* Sequitur Cratetis apophthegma tunc temporis pronuntiatum: εἴθε γὰρ ἔφη τὰς πρήνας καὶ ἄρτους ἦν Φέρειν. Utinam, inquit, fieri posset ut fontes etiam panes producerent. Supple quod deest perficiendae sententiae: nam si id sit, ego nemini de pane supplicem: quemadmodum a nemine quod bibam peto. Planius aliquanto Diogenes, Εἴθε γὰρ αἱ πρῆναι καὶ ἄρτους ἔφερον. At interpres quam errat?

## CAPUT SEXTUM.

*Καταριστᾶν. σεμνὴ θεὰ Atheniensium et σεμναὶ θεαὶ. Mos libandi principibus. διμοιρία. ζωρότερον. Antiphonis Milanion, Japyx. ζῶον in compositione pro magno. μανθάνειν pro solere. didicisse pro eodem. Hyperidis oratio Deliaca, et collecta quaedam ejus fragmenta. Chori puerorum, et virorum. vestes Theraicae. Φυλῆσι. p. 717. Tabulae quibus depictae solennitates sacrorum aut ludorum. Romani Aeolas imitati.*

LONGO hyperbato obscurat dipnorhetor seriem orationis, cum mox scribit, 'Ἐπὶ τούτοις ὁ Οὐλπιανὸς ἔφη, ἐπεὶ δεδείπναμεν εἰρηνευ' Ἀλεξις ἐν Κουρίδι. oratio manet suspensa usque ad illa paginae sequentis initio: Τοῖς οὖν θεοῖς κατὰ τὸν Πλάτωνα, ὡς ἐν Φιλήβῳ Φησὶν, εὔχομενοι περαννύωμεν. Ulpiani oratio debuerat in hunc modum continuari, ἐπεὶ δεδείπναμεν, τοῖς θεοῖς, κατὰ

τὸν Πλάτωνα, οὐρανούωμεν. Sed de industria usus est voce δεδέπναμεν, ut de ea et affinibus aliis obiter dicendi nasceretur occasio. Καταριστᾶν est absumere prandendo, sive in prandia. usus hoc verbo Antiphon orator, sive rhetor, non ut putaverunt interpretes, poeta. Scribe ejus verba, ὅταν τις πράγματα τὰ ἔαυτοῦ ἢ τὰ τῶν Φίλων κατηρίστηκεν. Adjecimus e membranis, quae sequuntur de verbo παραδεδειπνῆσθαι: quod ad Theophrastum exposuimus dudum. Varro dixit in primo De re rustica, *comesa coena venire*. Antiphanis versum hunc ita scribam ne sit inepta sententia. Ἐπεχεάμην ἄπρατον. οὐχὶ παιδίον; nonne ita est, o puer? Cum ait, se libasse Κυάθους θεῶν τε ναὶ θεαινῶν μυρίους. Εἴτα ἐπὶ τούτοις πᾶσι τῆς σεμνῆς θεᾶς, hoc significat, post libationes sexcentis diis deabusque factas, postremo loco Minervae sacrum cyathum effudisse: quis dubitat σεμνὴν θεὰν *deam venerandam* Athenis esse Palladem. At σεμναὶ θεαὶ sunt Eumenides, Furiae: quibus nihil commune cum vini libationibus: erant enim sacra illarum νηφάλια et abstemia. Interpretibus aliter visum: qui etiam versum ultimum, Καὶ τοῦ γλυκυτάτου βασιλέως διμοιρίαν, corruptunt, dum emendant nescio quomodo. non viderunt perstringi a comico foedam quorundam adulacionem: qui singulos cyathos singulis diis libantes in conviviis, in honorem regis duos cyathos effunderent. Ita soliti Athenienses regibus adulari, ut dicebamus libro 6. cap. 16. διμοιρία est dupla portio. Non sunt Antiphanis quae sequuntur verba. Homeri locus e nono Iliadis, ζωρότερον δὲ οὐραῖς, quam varie expositus sit a veteribus, sciunt erudit etiam ex Plutarcho et poetae interpretibus. Apud Hippocratem libro Περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου, legas οὐράσαι εὑζωρότερον pro eodem. At in libro De natura muliebri dixit idem, ζωρότερον πίνειν, pro πίνειν οὖν ζωρότερον οὐραμένον. Et tamen Ephippus poeta videtur quasi propriam Homero facere hanc vocem, isto qui sequitur versu Δῶνει οὐράσας ζωρότερον Ομηρικῶς. male enim postremam ejus versus vocem capiunt interpretes. Antiphanis Μειλανίων, displicuit interpretibus: qui fecerunt ut esset Μελανίων, Nigriuscules. mirum commentum. nam id verbi pro Graeco non agnoscent Graeci. At Milanion et Atalanta ex fabulari historia cui non sunt noti? Julius Pollux libro septimo in ipso fine Μύλωνα fabulam An-  
p. 718. tiphanis nominat. an aliam ab ista? an hanc ipsam? sed

locus corrigendus. Ἱάπυξ mox servile nomen est, a patria, ut *Mysus*, *Davus*, *Geta*. Sine ratione discedunt ab edita lectione in istis, ἄλλοι δὲ τὸ εὔηρατον: et scribunt ἀηρατὲς refragantibus membranis, Epitome et Eustathio. ὥσπερ τὸ δεξιτερὸν ἀντὶ τοῦ δεξιοῦ, ita accipe: sicut vox δεξιτερὸς per paragogen quandam producta est πρὸς δεξιός: non autem συγκριτικὸν est id nomen: sic ζωρότερον pro ζωρὸς usurpatum. Scribebam cum Dalecampio, καὶ τὸ ζα ὅτι μέγεθος ἢ πλῆθος σημαίνει. non ut editum est, τὸ ζῶν vel τὰ ζῶα. sed euntem pedibus in ejus sententiam prehendit lacinia Eustathius, et ire jussit in alia omnia. Sic ille, Σημειώσαι ὅτι ζωρὸν οἶνον τὸν πολυετῆ ἐνόησάν τινες, οὐκ ἀπὸ τοῦ ζῆν ἢ ζέειν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ζῶον καὶ τὸ ὄρος. ὃν ὄρος μὲν ὁ ἐνιαυτὸς, ἡτούν ἔτος. ζῶον δὲ ἀντὶ τοῦ μέγα καὶ πολὺ, ἀ δὴ σημαίνεται Φασι διὰ τῶν ζώων. Sequitur, Δίφιλος δ' ἐν Παιδερασταῖς Φησὶν, Ἐγχεον σὺ δὴ πιεῖν, Εὐζωρότερον γένη δύω παιδεῖς. Restitue mire deformatam lectionem sic,

— ἐγχεον σὺ δὴ πιεῖν.

εὐζωρότερόν γε νὴ τὸν Δί' ὡ παιδεῖς. τὸ γὰρ  
ὑδαρὲς ἄπαν τοῦτ' ἔστι τῇ ψυχῇ πανόν.

In Empedoclis isto versu Αἴψα δὲ θυητὰ φύοντο τὰ πρὸν μάθον αἰθάνατ' εἶναι, Graecanica elegantia est quam non cepere interpretes: quibus τὸ μάθον prima persona est singularis: cum re vera tertia sit pluralis. sed μάθον positum pro εἰώθεισαν aut ἐπεφύνεισαν. Et statim facta sunt mortalia quae erant natura sua immortalia. μάθον εἶναι, didicerant esse pro erant: vel, solebant esse. Aeschylus, Ἐχειν, πένεσθαι δ' οὐκ ἐπίσταται δόμος. id est, οὐ πένεται. Nunquam eget. Plautus, Non didici hariolari gratis. Idem, Cur negas? quia vera didici dicere. alibi excidionem facere condidici oppidis. Ait, τοιοῦτον ἔστι καὶ τὸ ἐν Εἰρήνῃ Ἀριστοφάνους ὑπωπιασμέναι. Poetae verba sunt,

Καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμέναι  
ἄπαξάπασαι, καὶ πυάθοις προσκείμεναι.

Pro Φρύνιχος Παιστρίαις, placitum interpreti Παιστρίᾳ. sine caussa, opinor: at non sine caussa nos libro 3. cap. 27. Παιστρίαις scribebamus. Sequitur, ἔλεγον δὲ ταὶ ἐφηβον τοιοῦτον σκεῦος. Vide scholia Aristophanis ad Vespas. Libro autem 11. poculi id nomen est. Inter exempla συγκριτικῶν in εστερον, affertur ex Epicharmo οὐσιότερον. in apocryphis libris et vetustis est εὐωνέστερον. quod fuerit εὐωρέστερον, sive εὐωρότερον. sed Cesaub. Anim. in Athen. T. II. Dd

Enstathius firmat quod est editum. Laudatur deinceps Hyperides in *Deliaca*. ‘Τπερείδης, ait, Δηλιακῶ, καὶ τὸν πρατῆρα τὸν πανιώνιον κοινῆ οἱ’ Ἐλλῆνες κεραυνύουσι. haec oratio cum caeteris hujus oratoris diu factum est cum periit. Sed reperio ejus mentionem apud Hermogenem. Argumentum ejus orationis utcumque potest percipi ex reliquis quae hodieque extant apud veterem Hermogenis interpretem ad librum De ideis, capite περὶ σεμνότητος. Verba illius, quia non omnium manibus teritur ille liber, lubet hic adscribere. Sic igitur interpres ille. Διόπερ τὰς ἐν Δηλιακῷ Τπερείδου πόρρω τούτων ἔστάναι Φησί (nempe τῶν ἐννοιῶν τοῦ Πλάτωνος περὶ θεῶν) βουλόμενος γὰρ ἐκεῖνος ἐξ ἀρχαίου δεῖξαι. τοῖς

p. 719. Ἀθηναῖοις τὰ ἐν Δήλῳ ἱερὰ προσήκουτα, πολλῷ κέχρηται τῷ μύθῳ, λέγων οὕτω. Λέγεται γὰρ τὴν Λητῶ πύουσαν τοὺς παῖδας ἐν Διὸς ἐλαύνεσθαι υπὸ τῆς Ἡρας κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν. ἥδη δὲ αὐτὴν βαρυνομένην καὶ ἀποροῦσαν, εἰς τὴν γῆν ἐλθεῖν τὴν ἡμετέραν, καὶ λύσαι τὴν ζώνην ἐν τῷ τόπῳ, ἐνῷ Ζωστὴρ καλεῖται. Sed videntur ista velut ἐν παρόδῳ in ea oratione dicta esse: nam ad praecipuum ipsius argumentum, nihil haec de Lata-  
nae partu narratio spectabat. Sopater in Hermogenem.

Ἐχεις δὲ διπλοῦν στοχασμὸν παρὰ Τπερείδῃ ἐν τῷ Δηλιακῷ. ἐκθησόμεθα δὲ τὰ εἰρημένα, υπὲρ τοῦ γενέσθαι σαφὲς τὸ λεγόμενον. Ἀφίκοντό τινες εἰς Δῆλον ἀνθρώποι Αἰολεῖς, πλούσιοι, χρυσίον ἔχοντες πολὺ, κατὰ θεωρίαν τῆς Ἐλλάδος, ἀποδημοῦντες ἐκ τῆς ἐαυτῶν. οὗτοι ἐφάνησαν ἐν Ρηνείᾳ ἐκβεβλημένοι. τοῦ δὲ πράγματος περιβοήτου ὄντος, ἐπιφέρουσι Δήλιοι τοῖς Ρηνεῦσι αἰτίαν ὡς αὐτῶν ταῦτα πεποιηκότων. καὶ γράφουται τὴν πόλιν αὐτῶν ἀσεβείας. οἱ δὲ Ρηνεῖς ἥγαναντηνταὶ τε τῷ πράγματι, καὶ προσκαλοῦνται Δηλίους τὴν αὐτὴν δίκην. οὕσης δὲ τῆς διαδικασίας ὁπότεροι εἰσιν οἱ τὸ ἔργον πεποιηκότες, ηρώτων οἱ Ρηνεῖς τοὺς Δηλίους, δι’ ἣν αἰτίαν ὡς αὐτοὺς ἀφίκοντο. οὔτε γὰρ λιμένας εἶναι παρ’ αὐτοῖς, οὔτε ἐμπορίαν, οὔτε ἄλλην διατριβὴν οὐδεμίαν. πάντας τε ἀνθρώπους ἀφίκουνται πρὸς τὴν Δῆλον ἔλεγον· καὶ αὐτοὶ τὰ πολλὰ ἐν Δήλῳ διατριβεῖν· τῶν δὲ Δηλίων ἀποκριναμένων αὐτοῖς, ὅτι ιερεῖα ἀγοράσουτες οἱ ἀνθρώποι διέβησαν εἰς τὴν Ρηνείαν. διὰ τί οὖν, ἔφασαν οἱ Ρηνεῖς, εἰ ιερεῖα ἥπον ὡνησόμενοι, ὡς Φατὲ, τοὺς παῖδας τοὺς ἀκολούθους οὓς ἥγαγον τοὺς ἀξοντας τὰ ιερεῖα, ἄλλὰ παρ’ υμῖν (manusc. ἡμῖν) ἐν Δήλῳ κατέλιπον. αὐτοὶ δὲ μόνοι διέβησαν; πρὸς δὲ τούτοις τριάνοιτα σταδίων ὄντων ἀπὸ τῆς

διαβάσεως πρὸς τὴν πόλιν Ἀγημένου τραχείας οὐσης ὁδοῦ δι' ἣς ἔδει αὐτοὺς πορευθῆναι ἐπὶ τὴν ἀγορασίαν ἄνευ ὑποδημάτων διέβησαν· ἐν Δήλῳ δὲ τῷ ιερῷ ὑποδεδεμένοι περιεπάτουν. Scripsimus cum antiquis Athenaei membranis, ὥρχοιντο δ' οὗτοι περὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος γεών τοῦ Δηλίου, τῶν πρῶτον . . . . τες Ἀθηναῖων, καὶ πατεδύοντο ἴμάτια τῶν Θηραϊκῶν. sed nullum est dubium, quin suppleri quod deest sic debeat: τῶν πρώτων παιδες Ἀθηναῖων. Chorus duplex erat: alter e viris, alter e pueris. Hinc illa distinctio frequens in libris Graecorum, ut Demosthenis, Plutarchi, et aliorum, χορὸς παιδῶν et χορὸς ἀνδρῶν. In sequentibus haeret aqua nobis. nam et πατεδύεσθαι pro ἐνδύεσθαι, novum atque insolens: et vestes *Theraicae* mihi quidem obscurae. tamen ita MSS. omnes, non τηραϊκῶν, ut alias editum. scribendum Θηριακῶν? ut e pellibus confectae vestes intelligentur, quales Romae gestabant luperci per urbem currentes ac saltantes: quas Hippocrates δορικὰ ἴμάτια nominat, in libro Περὶ Φύσιος τοῦ παιδός. Subditur his. δὲ Ἀπόλλων οὗτος ἐστιν, ὡς τὰ Θαργήλια ἄγουσι, καὶ διασώζεται Φύλησιν ἐν τῷ δαφνηφορείῳ γραφῇ περὶ τούτων. Scribendum, Φυλῆσι. in pago *Phyla*. errant omnino qui accipiunt pro Φυλαῖς. Adi ad Stephani Ἐθνικά. Neque probo quod γραφὴν literas publicas verterunt. De pictura accipimus nos: cuius erat argumentum saltatio orchestrarum circa Apollinis Delii templum, et quicquid ad ritum illum pertinuit. De hujus generis tabulis ante dictum libro quinto, capite septimo. Verissimum est p. 720. quod scribit aliquanto post Athenaeus: Romanos et in moribus institutisque multis, et πατὰ τοὺς τόνους τῆς Φωνῆς Aeoles potissimum ex omnibus Graecis esse imitatos. Utriusque linguae periti fatebuntur ita esse: ac memini Dionysium Halicarnasseum, et Priscianum aliquot locis disertim hujus nos admonere.

## CAPUT SEPTIMUM.

*Philinus* *vetus orator.* ταῦροι vox Ephesicrum. ηρυκες, ἡβητήρια. *Hebe* diis a poculis. *Dioclis* Melissae. *Prov.* ἡ πέντε πίνειν ἡ τρία, ἡ μὴ τέτταρα. *Hermippi* Θεοί. Epichysis genus παιδιᾶς. *Superstitione* veterum, mortuis conferandi

*quae de mensa eaderent. Tragicorum τετραλογίαι, et satyricae fabulae. Sophoclis Σατυρικὸν δρᾶμα. item Aeschylī. Vinum Samagoreum. alia non pauca.*

**N**ON temere laudatum invenias Philinum oratorem Atticum, quem super *oenoptis* citat noster. Facit illius mentionem Clemens Alexandrinus in eo tractatu quo de Graecorum furtis agit. Ibi vir diligentissimus, prima verba orationis, *De corona*, cum simillimis Philini componit. Ejus antiqui oratoris facit mentionem Harpocration, duobus, opinor, locis, in Θεωρικὰ et in Κοιρωνίδαι. Ephesiis ταῦροι dicebantur qui per Neptuni festum vina ministrabant juvenes investes, et integri. Hoc refert Athenaeus ex Ameriae Glossis. Inde et Hesychius sumens, ταῦροι, ait, οἱ παρ' ἜΦεσοις οἰνοχόοι. Sapphus locum de Mercurio diis vinum fundente emendamus lib. 2. cap. 2. Veteres, inquit, τοὺς πρὸς ταῖς ὑπηρεσίαις ταύταις κῆρυκας ἐκάλουν: eos qui pincernarum officio fungerentur vocabant κῆρυκας. Imo notant Graeci, et verum est, antiquissimis temporibus eo nomine omnes qui in aedibus ministrabant sic fuisse vocatos. κῆρυκες, ajunt, οἱ διάκονοι οἱ τὰς ὑπηρετικὰς ἐπιτελοῦντες πράξεις. Notemus locutionem, καὶ τὴν Ἡβῆν δέ τινες ἀνέπλασαν οἰνοχοοῦσαν αὐτοῖς. Ait, τινές. miror equidem. nam Homeri ipsius hoc commentum est. Iliadis ράψ. 8.

— μετὰ δέ σφισι πότνια Ἡβῆ

*Νέκταρ εἴωνοχόει.*

Magis miror quod addit, ἵσως διὰ τὸ ἡβητήρια παλεῖσθαι τὰ συμπόσια. Quod Heben finxerint diis esse a poculis, haec fortasse, inquit, ratio est: quia convivia vocabant ἡβητήρια. appellat συμπόσια oecos ubi convivabantur, et triclinia. Hesychius quoque ἡβητήρια interpretatur ἐστιατήρια et πατάλυσιν. Alii inter aedilem metuentia loca referunt: neque aliter auctores ea voce utuntur. Sed friget omnino, me judice, Athenaei ratio. Acutius et verius comici interpres: ἡβῆν, inquit, appellant veteres voluptatem quae ex conviviis capitū: quam ob causam poeta Heben finxit, et ei convenientissimum nomini suo ministerium praebuit, ut esset diis a poculis. haec doctissimus ille grammaticus ad Vespas. cui et Hep. 721. sychius subscribit obscure: ἡβῆν interpretans ἀκολασίαν. Clearchi versus e Citharaedo, qui leguntur mox intercisi, apud poetam ita continuabantur,

— τὴνδ' ἔγω

μεστὴν ἀπασαν διπονομάσας προπίομαι  
τοῖς συγγενέσι, πίστωμά γε Φιλίας· πιὼν  
ἔρωτα πικρόν. πνίγομαι γάρ. ἀλλ' ἐπιφρόφει.

Quae sequuntur de variis vini temperamentis, conferant studiosi cum iis quae de eadem re et Athenaeus scripsit alibi, et Julius Pollux aliique. Citatur non longe Διοκλῆς ἐν Μελίσσαις. cuius et poetae et fabulae Pollux meminit libro 10. cap. 24. Scribe autem Dioclis locum hoc modo. Πῶς δὲ καὶ κειραμένου πίνειν τὸν οἶνον δεῖ με; τὰ τέτταρα καὶ δύο. Quomodo temperatum vinum bibere me oportet? quatuor, aquae vini duo. hanc fuisse antiquissimorum Graecorum vini temperaturam, auctor Hesychius. τὸ πάλαι, ait, ἐκιρυῖτο τρία ὕδατος λαμβάνειν, τὸ δὲ τέτταρον οἶνον. Disertim Athenaeus hic contrarium scribit: qui subjicit Diocleis verbis, ηδ' οὖν οὐράσις αὗτη παρὰ τὸ ἔθος οὖσα, ἐπέμνησ (scribo ἐγένυησ) τάχα καὶ τὴν Θρυλλουμένην παροιμίαν, "Η πέντε πίνειν η τρία, η μὴ τέτταρα. quae ita verte: *Ab hac igitur temperatura, quae praeter consuetudinem erat, natum fortasse proverbium usu tritum, aut quinque bibe aut tria: non autem quatuor.* Idem tantum paulo ante de hac crasi locos recitavit antiquissimi poetae Hesiodi, et Anaxilae comicci. Sed certissimum est, nullam fuisse communem omnibus Graecis certam οὐράσιν. Aristophanes in Equitibus temperamenti meminit quod ait ejus interpres habitum omnium optimum: cum quinque partium tres aquae, duae erant vini. Habent et medici suas οὐράσεις. Hippocrates quidem plurimis locis meminit τῆς ζεον ζεω, alibi aliarum. Admodum paulo post depravatus est hic locus. "Ἐρμιππος Θεοῖς,

"Ἐπειδ' ὅταν πινώμεθ' η διψώμεθα,  
εὐχόμεθα πρὸς τοῦδ' ο οἶνος ὡναίρας τὸ γένον  
οὐκ ἀστοῦ καὶ πηλοῦ γω Φέρω πατζῶν ἄμα,  
η αὐθίς γεγένηται τοῦτο πέντε καὶ δύω.

praestare haec sarta tecta non possumus, et fortasse aliquid deest. In secundo versu, οἶνος εὐκράτης μοι γένον scribendum, vel ut fere habent membranae εὐκέρας γένον, vel γένοιδη. In tertio vere scribimus absque controversia, Οὐκ τοῦ οαπηλοῦ γω Φέρω. [quod a cauponæ ego afferō.] Hermippi autem Θεῶν meminit Pollux libro nono in descriptione lusionis, quam πεντάλιθα vocant. et comicci interpres ad Vespas et Aves: item Hesychius in μιλαξ et ηλικία. Corruptus est et insequens Anacreontis locus,

\*Αγε δὴ, Φέρ' ἡμῖν ὡς παῖς οὐλέβην·  
ὅπως ἀμυστιν προπίω.  
τὰ μὲν δύ' ἐγχέας ὕδατος,  
τὰ πέντε δ' οἴνου ουάζους·  
ώς αὖ υἱριστιῶσαν ἀναδευθασσαρήσω.

Fortasse ita corrigas non male, τὰ πέντε δ' οἴνου· ουάζοις, ως αὖ υἱριστιῶσαν Φρένα δεύσας βασσαρήσω. vel, p. 722. Φρέν' ἀναδεύσας βασσαρήσω. ut cum luxuriantem animum cyathis rigavero, furere incipiam. Scribe, 'Αχαιὸς δ' ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ, τοὺς σατύρους ποιεῖ δυσχεράναντας, negligentia operarum excidit vox ποιεῖ. Quae-nam erant illae auditorum libationes, de quibus legimus hic. ήσαν δὲ τῶν ἀκροατῶν ἐπιχύσεις, ως Φῆσι Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ μάθης οὐ παλαιατ. Eruditissimus Dalecampius, ut expediret se, mirificam interpretationem attulit: sed enim libationes quas discipuli doctoribus facerent, nullas novimus ex antiquorum monumentis. Existimamus legendū, ήσαν δὲ αἱ τῶν ἀκρατῶν ἐπιχ. Tangit auctor morem aliquem dissolutorum et strenuorum potatorum. narrat ex Theophrasto eum morem antiquum non esse: quippe priscis temporibus nullam in usu fuisse ἐπίχυσιν, nisi cum diis libabant, vel cottabo lu-debant. Ex istis intelligi utcumque potest, epichysin genus παιδιᾶς fuisse, cum madidi convivae cyathos in caput mutuo sibi invergerent: petulanter sane, et nimis improbe. Sed quid temulentia non ausit? Non dissimilia his sunt quae referimus libro primo, capite 14. Simillimum vero et fortasse hoc ipsum παιδιᾶς genus est, quod de temulentis Thracibus infra non longe scribitur, οὐαὶ οὐαὶ τῶν ιματίων οὐαταχεόμενοι, οὐαλὸν οὐαὶ εὔδαιμον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύειν οὐενομίκασι. Quid si scripsit Athenaeus, ήσαν δὲ τῶν ἔρωντων αἱ ἐπιχύσεις? Nam soliti amantes in honorem et recordationem τῶν ἔρωμένων vinum ἐπιχεῖσθαι. Suspectum mox est δαΐζων verbum cum ait de cottabismo, ὄντος τοῦ παιγνίου Σινελιοῦ· οὐαδάπτερ οὐαὶ Ἀνακρέων ὁ Τήϊος πεποίης. Σινελιοὺν οὐταβον ἀγνύλη δαΐζων. et cohaerens huic sententia parum plena, διὸ οὐαὶ τὰ σκολιὰ οὐαλούμενα μέλη τῶν ἀρχαίων ποιητῶν πλήρη ἐστί. deest αὐτοῦ. vel scribendum, οὐ δὴ οὐαὶ τὰ σκ. In scolio Pindari, 'Αγάθωνι δὲ οὐαλῶ οὐταβον, possum οὐαλῶ pro ἐπικαλῶ, sine ἐπιφημίᾳ. Agathoni cottabum hunc nunc ipso. vel scribe. 'Αγάθωνι τῷ οὐαλῷ οὐταβον. ut in Symposium Xenophontis, 'Αλκιβιάδῳ τῷ οὐαλῷ. Quae de mensa in-

ter epulandum caderent, mortuis consecravit antiquitas illa vere ἀρχαῖα et βεκκέστέληνος. postquam id nos docuit Athenaeus, subjicit, διὸ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς Σθενεβοίας Φησὶν, ἐπειδὴ νομίζειν (malim, νομίζοι aut νομίσει) τὸ Βελλεροφόντην τεθνάναι,

Πεσὸν δέ τιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερός.

ἄλλ' εὐθὺς αὐδᾶς τῷ Κορινθίῳ ξένῳ.

Athenaei sunt non Euripidis omnia quae praecedunt verbum πεσόν. Sensus est: solitos veteres quae de mensa cadunt amicis defunctis assignare. ideo Stheneboeam apud Euripidem, Bellerophontis audita morte, quicquid sub mensam, ut sit, caderet, illi statim nuncupasse. Graeca ita expone. ideo etiam Euripides ait de Stheneboea postquam illa Bellerophontem mortuum putavit Nihil eam quod manu cadat latet Sed statim id nuncupat Corinthio hospiti. vel Sed statim dicit, Corinthio hospiti. sacrum esto, videlicet, quod cecidit. Bellerophontem Corinthium fuisse et in ipsius amorem incidisse Stheneboeam Proeti uxorem nemo nescit. Scribe, καλῶς οἱ παροιμιαζόμενοι λέγ. Satis constat, et nos alibi p. 723. pluribus docemus, tragicos poetas in Attico theatro non singulis fabulis, sed quaternis solitos cum antagonistis de palma contendere. haec quatuor fabulae tetralogia dicebantur: quae constabat e tribus tragoediis, et satyrica fabula una. Semper autem in tetralogia drama unum fuit, quod σατυρικὸν et esset et diceretur. Exemplum σατυρικοῦ δράματος habemus hodieque in Euripidis Cyclopibus: quam ex omnibus omnium poetarum tragicorum ejus generis fabulis jam suo tempore extitisse unicum scribit Eustathius ad Odysseae ράψ. σ. Athenaei seculo multae adhuc fuerunt superstites: nam Aeschyli, Euripidis et Sophoclis plures satyricae fabulae ab eo, et Polluce atque aliis laudantur. Cum haec ita habeant, quomodo accipiemus quod legitur post aliquammulta? Καὶ ὁ Σοφοκλῆς ἐν δράματι σατυρικῷ Φησὶν ὡς ἄρα — τὸ πρὸς Βίαν πίνειν, "Ισον πακὸν πέφυκε τῷ διψῆν βίᾳ. Sic loquitur, quasi unam aliquam solum satyricam fabulam Sophocles fecisset: quod ex ante dictis falsum paret. Nempe ita res habet: vel deest hic proprium dramatis nomen: vel fuit inter Sophocleas olim quaedam fabula SATYRUS aut SATYRI inscripta. Hoc putamus verum esse: nam et libro septimo, capite quarto, inter ejus poetae dramata, titulum unius commemoravimus Σάτυρος καφοῖ: et memini Hesychium laudare Sophoclem in

*Satyrico vel Satyrisco.* Sic ille, ἀρραγές σύμμα, οὐ δικρύον. ὡς τρόπῳ Φαμὲν, πατερράγη μου δάκρυον. Σοφοκλῆς Σατυρίσιω. Si cui placeat ita potius interpretari, *Sophocles in una suarum satyricarum fabularum*, non nimis refragabor: cum praesertim ita interdum loqui grammaticos recorder. Hesychius, ἀποΦύλιοι ξένοι, οἱ μὴ ἔχοντες Φυλήν. Αἰσχύλος Σατυριῶ. Porro inter alia Sophoclis satyrica dramata, *Hercules* fuit: ut cognoscimus ex Polluce libro 7. capite 25. De progressu vitiorum, et publicorum morum depravatione loquens dipnosophista, inter caetera scribit: ἐπεὶ δὲ τρυφᾶν ἥρξαντο, ναὶ χλιδῶσι, πατερρύησαν ἀπὸ τῶν διφρων ἐπὶ τὰς οὐλινας, ναὶ λαβόντες σύμμαχον τὴν ἀνάπαυσιν ναὶ ραστώνην, ἀνειμένως ἥδη ναὶ ἀτάντως ἐχρῶντο τῇ μέθῃ, χορηγούσης τῆς παρασινῆς εἰς τὰς ηδονάς. male ista capit eruditiss. Dalec. ita melius: postea quam delicate vivere ceptum, et homines luxu disfluunt, de sellis in lectos tricliniares sunt delapsi: atque ita ubi comes accessit quies et commoditas, remisso animo et dissoluto ebrietati se dederunt: fomites ministrante apparatu illo ad voluptates. In nupera editione Athenaei ita scribitur hoc distichum Theognidis:

Πρὸν μεθύειν δ' ἄρξῃ γ' απανίστασο μή σε βιάσθω  
γαστὴρ, ὥστε πανὸν λάτριν ἔφη μόριον.

quis malum! hanc monstruosam lectionem excogitavit? nam recte quantum est librorum, ἐφημέριον. Sed aliquem audaculum hujus editionis παραδιορθωτὴν impulit, ut ita scilicet emendaret, ineptissima versio interpretis. Theognidis clara mens: Noli, inquit, ventri servire tanquam aliquis vili mercenarius, qui in dies singulos p. 724. operas solent locare. Scribe in Crobyli versu. Αποστε-  
ροῦνθ' ἔαυτὸν τοῦ σωφρονεῖν. non σωφρ. quod lex metri respuit: sed φρονεῖν, quod extat paulo post, ubi iterum hic locus. Sententiam vero illam sane quam pulchram quae sequentibus Alexidis versibus continetur, aliis verbis Clearchus comicus expressit, studiosi versiculos utriusque poetae comparent inter se. habentur Clearchei initio libri 14. quid significetur illis verbis, εν τῇ δια-  
σκολεῖ τοῦ Φρυγίου, scire licet ex [iis quae scripsimus] libro 3. cap. 26. Vinum quod in publicis Athenaei libris Σαμαγόρσιον ex Aristotele nuncupatur: in membranis est Σαμαγόνσιον: in Excerptis Σαμόγειρον. nullus locus nisi notus ullo horum nomine.

## CAPUT OCTAVUM.

*Criticorum variae sententiae de Alcaeis loco. Alcaeis alii loci varie illustrati et emendati. ἀμφικνε-Φαῖος et ἀμφικνέΦαλος. περίστασις. Sophili comoedia Ἐγχειρίδιον. item Menandri. Suidae locus. κατασείειν, ἐγσείειν, ἐπισοβεῖν. vinum ὑδαρῆς et κεκραμένου.*

**R**EDITURUS Democritus ad institutum paulo ante sermonem de variis modis temperandi vini, quorum mentio apud veteres extabat, Ἐγὼ δὲ, inquit, ἐπεὶ παρεξέβην περὶ τῶν ἀρχαίων οράσεων διαλεγόμενος, ἐπαναλήψομαι τὸν λόγον, τὰ (ita scribendum) ὑπὸ τοῦ Ἀλκαίου τοῦ μελοποιοῦ λεχθέντα ἐπὶ νοῦν βαλλόμενος. Φησὶ γάρ που οὗτος, Ἐλχενε πίρνα εἰς ἔνα οὐαὶ δύο. Digressio quae tractatum περὶ οράσεων interruptum, inde cepit, Ἡσαν δὲ τῶν ἀνροατῶν αἱ ἐπιχύσεις, ὡς Φησὶ Θεοφ. etc. Locus Alcaeis qui hic proponitur, et deinceps explicatur pluribus a Democrito, ita legendus Ἐλχενε πίρνας ἔνα οὐαὶ δύο. neque aliter paulo post scriptum invenias. Athenaei sententia est, jubere Alcaeum his verbis, ut puer a poculis vinum de more in cratera misceat, eo οράσεως genere quod vocabatur εἴς οὐαὶ δύο cum infusis in craterem cyathis duobus vini, aquae unus infunditur. Alii Critici aliter censuerunt, ut Chamaeleo Ponticus: qui negans de temperatura vini locutum eo versu Alcaeum, significari a sobrio poeta voluit, se in compotationibus unum primo poculum meri solitum educere, deinde duo, non amplius. Hic ita Athenaeus: ἐν τούτοις γάρ τινες, οὐ τὴν οἰονται λέγειν αὐτόν. ἀλλὰ σωφρονικὸν οὗτα, οὐαὶ ἔνα οὐαὶ δύο ἀνροατον πίνειν οὐαὶ πάλιν οὐαὶ δύο. Auctorem hujus interpretationis, et suum de illa judicium proximis verbis aperit Democritus. τοῦτο δὲ ὁ Ποντικὸς Χαμαιλέων ἐνδέδειται τῆς Ἀλκαίου Φιλοινίας ἀπειρως ἔχων. offendit haec oratio aures nostras: et videtur τούτῳ scribendum. *Hac interpretatione, ait, demonstravit se Chamaeleon Ponticus temulentiae Alcaeis ignarum.* Hic est Chamaeleon Heracleota, qui De ebrietate opus conscripserat: cuius facta est paulo ante mentio. meminit ejus libri etiam Clemens Alex. Stromat. libr.

primo. In eo commentario locum Alcaeum tractaverat.  
 p. 725. Sed parum fuisse versatum Chamaeleontem in Alcaeum  
 poesi, probat mox Democritus. *κατὰ γὰρ*, inquit, *πᾶσαν*  
*ῷραν*, *καὶ πᾶσαν περιστασιν πίνων ὁ ποιητὴς οὗτος εὐπλ-*  
*σιεται*. id est, nam quacunque anni tempestate, et quo-  
 cunque suarum rerum statu sive tristi sive laeto, (hoc  
 significat *κατὰ πᾶσαν περιστασιν*), poeta hic bibens  
 reperitur. deinde quod *ἀθρόως* hic dicitur, sigillatim  
 probatur a Democrito. Profert Alcaeum testimonia de  
 suis potationibus primum hibernis, aestivis, et vernis:  
 deinde in rebus adversis, et rebus secundis. De hyeme  
 verba Alcaeum sunt:

"Τει μὲν ὁ Ζεύς. ἐν δ' ὥραινῷ μέγας  
 χειμῶν. πεπάγασι δ' ὑδάτων ροαί.  
 πάββαλε τὸν χειμῶνα, ἐπὶ μὲν τιθεὶς  
 πῦρ. ἐν δὲ κιρναῖς οἴνου ἀφειδέως  
 μελιχρόν. αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ μαλαθακὸν  
 ἀμφὶ γνάφαλον.

In quarto versu tmelis poetica est *ἐν δὲ κιρναῖς* pro *ἐγκιρναῖς* δέ. hoc vero Doricum pro *ἐγκιρνάς*. sic *ὸλέσας* apud Pindarum pro *ὸλέσας*, et similia alia. Sequentia exprimit Dalecampius sic. *Mellitum vinum largius* *tempera*: *sed capiti lene, obscurum utrinque*. Censuit nimirum legi debere *ἀμφικνέφαιος*: quam vocem restituebat idem in aenigmate de ichneumone, quod recitatur ab Athenaeo infra hoc ipso libro sub finem. Nobis videbatur restituenda hoc loco dictio *ἀμφικνέφαλον*. ut sit mens Alcaeum: praesidium aduersus hyemem petendum esse ab his tribus: igne luculento: optimo vino: et molli lecto. Genus lectorum fuit quos *ἀμφικνέφαλον* vocabant, auctore Polluce lib. 10. capite 6. plura de ea voce infra, capite 18. Sed hanc interpretationem vix admittant poetae verba. Nam qualis esset hypallage? *circa caput lectus esto*. Quare de emendatione quidem nihil muto: verum *ἀμφικνέφαλον* hic *pulvinum* interpretor non *lectum*. Sequitur, *θέρους δὲ, τέγγη πεύμονας οἴνῳ*. Ita exarati manu: pro *τέγγου* vel *τέγγε* ut scriptum referunt alii. De tempestate verna, sic ex Alcaeо Athenaeus: *τοῦ δὲ ἔαρος, ἥρος ἀνθεμόσυντος ἔπαιον ἀρχομένοιο*. Dalecamp. emendat *ἔπιον*. ut id probetur quod instituit, docere: similis est vero haec correctio, non vera, judice me. nam rectum est *ἔπαιον*. Principium est odae: quo ait poeta, jam ver advenisse: et statim vinum sibi misceri jubet in cratera. Audiamus

Athenaeum: *καὶ προελθὼν, ἐν δὲ οἴρᾳ τὸν τῷ μελια-*  
*δέος ὅττι τάχιστα πρωτῆρα.* id est, et postea ait Alcaeus  
*in eo carmine, misce quantocytus in cratera vinum*  
*suavissimum.* Quod modo dicebamus *κατὰ πᾶσαν περί-*  
*στασιν significare, quocunque rerum suarum statu, laeto*  
*aut tristi, certissimum est ex creberrimo auctorum usq.*  
*Dalecampius tamen vertit, quovis statu coeli.* Itaque  
*non mirum male cepisse eum postea Athenaei verba qui-*  
*bis probat quod ante dixerat.* Sunt autem haec: *ἐν δὲ*  
*τοῖς συμπτώμασι, id est bibisse Alcaeum rebus aduersis*  
*paret ex istis: sequuntur verba Alcaeī: οὐ χρὴ κακοῖς*  
*μῆδον ἐπιτρέπειν. προνόψομεν γὰρ οὐδὲν αἰσάμενοι ὡ*  
*Βακχοι. Φάρμακον δ' ἀριστον, οἷον ἐνεικαμένοις μεθυ-*  
*σθῆναι.* Legendum θυμὸν non μῆδον. *haud par est*  
*malis animūm permittere:* (hoc est cogitationi adver- p. 726.  
*forūm casūm se dedere, et luctui indulgere): proficie-*  
*mus enim nihil cum nos cruciaverimus, o Bacchi:*  
*remedium vero optimum est, si vino huc allato ad*  
*ebrietatem usque biberimus.* Sequuntur verba Athe-  
*naei: ἐν δὲ ταῖς εὐφρόναις: id est, rebus laetis bibisse*  
*Alcaeum constat ex his. tum recitantur Alcaeī haec,*  
*Nῦν χρὴ μεθύσκειν, καὶ τινα πρὸς βίᾳν πονεῖν, ἐπειδὴ*  
*κατθάπει Μυρσίλος.* Lego, καὶ τινα πρὸς βίᾳν πίνειν.  
*Nunc oportet ebrium fieri, et vel invitum bibere:*  
*quando Myrsilus obiit.* In primo sequentis δήσεως An-  
*tiphanæae versu, habent omnes etiam MSS. Ἀπόθεσ ὡ*  
*γλυκινδάρην ἐνέχεεν σοι.* Varie possis concinnare. Ἀπό-  
*θεσ ὡ Γλύκων. ὑδάρη γ' ἐνέχεεν σοι. nempe οἶνον aut*  
*πόσιν. vel ὡ Γλαῦκη. sive, ὡ γλυκύτης, o mea dulcedo.*  
*De ea mixtione quae vocabatur ἴσου ἵσω, recitantur*  
*haec Alexidis e Dorcide, — τῆς Φιλοτησίας ἐγὼ Μεστὰς*  
*προπίνω ἴσου ἵσω κεκραμένας.* Legendum, τῇ. cui ego  
*praebibo amoris pocula temperata par pari.* Citatur  
*etiam comicus Sophilus ἐν Ἐγχειριδίῳ.* haut scio an  
*vere. nam Suidas olim scriptum reperit in suo codice*  
*ἐν Χοιριδίῳ: sicut testatur ipse in iis quae scripsit de*  
*Sophilo. Fecerat sane et Menander Enchiridium in-*  
*scriptam fabulam: cuius mentio hoc ipso libro, et alibi.*  
*In ecloga ex Alexidis Tocista, sic ista distingue.*

‘*Ἡδύ γε τὸ πῶμα. ποταπὸς ὁ Βρόμιος; τρυφῆ.*

Θάσιος. ὄμοιον καὶ δίκαιον, τοὺς ξένους.

Illud *τρυφῆ* insertum orationi praeter rem, accipio pro  
*delicias facis: rides.* Cautē accipe verba Athenaei:  
*quibus explicat verbum καταστέειν in istis Menandri,*

'Οιτώ τις ὑποχεῖν ἀνεβόα καὶ δώδεκα  
κυάθους, ἔως πατέσειστο Φιλοτιμούμενος.

Subjicit his Athenaeus. πατασείειν δὲ ἐλεγον ἐπὶ τῶν ἐν  
τοῖς πότοις παταπιπτόντων. postremum verbum inter-  
pretes impulit, ut crederent πατασείειν in Menandi  
similibusque locis de iis dici qui vino graves caderent.  
falluntur autem: nam contra de iis usurpabant hoc  
verbum, qui sobrii ipsi alios cogebant bibere ad ebrie-  
tatem usque, et donec caput declinarent, et pulvino  
fulcirent, si mensae accumberent: aut humi caderent, si  
ingredi conarentur. Caute igitur capiendum τὸ πατα-  
πιπτόντων. nam si volumus accurate loqui, non ἐπὶ τῶν  
παταπιπτόντων usurpabatur verbum πατασείειν. verum  
de iis qui facerent alios παταπίπτειν. propterea addit:  
τὴν μεταφορὰν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν παρποὺς πατασιόν-  
των. Nemo dixerit fructus qui cadunt πατασείειν: sed  
saltuarium qui pertica eos decutit. Etiam pro invergere  
vas in aliquem, πατασείειν posuerunt Philemon in Phas-  
mate, ἐπεὶ δὲ ή 'Ρόδη κυμβίον ἀκράτου πατασέσεικεν  
ἡμῖν ἄνω. vel ἐνστίειν. Philetaerus, ἐνέσεισε μεστὴν ἵσον  
ἴσῳ μετανιπτρίδα μεγάλην. idem significat interdum et  
ἐπισοβεῖν. Alexidis, εἶτα τετρακότυλον ἐπεσόβει πώθωνά  
μοι. Diodori Sinopensis versus perverse scripti editi-  
que sunt. Nesciverunt discri men facere inter unum  
ὑδαρὲς et πειραμένον, qui in lepida historia de Lysandro  
scripserunt contra librorum fidem, οὐ πειραμένον ἐκέ-  
λευσεν αὐτὸν πωλεῖν. res ita habet: animadverterat Ly-

p. 727. sander caupones qui suum sequebantur exercitum, vinum  
ὑδαρὲς vendere: hoc est immixta aqua corruptum pro-  
mero. ille ut eorum fraudi obviam iret, jussit tempe-  
ratum vendere, non aliter. Duo inde necessario seque-  
bantur: ut nemini dilutum vinum pro mero posset ob-  
trudi: nam lex merum emere non sinebat: et ut cau-  
pones cogerentur vinum sincerum emere, ut posset ab  
iis vendi temperatum. nam vappa aut lora, vel sine  
ulla generositate villum, cuiusmodi fuit illud cauponeum  
ὑδαρὲς vinum, emptorem vix ac ne vix quidem inveniat,  
si temperatum vendendum sit. Legendum hoc  
modo: τὸν οἶνον ὑδαρῆ πωλούντων τῶν παπήλων ἐν τῷ  
στρατοπέδῳ, πειραμένον ἐκέλευσεν αὐτὸν πωλεῖν, οὐ' αὐ-  
τὸν ἀκρατέστερον ὠνοῖντο. In tertio Alexidis melius est,  
ἐν τοῖς συμποσίοισι οὐ πίνετε "Ακρατού.

## CAPUT NONUM.

*Vinum ἥλφιτωμένον. Δήμητρος ἀκτή. κυκλοῦν Θίασον. λῆστις. Lacedaemoniorum sobrius victus. Nestoris poculum Ἀρεως Φιάλη. Poculum datum muneri, ut symbolum ἀδεσνείας. Siti nihil πολυποθητότερον. Restituuntur multi loci Aeliani, et unus Epiphanii. Ἀλεξάνδρου πιών. alia multa.*

AIT dipnosophista, ἐν τάξει δὲ μᾶλλον τούτων ἔπινον οἱ πολλοὶ καὶ ἄλφιτα ἐπιβάλλοντες τῷ οἶνῳ. Libri primi capite octavo mentionem vini faciebamus cui esset aliquid σιτῶδες admixtum: idque plus virium habere quam simplex et plane merum dicebamus. An ii de quibus hic scribitur eo respexerint, non facile dixerim. In Excerptis scriptum est ex hoc loco, "Οτι πολλοὶ ἀπαλφιτίζοντες τὸν οἶνον ἔπινον. non ineptum verbum finxit ἀπαλφιτίζειν, pro farina hordeacea vinum respurgere. Athenaeus mox ἀπαλφιτοῦ. In primo Mnesimachi versu Ἐπαλφιτου πίνοντα τοῦ Θέρους ποτὲ Ἰδών Σέλευκον, non abest quin sit mendum. Forte, Ἐπ' ἀλφιτοις π. In septimo, Ἐσμὸν μελισσῆς τῆς ἀκρολόχου γλυκὺν, non concoquo vocem ἔσμόν: non enim apes, sed mel videretur intelligere. ea voce servata γλυκὺν scribendum non γλυκὺ et ita Excerpta ubi est ἀκραχόλου pro ἀκρολόχου. In penultimo, Δήμητρος ἀκτῇ πᾶν γεφυρώσας ὑγρόν. non damno penitus γεφυρώσας: sed neque displicet conjectura nostra, γέ φυράσας. Est autem Δήμητρος ἀκτῇ periphrasis farinae, poetis familiaris, ut jam alio loco diximus. In ultimo Κατησίμωσα πῶμα καύματος λύσιν, nove καταισιμοῦν pro conficere, parare. nam αἰσιμοῦν est consumere. Nemo cui in literis cor sapiat dubitabit corrupta esse quae sequuntur, ὁ δ' αὐτὸς ἴστορεῖ καὶ Θηράσι ταῖς νήσοις ἐπιτάπτουντα λένιδον ἀντὶ ἀλφιτου πίνειν. deest nempe proprium alicujus viri nomen: si quidem recte scriptum ἐπιτάπτουντα. Legebam, ἴστορεῖ καὶ Ανθέαν τὸν ταῖς νήσοις ἐπιτ. id est, narrat idem de Anthea, qui a Seleuco rege fuerat insulis praefectus. Sed reperi postea in Excerptis ita scriptum ἴστορεῖ τινὰς ἐπιπάττουντας λένιδον ἀντὶ ἀλφιτου πίνειν. p. 728. Quare ita forte locus concipiendus, ὁ δ' αὐτὸς ἴστορεῖ

*καὶ τινας τοῖς οἴνοις ἐπιπάττουτας λέπιθον.* id est, narrat idem quosdam farinae loco vinum aspergere vitello ovi et ita bibere. In quarto Critiae versu, Μηδ' ἐπὶ δεξιτερὰν χεῖρα υψιλοῦν θίασον: melius θίασον. Est autem υψιλοῦν θίασον, in orbem per singulos convivas poculum ducere. respicit enim ad morem τοῦ περιφέρειν τὸ ποτήριον: quod a dextris fieri incipiebat. Scripsimus in 12. Λῆστις δ' ἐκτήνει μυημοσύνην πραπίδων: *oblivio delet memoriam ex animo.* λῆστις idem est ac λῆθη: sic Epit. recte prius erat λῆσις. quod non probo. Scribi deinde debet, Τέρψασα σε λυποῦσ' εἰς τὸν ἄπαντα χρόνον. Postea lege ac distingue.

'Η Λακεδαιμονίων δὲ δίαιθ' ὁμαλῶς διάκειται.

ἔσθειν καὶ πίνειν σύμμετρα πρὸς τὸ Φανέν, καὶ τὸ πονεῖν εἶναι δυνατούς. ὡς ἔστ' ἀπότακτον

'Ημέρᾳ οἰνῶσαι σῶμὶ ἀμέτροισι πότοις.

In secundo versu negotium facessunt postrema verba. quid si ita scribamus? σύμμετρα πρὸς τὸ Φαγεῖν Καὶ τὸ πιεῖν εἶναι δυνατούς. Spartanorum diaeta est, sic edere et bibere, ut cum recedunt de mensa adhuc possint edere et bibere. Sapientum est praeceptum fugiendam esse πλησμονὴν, et nunquam ad satietatem usque bibendum aut edendum. Etiam magnus medicorum Apollo jubet ἀσκεῖν ἀνορίην τροφῆς. Ait de Agamemnoni, οὐ ως πολυπότην ἐπιπλήσσει Ἀχιλλεύς. respiciens hunc poetae versum: Οἰνοβαρὲς, υνοὸς ὄμματ' ἔχων, πραδήην δ' ἐλάφοιο. Ait de Nestore, et ejus poculo illo nobili, στρατεύετο γὰρ μετ' αὐτοῦ. interpretes, *siquidem cum poculo is praeliabatur.* confundunt στρατεύεσθαι et μάχεσθαι res diversissimas. nusquam in Homero leges Nestorem cum poculo pugnantem. Sed facit eum poeta in expeditionem profectum cum suo poculo. id autem est στρατεύεσθαι, obire militiam. Non absurde autem dicit Athenaeus Nestoreum istud poculum "Αρεως Φιάλην posse dici κατὰ τὸν Ἀντιφάνους Καινέα. unde discimus Antiphanem comicum in Caeneo ita locutum: sed quid appellaverit poeta *phialam Martis*, nescimus: quia corrupta sunt illius verba quae descripserat auctor hoc loco. Aristoteles libro De poetica: ὄμοιῶς ἔχει Φιάλη πρὸς Διόνυσον, καὶ ἀσπὶς πρὸς "Αρην. ἔρσι τοινυν καὶ τὴν ἀσπίδα Φιάλην "Αρεως, καὶ τὴν Φιάλην ἀσπίδα Διονύσου. Eadem pene verba in Rhetorica ad Theodectem, non uno loco, sine ulla Antiphonis aut alius poetae mentione. [Eustathius in Ἐρωτικοῖς libro secundo imi-

tatus est, cum hastam vocat *graphium Martis*. Sic ille in ecphrasi Fortitudinis ασπις τῇ λαιῷ τῇ παρθένῳ, εἰ δὲ βούλει τῇ στρατωτῇ· τῇ δ' αὖ ἐτέρᾳ δόλιχον ἔγχος γραφεῖον "Αρεος. cui simile est, quod dixit idem libro 4. stimulum quo boves urgentur ab aratoribus, esse γηπόνων ἀνδρῶν γραφεῖον ὃ βάπτεσθαι μὲν τῶν βοῶν τοῖς αἷμασι, καλλιγραφεῖ δὲ τὴν γῆν.] Sequitur de alio Nestoris poculo quod dono datum ei est ab Achille. Ἀλλὰ μήν καὶ διὰ τὴν Φιλοποσίαν ὃ Νέστωρ καὶ παρ' Ἀχιλλέως λαμβάνει δῶρον Φιάλην ἐν τῷ ἐπὶ Πατρόνλῳ ἐπιτελουμένῳ ἀγῶνι. οὐχ ὅτι καὶ οὐχὶ τῷ νικηθέντι, ἐδώκε δέπας ὁ Ἀχιλλεύς. τοῖς γὰρ Φιλοπόταις οὐ παρέπεται τὸ νικᾶν p. 729. διὰ τὸ δάχθυμον. Leviter corrupta est penultima periodus, mens tamen clara, si vel mediocriter attendissent interpres. Caussam assert dati poculi ab Achille Nestori. fortasse, ait, ratio fuit, quod id munus erat symbolum ἀδρανείας, et effoetarum virium. Quare etiam alii qui victus in eo funebri spectaculo fuerat, datur itidem poculum ab Achille agonotheta. Respicit illum versus ejusdem libri, Τῷ δ' ἄρα νικηθέντι τίθει δέπας ἀμφικύπελλον. auctoris verba singi varie et reformari possunt: simplicissimum fuerit, ὅτε καὶ τῷ νικηθέντι ἐδ. ὁ Ἀχ. Quod autem addit, ὃ δ' Εὔμηλος λαμβάνει θαρακα δραμῶν ἀθλον ἐπισφαλῶς καὶ ἀμοχθεὶς ασφαλείας ὅπλον. id eo spectat, ut probetur Achillem apud principem vatem judicio divisisse munera, et id cuique attribuisse quod ei erat convenientissimum. Eumelo igitur, qui in curruli certamine periculose cucurrerat non sine labore, dat thoracem: quod armorum genus tutamen corpori praestat. Sententia auctoris haec est: sed προκαταρκεῖ scribendum omnino καὶ οὐκ ἀμοχθεῖ. vel ita potius, ἐπισφαλῶς καὶ ἀμυχθεῖς. nam Excerpta optima habent καὶ εὐμυχθεῖς. quod quia Graecum non est, scribendum ἀμυχθεῖς, id est, *periculose et leviter etiam laesus*. Homeri de Eumelo versus istos respicit,

Αὐτὸς δ' ἐν δίφροι παρὰ τροχὸν ἐξενυλίσθη,  
ἀγκῶνάς τε περιδρύθη, στόμα τε ρῦνάς τε.  
Θρυλλίχθη δὲ μέτωπον ἐπ' οφρύσι.

Cum scribit, τῆς δὲ δίψης οὐδὲν ἔστι πολυποθητότερον, significat, nullum esse affectum qui acriora aut plura desideria in nobis excitet, quam sitis faciat. desiderium intellige liquoris. vocem πολυπόθητον active accipit, quae proprie passive sonat. atque ita sumitur statim in proximis verbis, quae contra auctoris mentem capiunt

interpretes: διόπερ καὶ τὸ Ἀργος πολυδίψιον ὁ ποιητὴς ἘΦη, πολυπόθητον διὰ τὸν χρόνον. hoc est, propterea poeta appellat Argos πολυδίψιον, multum desideratum propter longi temporis absentiam. Frequens est apud Homerum, πολυδίψιον Ἀργος ικοίμην. sed id epithetum varie antiqui sunt interpretati. In posteriore Sophoclis seniorum,

Διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφά,  
οὐκ ἀν πλέον τέρψειας μὴ πιεῖν διδούς.

Scribendum suadente metro, τέρψειας, ἢ πιεῖν διδούς. sitientem nulla orationis elegantia ita oblectaveris, ac si dederis quod bibat. - vel τέρψειας, οὐ πιεῖν διδούς. frustra tentes sitientem eruditis sermonibus oblectare, si potum non dederis. Ἐρέω an Graecum sit pro amo aut cupio, admodum dubito. sic tamen in subjectis hisce Archilochi, μάχης δὲ τῆς σῆς ὥστε διψέων πιεῖν, ὡς ἐρέω. sed arbitror scribendum, ἐράω. Platonis locus extat in octavo De republica. inde rescribe, νακῶν οἰνοχόων προστατούντων τῇ πόλει. et si iterum aliquanto post προσταττόντων. De Alexandri M. temulentia et ephemeridibus in queis dies fuerant adnotati per quos ille crapulam edormiebat, Plutarchus quoque facit mentionem, et Aelianus Ποιητῆς libro tertio, capite 23. in p. 730. extremo ejus capitinis scribe, ὡν καὶ Εὔμενης ὁ Καρδιανὸς καὶ ἐκεῖνός ἔστι. clarum et certum ex hoc Athenaei loco. in omnibus editionibus, ὡν καὶ εῦ μὲν ὁ Καρδ. simili errore soluta et corrupta nomina propria invenias plurima. In Ancyroto Epiphanii, ὁ δ' ἘΦ' ἡμῶν ἔτερος ηωμικὸς Φησὶν, οἱ ἔνα θεὸν σέβοντες, ἐλπίδας ἔχουσας καλὰς εἰς σωτηρίαν. ineptissime. Scribe, ὁ δὲ Φιλήμων ἔτερος η. Theophilus ad Autolycum libro tertio, τίνι οὖν αὐτῷ πιστεύσωμεν; Φιλήμονι τῷ ηωμικῷ λέγοντι. οἱ γὰρ θεὸν Σέβοντες ἐλπίδας καλὰς ἔχουσιν εἰς Σωτηρίαν. Sed potest unus Aelianus plura exempla similiū errorum nobis suggerere. Ut cum libro eodem cap. 20. ita scribitur, ὁ δὲ Λύσανδρος, Ἄλλα τοῦτο μὲν εἴπε δότε τοῖς ειδόσιν. ἐλευθέρου γὰρ οὐκ ἔστι βρῶμα. Legendum est, τοῖς Εἴλωσι. Liberis hominibus, ait, non convenit hic delicatus cibus: date igitur Eilotibus. Nota est historia. item cum libro secundo ubi vinosos enumerat, postquam in id album Agronem regem Illyriorum retulit, subjicit: καὶ ἔτερος Ἰλλυριῶν βασιλεὺς γενναῖος πίνειν καὶ οὗτος † ἔαυτῷ ἀνρατῶς. restituendum, καὶ ἔτερος Ἰλλυριῶν βασιλεὺς Γέντιος, πίνειν καὶ οὗτος ἔσχεν

ἀνρατῶς. hic est Gentius Persei compotor, qui bello Macedonico implicitus, mox Anicio Romanorum imperatori triumphum de se peperit. Athenaeus quoque aliquanto post inter πολυπότας istum recensuit, Gentionem nominans, ut dicemus. Libro eodem, capite 33. Ψωφίλιοι Arcadiae populus nominantur, qui Ψωφίδιοι erant dicendi ex libris geographorum. ibi etiam scribitur, Χερόπονήσιοι δὲ οἱ ἀπὸ Κύδου ναὶ αὐτοὶ τὸν αὐτὸν ποταμὸν ὄμοιως, humana videlicet forma effingunt. quis ille αὐτὸς fluvius? interpretes Alpheum significari putarunt, cuius proxime facta ibi mentio. non videtur recta haec sententia: et omnino falsa est. Lego, ναὶ αὐτοὶ τὸν Κύδου ποταμόν. Cnidus fluvius inter nobilissimos nominatur etiam Aristidi in laudatiuncula putei Aesculapii. capit. autem 31. inter antiquos atheos clari nominis, Sofias quidam recensetur: qui in rerum natura nunquam fuit: sed vel Ἰππίας vel Γοργίας scribendum inducto servili nomine. Libro sexto, capite 13. inmemoratur ἡ Λευκανίων πέρι Βόσπορον τυραννίς: cum Λευκανίων sit verum nomen. Leuconem tyrannum et ejus posteros intelligit: quorum nota ex historia Graeca et oratoribus tyrannis. Similia his sexcenta in eo scriptore aliisque nobis pridem observata. Verum ad institutum. Menandri locum hic recitatum ita scribe, ηοτύλας χωροῦν δέκα ἐν Καππαδονίᾳ νόνδῳ χρυσοῦν Στρουθίᾳ, τρὶς ἔπιον μεστόν γε. De condy poculo adi librum sequentem, unde haec corremus. verte ista, Νικοβούλη δὲ ἡ ὁ ἀναθεὶς ταύτῃ τὰ συγγράμματα, Φησίν. Nicobula aut is qui hujus nomine scripta illa edidit. Nicobulam hanc et libro duodecimo in simili sermone laudat. Circumferebatur in Alexandri convivio meri poculum omnibus convivis educendum: cum ad Callisthenem id pervenisset, homo tristis et liberi spiritus accipere recusavit. Quarenti deinde cur non biberet, respondit, οὐδὲν δέομαι, Ἀλεξάνδρου πιὼν, τοῦ Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι. Faciendum p. 731. non est, ut ego cum Alexandri poculum bibero, Aesculapio opus habeam. Ita emendaveramus hunc locum e membranis. Quid profuit? Ἀλεξάνδρου πιὼν, πρτὴν Ἀλεξάνδρου πιὼν. Loco eorum verborum, quae referuntur ex epitaphio Darii, apud Strabonem libro 15. hoc tantum, ΠΑΝΤΑ ΠΟΙΕΙΝ ΗΔΥΝΑΜΗΝ.

## CAPUT DECIMUM.

*Charidemus Orita. χανδὴ κύλιξ. μουσικὸς ἀγῶν  
ἐγκωμίων. Aelianus locus animadversus. Mos diis  
consecrandi coronas conviviales. Simulacra Deum  
prae foribus. γεραραιὶ sacrorum ministrae quae  
Baccho siebunt in Limnis. Dionysius Metathe-  
menus. παιδισκεῖον.*

*CTESIAS narrat, inquit, παρ' Ἰνδοῖς οὐκ εἶναι τῷ  
βασιλεῖ μεθυσθῆναι. vel τὸ εἶναι positum pro ἐξεῖναι.  
vel deest vox νόμιμον: aut scribendum ἐφίεσθαι ut sta-  
tim, παρὰ δὲ Πέρσαις τῷ βασιλεῖ ἐφίεσθαι μεθύσκεσθαι.  
Mox de impotentia temulentorum ad generationem: ἐξυ-  
δροῦσθαι γάρ Φησιν Ἀριστοτέλης τῶν τοιούτων τὴν γονήν.  
scribe ἐξυδροῦσθαι. familiare philosophis verbum: quo  
tamen non uitur Aristot. hanc quaestionem tractans in  
iis quidem problematis quae hodie extant. Ait de Phi-  
lippo Macedone, Φίλιππος ἦν τὰ μὲν Φύσει μανικὸς,  
καὶ προπετῆς ἐπὶ τῶν κινδύνων, τὰ δὲ διὰ μέθην. ἦν  
γάρ πολυπότης, καὶ πολλάκις μεθύων ἐξεβοήθει. non  
displaceat ἐπὶ τὸν κίνδυνον. at qui scribunt ἐξεβόησε non  
sunt ferendi. minus cum neglectis vocibus τὰ μὲν et  
τὰ δὲ sententiam philosopho dignam, messore indignam  
reddunt. Est autem haec: *Philippus partim natura  
furiosus erat, et temerarius in obeundis periculis,  
partim ob temulentiam: plurimum enim bibebat, ac  
saepē vino madidus ut suis opem ferret in hostes ivit.*  
Iterum de eodem, πιὼν δὲ τὴν νύκτα πᾶσαν καὶ μεθυ-  
σθεὶς πολὺ, καὶ πατάξας. Lege cum Hoeschelianis  
Excerptis, πολλὰ καὶ παίξας. cum multum lusisset.  
Deinde ait auctor, *Φιλοπότας δὲ καὶ μεθύσους κατα-  
λέγει Θεόπομπος.* Confer hunc vinosorum catalogum  
cum eo qui apud Aelianum libro secundo Variae histo-  
riae, cap. 41. et disce hinc unde ille habeat. De adu-  
latoribus Dionysii junioris tyranni satis libro sexto.  
Scribendum ut alibi monebamus, διὸ καὶ οληθῆναι Διο-  
νυσιονόλακας. non autem Διονυσονόλακας. Hipparinus in  
nostris libris recte, qui *Hipparion* in Aeliano. Qui in  
hoc albo sextus nominatur tam Athenaeo quam Aeliano,  
Charidemus est Orita Euboeensis, Scellii F. Cotyis*

Thraciae regis gener, et ducum Chersobleptas regis unus. Civitate donatum esse favente et admittente Demosthene calumniatur Dinarchus. Extat tamen Demosthenis oratio quam contra eos scripsit, qui nimiis honoribus eum publice affici studebant. De hoc etiam accipiendum quod narrat Polyaenus lib. 3. Nam fuisse ab Orita Charidemo Ilium captam, testis etiam Demosthenes, in ea contra Aristocratem. An haec sit tertia Ilii ἄλωσις quam apud Lycophronem deflet Cassandra: imo an ita p. 732. debeat ille versus accipi, alibi disputamus. Epigramma quod narrat dipnosophista tumuli potatoris Arcadianis fuisse insculptum quatuor versibus, Excerptorum auctor in duo contraxit, hoc modo:

Τοῦ πολυπόθωνος τοῦτ' ἥρου Ἀριαδίωνος.

ὅς θάνεν ἐκ χανδῆς ζωροποτῶν κύλικος.

non est autem χανδὴ κύλιξ poculum ore hiantē haustum, ut singit vir doctus: sed magnum et capax. Hesychius χανδὸν explicat πολύν. eidem χανδὸν πιεῖν dicitur esse, bibere ἀθρόως ὅλῳ τῷ στόματι. uno spiritu ore toto. Octavus in albo polypolarum et Aeliano et Athenaeo est Erasixenus. vel, ut habent MSS. Erysixenus, de quo recitatur hic epigramma istud,

Οὐ βαθὺν οίνοπότην Ἐρασίξενον ἡ δἰς ἐφεξῆς  
ἀνρήτου Φανερῶς ὠχετ' ἔχουσα κύλιξ.

Dalecampius legit τὸν βαθὺν οίνοπ. et habet haec emendatio manifestam rationem. quia tamen omnes libri habent οὐ βαθὺν, possumus ex ea lectione hanc sententiam elicere. Erysixenum qui non erat strenuus potator, neque altus vini gorges, rapuit alterum meri poculum. Scrib. Χάρης ὁ Μιτυληναῖος ἐν ταῖς τῶν περὶ Ἀλέξανδρου ιστορίαις. Ex hoc auctore scribit, ὅτι καὶ ἐπὶ τῷ μνήματι τοῦ Καλάνου διέδηκεν Ἀλέξανδρος γυμνικὸν ἀγῶνα καὶ μουσικὸν ἐγκαμίων. Postremam vocem praeter aliorum consuetudinem adjecit sive Chares sive Athenaeus. Aelianus sic narrat ex eodem, ἀγῶνα μουσικῆς καὶ ἵππινῶν καὶ ἀθλητῶν διέδηκε. Pergit dipnosophista, et narrat ex Timaeo, ὃς Διονύσιος ὁ τύραννος τῇ τῶν Χόων ἑορτῇ τῷ πρώτῳ ἐκπιόντι χόα ἀθλον ἐθῆκε στέΦανον χρυσοῦν. καὶ ὅτι πρῶτος ἐξέπιε Ξενοκράτης ὁ ΦιλόσοΦος, καὶ λαβὼν τὸν χρυσοῦν στέΦανον, καὶ ἀναλύων τῷ Ἐρυζῷ τῷ ἰδρυμένῳ ἐπὶ τῆς αὐλῆς ἐπέδηκεν. Meminere hujus historiae duo scriptores alii, Aelianus et Diogenes Laertius: omnes ex Timaeo sumpererunt dubio procul: et si solus Athenaeus auctorem illum laudat. Est vero quod

in utriusque illorum narratione lectorem moneam ὁδοῦ πάρεργου. Ait enim Aelianus, Καὶ ἐν Διονύσου δὲ τῇ τῶν χόων ἔορτῇ προύκειτο ἄθλον τῷ πιόντι. Nulla facta mentione Dionysii tyranni apud quem ista acciderunt. sed videtur scripsisse Aelianus, Καὶ ἐν Διονυσίου δὲ τῇ τῷ χόων ἔορτῇ, id est, *etiam apud Dionysium in festo Choum.* corrupere illius verba qui putabant Athenis hoc factum: quod scirent eo nomine festum Baccho sacrum in ea urbe celebrari. Diogenis autem Laertii verba sunt libro quarto, οὐαὶ χρυσῷ στεφάνῳ τιμηθέντα ἐπ' ἄθλῳ πολυποσίᾳς, τοῖς οὐατασχοῦσι παρὰ Διονυσίῳ, ἐξιόντα θεῖναι πρὸς τὸν ἴδρυμένον Ἐρμῆν. non video quid sibi illa velint τοῖς οὐατασχοῦσι. Ex ipso argumento historiae lego, τοῖς χοεῦσι *festo Choum.* Quod autem dicitur Xenocrates discedens e convivio coronam ibi acceptam diis consecrasse: narrat simile factum legatorum Romanorum apud Ptolemaeum Aegypti regem Justinus lib. 18. *Missi a senatu in Aegyptum legati, cum ingentia sibi a Ptolemaeo rege missa munera sprevissent, interjectis p. 733. diebus ad coenam invitatis, aureae coronaे missae sunt, quas illi honoris cauſſa receptas, postera die statuis regis imposuerunt.* Moris autem fuit veteribus, habere prae foribus aedium suarum alicuius numinis simulacrum: ut plurimum Mercurii: quem positum fuisse ait Athenaeus ἐπὶ τῆς αὐλῆς, id est, in primo domus aditu sub dio. Aelianus simpliciter, πρὸ τῶν θυρῶν. Manifestum est anacoluthum: cum de solemnitali Choum institutione scribit, πρὸς δὲ τὰ ιερὰ οὐ θέλων αὐτὰ προστεναι: nam erat dicendum οὐ θέλοντα, ut superioribus congrueret. sic autem Homerus saepe: sic optimi quique auctores. Limnae loci nomen fuit Athenis. ubi in honorem Bacchi Lenaea agitabant, ut libro sexto dictum cap. 15. Sacra etiam ibi siebant a mulieribus decimoquarto, Bacchi fiscerodibus, quas vocabant γεραράς. Hesychius, γεραράι, ιέρειαι νοινῶς. Ιδιώς δὲ αἱ τῷ Διονύσῳ τῷ ἐν Λίμναις τὰ ιερὰ ἐπιτελοῦσαι, τῷ ἀριθμῷ δειπνατέσσαρες. Interpres qui in hac historia vertit ista, πρὸς τὸ ἐν Λίμναις τέμενος. In eo nemore quod lacus ambit, pluribus castigandus non est. sicut nec cum paulo post Διονυσίου Ἡρακλεώτου τοῦ ἐπικληθέντος Μεταθεμένου, interpretatur, Heracleotis Dionysii, quem Transpositorem cognominabant. pro, Heracleotae Dionysii, qui appellatus est Metathemenus. hoc est, immutatus. fuit enim repens hujus morosophi mutatio, et a virtute

ad vitia inclinatio. fuse Diogenes Laertius. Refert auctor, hunc Dionysium, cum in summa senectute die festo oblata esset illi meretrix, alicui sodalium eam tradidisse, ac dixisse, Οὐ δύναμαι ταυταῖς λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος. non animadverterunt interpres inesse hic elegantem parodiam Homerici versus, ὁδυσσ. Φ. ubi Leodes frustra conatus arcum Ulyssis tendere, Ὡ Φίλοι, ait, οὐ μὲν ἔγω ταυτώ· λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος. Non sunt δημόσιαι παιδίσκαι plebeiae ancillae, sed infelices puellae publicae libidinis victimae. neque παιδίσκεῖον recte exponunt ancillarum aedes. sic appellat lupanar aut pergulam in qua prostabant apud lenonem, quae corpore merebant. Consentient omnes codices in scriptura istorum: Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης παρὰ Περιάνδρῳ τεθέντος ἀθλου περὶ τοῦ πίνειν, ἥτησε τὸ νικητήριον, πρῶτος μεθυσθεὶς τῶν συμπαρόντων, ὡς ὅντος τέλους τούτου καὶ τῆς ἐν τῷ πότῳ νίκης, ὥσπερ καὶ τῆς ἐν τῷ τρέχειν. atqui sententia est imperfecta, nisi aliquid adjicias, ut vidit eruditissimus Dalecampius: puto tamen non aliter scripsisse Athenaeum: nam et facile est quod desideratur intelligere: et, ut dixi, sic omnes libri veteres. deest autem tale quid τὸ πρῶτον διαδραματίν τὸ στάδιον. Ut in cursus certamine praemium refert is qui primus ad metam pervenit: sic cum poculis certamen instituitur, victorem renuntiari voluit Anacharsis eum qui primus fieret ebrius: non eum qui plurimo vino cutem intenderet: quod tamen vulgo apud Graecos habebatur τέλος νίκης. Non longe ab his, pro Σκότται et Σκότται, legendum esse Σκόπαι et Σκόπαι, pridem a doctis observatum est. Scopadae in Thessalia diu floruerunt, ut inter alios docet Theocritus idyllo 17. In membranis tamen p. 734. Σκότται. in Excerptis Κότταις. Mox sribas non male τινι ἡ τύχη δίδωσι, λαβέτω. tamen etiam Excerpta, τινι τύχη δίδωσι; λαβέτω. Quare autem petulantiam et lasciviam Antiochi regis furiosi, descriptam ubertim lib. quinto, hic iterum totidem verbis commemorandam auctor censuerit, ipse viderit. At nos si quid ibi adnotavimus, hoc loco non repetemus.

## CAPUT UNDECIMUM.

Agron et Gentius reges Illyrici. Ὁροφέρνης. Ἰακὴ ἀσωτία. Matronas Romanas abstinuisse temeto,

*non omni vino. Passum, κυρεῖα. Matronas Romanas non habuisse claves cellae vinariae. Antiphonis Mystis. Convitum in temulentum, vas vini. Prov. Mulierum mens in caupona. παραστάται. Κιβδασος. Δόρδων.*

INTER vino deditos, de quibus ex veteri historia verba faciunt docti conviviae, duo sunt Ilyrici reges. Agron horum prior. quem referunt ex Polybio, insigni clade affecisse τοὺς μέγας Φρονοῦντας Αἰτωλούς. ex MSS. sunt illa per nos adjecta τοὺς μέγας Φρονοῦντας. Aetoli ferox populus fuerunt, et invictos sese appellare soliti, ut testimoniis Livii et Justini cognoscimus. praeterea apud Polybium unde mutuatur Athenaeus, sic est, περιχαρῆς γενόμενος ἐπὶ τῷ δοκεῖν Αἰτωλούς τοὺς μέγιστου ἔχοντας τὸ Φρόνημα, νενικηέναι. De altero rege scribitur Istatim, ὁ αὐτὸς Γενθίωνα Φῆσι τὸν τῶν Ἰλλυριῶν βασιλέα, διὰ τὴν πολυποσίαν πολλὰ ποιεῖν ἀσελγῆ πατὰ τὸν βίον. Hic est Gentius rex de quo capite nono. etiam Athenaeus libro decimoquarto Γέντιον vocat, non *Genthionem*. quidam Graecorum Γένθιον: et ita fortasse hic fuerat scribendum. vulgo tamen etiam in membranis Τενθίωνα. Qui autem Ὁροφέρνης hic dicitur, in codice Excerptorum est Ὄλοφέρνης, ut in Apocrypha historia. In Aeliano Ὁρροφέρνης. non recte. Dicitur autem hic satrapa in Cappadociam, quae fuit illius provincia, εἰσαγαγεῖν τὴν Ἰανῆν οἱ τεχνητικὴν ἀσωτίαν. Dalecampius scripsit Ἰανχικήν. Id enim non sine ratione videbatur sequenti voce melius convenire. libri chirographi omnes τὴν Ἰανῆν, et nota est mollicies Ionum vel ex Latinis poetis ut, *Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo*. nihil ergo mutandum. Scribe, γυναικά τινα ἀναγράφει πολυπότιν, Κλεώ ὄνομα. et in altero Phalaeci versu, Τόνδε Διωνύσσω δῶρον ἔδωκε Κλεώ. cum ait poeta, ἵσα δὲ πίνειν Οὔτις οἱ ἀνθρώπων ἥρισεν, οὐδὲ ἄμα πω: videtur esse sensus, neque singulos, neque plures una ausos esse in πολυποσίᾳ certamen cum Cleone descendere. Jusjurandum illud Φρικτότατον, quod apud Xenarchum jurat multibiba quaedam anicula, exposuimus libro tertio, cap. 34. Romanas matronas vino abstinuisse olim, vulgo notum est. Ea autem de re scribit Athenaeus ex Polybii sexta historia, παρὰ Ρωμαίοις ἀπειρηται γυναιξὶ πίνειν οἶνον. τὸν δὲ καλούμενον πάσσον πίγουσι. ex quibus verbis

intelligimus, non prorsus abstemias fuisse Romanorum p. 735. mulieres: non enim ab omni vino abstinebant, sed tantum a temeto: quam vocem in antiqua Romuli lege ea de re lata, positam fuisse conjicimus ex A. Gellio libro decimo, capite vigesimo quarto. Passum inter vinorum dulcium genera censeri, dubitare non possumus: cum auctorem habeamus Plinium libro 14. cap. 9. Varro, De vita populi Rom. libro primo, *Passum nominabant, si in vindemia uoram diutius coctam legerent, eamque passi essent in sole aduri.* Quare etiam Ulpianus Jurisconsultos in lege nona Dig. *De tritico, vino, vel oleo legato,* vini appellatione et passum posse intelligi, docet diserte. Unde fieret passum ita explicat dipnosophista, τοῦτο δὲ ποιεῖται μὲν ἐκ τῆς ἀσταφίδος ναὶ ἔστι παραπλήσιος πινόμενος τῷ Αἰγασθενεῖ τῷ γλυκεῖ, ναὶ τῷ Κρητικῷ. Scribe, τῷ Αἰγασθενεῖ γλυκεῖ. Glossarium, *Passum, σταφύλιτης.* Lege, σταφιδίτης, vel σταφίτης. Ait amplius de matronis Romanis, οὐδὲ ἔχει οἴνου κυρλανή γυνή. Libri veteres et Suidas, πυρεταῦ: recte: pro ἔξουσίᾳ, potestatem et liberam administrationem. Claves cellae vinariae non habebant matres familiarum. Nota historia ejus matronae, quae ut refert Plinius ex Fabio Pictore, quod loculos in quibus erant claves vinariae cellae resignavisset, a suis inedia est mori coacta. Addit, τὸ πρᾶγμα μὲν γεύσηται μόνον, οὐ προσδεῖ διαβολῆς, id est, si qua foemina vel gustaverit vinum, nulla opus criminazione. quippe cum ipsum crimen inter osculandum se prodat. In istis, ὃν ἐκέλευσεν αὐτὸν παρελθέντα εἰσω συοπεῖν τὸν πιθον. libri habent ὃν ναὶ ἐκέλευσε παρ. sed retinendum est τὸ αὐτὸν, posita sub distinctione post ἐκελ. eum jussit, ut ipse ingr. Distingue versiculos Antiphonis,

— γείτων ἔστι τις

κάπηλος. οὗτος εὐθὺς ὅταν ἔλθω ποτὲ

διψῶσα, μόνος οἶδ', ὅσγέ μοι περάννυται Οὐδ' οὔ.

*Mystidem* Antiphonis reperies Polluci laudatam lib. 10. cap. 19. ubi non dissimilis sententiae locus, ναὶ τὸ ἐν Ἀντιφάνους Μύστιδι ἐξ ὀξυβαφίων περαμίων ἐπίνομεν. Non caret menda quintus Alexidis versus, ex Orchesinde, Λέγων γέρων γε δαιμονίως ἀσπάζουσαι. Potest scribi, "Αγαν γέρων γε. vel Οἴνον γέροντα δαιμονίως ἀσπάζουσαι. Dubitabam quo pertinerent proxima verba, σὺ δὲ Δις πενθοῦντι, Ζώπυρος Φησὶ ναὶ ζώπυρα οἰνηρὸν ἄγγειον: donec inspecta Epitoma, reperi sic ibi scriptum,

οἱ αὐτὸς Ζωπύρας τινὸς μηνσθεῖς, λέγει, Ζωπύρα οἰνηρὸν ἀγγεῖον. id est, *Antiphanes* idem *Zopyrae* cuiusdam multibibae facit mentionem, his verbis, *Zopyra vas* νινο πλenum. Ita ergo scribam in Athenaeo, εν δὲ Δις πενθοῦτι, Ζωπύρας τινὸς μηνμονεύει, οὐδὲ Φησὶ, Ζωπύρα, οἰνηρὸν ἀγγεῖον. *Zopyram* melius legi quam *Zopyrum* ex praecedentibus certum: nam de foeminis hic agit. venuste autem multibibam et merobibam appellat vas οἰνηρόν: sicut alii potores dicti *Cotylae*, aut *Chonae*, aut *Choes*. Platonis comici ρῆσις multifariam est corrupta. Primo versui deest pes unus. Εἰςν γυναικες ὡς ὑμῖν πάλαι. puto, ὡς ὑμῖν ἔΦην πάλαι. Secundus, p.736. Οἶνον γενέσθαι τὴν ἄνοιαν εὔχομαι, quem sensum habeat non video. Dalecamp. ἔννοιαν. quam emendationem si sequiamur, vertendum, pridem est cum cupio νος de vino cogitare. sed alio nos vocat metrica lex. Quid si Γεύσθαι οἶνον τὴν ἄνοιαν εὔχομαι? videtur enim ad temulentiam foeminas hortari. Tertio et sequenti versu, Τυμῖν γὰρ οὐθὲν, οὐδέπερ ή παροιμία, Εν τῷ οὐαπήλῳ νοῦς ἐνεῖνατ μοι δονεῖ. significari videtur suisse apud Graecos proverbium, Γυναιξὶν ὁ νοῦς ἐν οὐαπήλειώ. mulierum mens est in caupona. eo objicitur vinofitas sequiori sexui, notata etiam Latina paroemia, *Anus ad armillum*. Sed εν τῷ οὐαπήλῳ pro εν τῷ οὐαπηλείῳ aut οὐαπηλίῳ vix putem Graecam esse orationem. nihil autem vetat οὐαπηλίῳ scribi, coalescentibus duabus syllabis in unam, ut passim apud poetas. vel εν τῷ οὐαπήλου. ut εν "Αἰδού. Quintum ita distingue, Εἰ γὰρ Φάωνα δεῖσθ' ίδεῖν, προτέλεια δεῖ Τυ. In octavo scribit interpres, ἄμυλος ἐγκύμων οἰχλαῖς. sed respuit eam correctionem sequens versus. Scrib. ἄμυλος ἐγχυτος, οἰχλαῖ. Nonus, Ευηαίδεχ' ὄλόνιληροι μέλιτι διαμειγμέναι, est hypermeter. Scribe, Ευδεχ' ὄλόνιληροι. In decimo, λαγῶν διάδεινa sunt, duodecim frusta carnis leporinae. exposuimus eam vocem libro nono. sed cur addit επὶ σελήνᾳ? vix tamen probem επὶ σέλινᾳ. Claudiat et undecimus, Ήδη ταῦτ' εύτελέστατ'. ἄκουε δή. potest impleri, Ήδη τοιαῦτά γ' εύτελέστατα. emenda etiam 12. et scribe, Βολβῶν μὲν Ορθάνη· τρί' ημιεκτέα. In 13. παραστάται, vel testiculi sunt, vel de eorum nomine sic appellata numina. In 16. legunt interpretes, Πυροῦ τετάρτη, et sequente versu, Κυβδάσω τριώβολον. *Cybdasus* sive *Cibdasus* contumeliae caussa nomen inditum videtur. nam οἰβδης est homo vafer et sceleris plenus. et fortasse Λόρδωνι initio versus praefstat quam

Δόρδωνι. nam λορδοῦν et λορδὸς Graeca sunt vocabula. Δόρδων, quod sciam, Graecam originem habet nullam. Scrib. Γυναικὶ δὴ πιστεύει μὴ πίνειν ὕδωρ.

## CAPUT DUODECIMUM.

*Βηματίζειν et βηματιστής.* Itinerariorum veteres scriptores. Menandri Ἀρέπηφόρος. Theopompi Philippicae historiae. Ariaei populi horum πελάται. differentia inter παροιαῖαν et μέθην. μεθύει, οὐδὲν ἔτερον. ὁ ἔτερος; pro quod ad alterum attinet. ἀκρατος ἐλευθερία. ἄγειν τι εἰς τὸ πρόσθεν τινός. emendata multa.

POSTQUAM de singulis vinosis egit, de populis integris vino deditis quaedam commemorat. *Tapyri* in his principem locum obtinent: cuius gentis Φιλοινίαν commemorans Aelianus Variarum lib. 3. non solum, ait, ad potum vino abutuntur, sed et ungunt se vino sic, ut alii oleo. οὐ μόνον εἰς πόμα παταχρῶνται αὐτῷ ἄλλαὶ ναὶ χρισματά ἔστιν αὐτοῖς ὁ οἶνος, ὥσπερ ἄλλοις τὸ ἔλαιον. Eadem Athenaeus, indicatis auctoribus primis ejus historiae. *Βαίτων*, inquit, ὁ Ἀλεξάνδρου βηματιστῆς ἐν τῷ ἐπιγραφούμενῷ Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας. vox est Macedonicae dialecti βηματίζειν, significans pedibus metiri. p. 737. Inde βηματιστῆς metator itinerum. Affine ministerium in iisdem castris Alexandri: ejus quem σταθμοδότην vocat Plutarchius: sed hujus opera ad militiae usum spectavit: illius ad locorum et geographiae cognitionem. Multos autem e veteribus libros ejus argumenti edidisse ex Strabone scimus et Plinio. Athenaeus Baetoni adjungit Amyntam qui Σταθμοὺς conscriperat. Eusebius quoque libro nono Praeparationis evangelicae, inter caeteros auctores laudat τὸν τῆς Συρίας σχοινομέτρην, id est, eum qui Syriae per schoenos dimensionem fecerat et ediderat. Tapyros sequuntur *Phigalenses*: hos *Byzantii*: quorum vinositas etiam Aeliano descripta libro tertio Ποικίλης, capite 14. ex iisdem scriptoribus. Menandri Ἀρέπηφόρον laudat Pollux libro decimo, cap. 45. et Aelianus dicto loco, sed non adjecto fabulae nomine. Versus qui inde recitantur hoc loco, ita scribas rectius.

Πάντας μεθύσους τοὺς ἐμπόρους ποιεῖ Βυζάντιον  
ὅλην ἐπίνομέν γε τὴν υὔπτα διά σε,  
καὶ σφόδρ' ἄνρατον οἶνον ὡς γέ μοι δοκῶ.  
ἀνίσταμαι γοῦν τέτταρας νεφαλὰς ἔχων.

Lege mox, ἐπὶ δὲ τοὺς πότους καὶ δαχυμίαν καὶ πολλὴν  
ἀνολασίαν ὥρμηστες. ἐπιεικῶς δὲ εἰσὶ πάντες οἱ Θρᾷκες  
πολυπόται. et statim de Cleomene tyranno, οὐ καὶ τὰς  
μαστροποὺς τὰς εἰδισμένας προαγωγεύειν τὰς ἐλευθέρας  
γυναικας, τρεῖς δὲ τέτταρας τὰς ἐπιφανέστατα ἐμπορευο-  
μένας ἐνδήσας εἰς σάκιους καταποντίσαι τισὶ προστάξας.  
ut sit sensus, non omnes lenas a Cleomene fuisse sub-  
latas: sed eas solum fuisse in maris profundum conjectas,  
quarum extiterat notabilior in Ienocinio opera atque  
industria. Cleomenis egregium adeo facinus longo post  
tempore renovavit Catus princeps, ut narrat Tranquillus.  
In hoc vinosorum albo leges hic Argivos, Corinthios,  
Thraces, et Illyrios: de quibus omnibus simul Aelianus  
lib. 3. cap. 15. Illyriis subjunguntur statim *Ariei*. de  
utrisque agit Athenaeus ex eodem scriptore Theopompo  
nempe historico. nam falluntur interpretes qui ista verba:  
*εν δὲ τῇ δευτέρᾳ τῶν Φιλιππικῶν, Ἰλλύριοι Φησιν,* ac-  
cipiunt de Hermippo quem Philippicas fingunt scripsisse  
instar Demosthenis et Ciceronis. nugae. auctor loquitur  
de Theopompo cuius facta mentio paulo ante. quis nescit  
editum a Theopompo historiae corpus ingens, *Philip-  
pica inscriptum?* de eo Suidas, *ἔγραψε Φιλιππικὰ εν  
βιβλίοις οβ'*. librum quinquagesimum modo laudavit-  
Athenaeus. Ex iis libris desumpta sunt, quae de Illyriis  
et Ariaeis hic recitantur. sed *Ariaeos* populos nusquam  
in libris veterum geographorum invenias. neque enim  
affentiendum est doctissimo illi viro qui Aiae regionis  
in Asia celeberrimi nominis incolas putavit intelligi.  
nam ab Aiae hac deductum gentile *"Αριος* est vel *"Αριεὺς*,  
ut disertim Hermolaus Byzantius docet, probatque usus  
omnium scriptorum. quis vero ferat Theopompu s si de  
eo populo sentiebat, bella Gallorum et Aiaeorum nobis  
p. 738. commemorantem? mirum sane quid potuerit populos ita  
dissitos committere. Non est dubitandum, iudicio meo,  
corruptos hic esse omnes codd. cum et Theopompus, et  
Athenaeus, *"Αρδιαιοι* scripsissent. Inter Illyridis barbaras  
et agrestes nationes Ardiaeos nominant geographi omnes,  
et Aristoteles etiam in libello De miraculis auditis. Hi  
igitur possedisse aliquando dicuntur *προσπελατῶν* ὡσπερ  
*εἰλώτων τριάκοντα μυριάδας*. Athenienses *πελάτας* et

προσπελάτας vocabant, quos fere Romani veteres dicebant *clientes*, et προστάτης iisdem est *patronus*. Ardiaeorum πελάται isti similes videntur suis Gallorum solduriis. Cum ait mox Pontianus in temulentiae criminazione, διὰ τὸν οἶνον ναὶ τὰς μέθας, ναὶ τὰς μανίας, ἔτι δὲ ναὶ τὰς παροινίας γίγνεσθαι, nisi recte accipias vocem παροινία, frigebit gradatio haec, quae tamen est elegan-  
 tissima. nam μέθη et μανία, mentis depravationem signi-  
 ficant: παροινία vero ejus depravationis est effectus:  
 cum non ebrius tantum est aliquis, sed hoc amplius  
 propter ebrietatem facit alicui contumeliam. non est  
 παροινία amentia, ut vertit vir eruditus, ne *temulentia*  
 quidem aut *vinositas*: verum ex temulentia nascens  
 ὑβρις, petulantia, et injuria. Docte ut semper Hesychius, παροινία, inquit, η ἐκ τοῦ οἴνου ὑβρις, ναὶ οἰα-  
 δήποτε ἀμαρτία. et in eam sententiam plura. Athenaeus ipse post pauca, τὸ παροινεῖν ἐκ τοῦ μεθύειν γίνεται. Post verbum γίγνεσθαι ponenda στιγμὴ τελεία: deinde scribendum, sive Excerptorum, οὐ τοὺς ἐκπαθῶς μετα-  
 λαμβάνοντας, οὐ νακᾶς ὁ Χαλκοῦς ἐπικαλούμενος Διονύ-  
 σιος ἐν τοῖς ἐλεγεῖσι, νυλίκων ἐρέτας ἘΦη. deinde se-  
 quuntur Dionysii versus duo: et statim, Περὶ τοῦδε (τὸ  
 γὰρ φίλον οὐκ ἀπόλωλε) "Αλεξίς δ' ἐν Κουρίδι, et caetera.  
 ante "Αλεξίς erat distinguendum majore distinctione.  
 praecedentia verba corruptae sunt reliquiae versus aut  
 distichi e Dionysio allati. In Alexidis ecloga interpunge-  
 sic, μεθύει γὰρ, οὐδὲν ἔτερον. ebrius est, nihil aliud,  
 quasi dicat, hoc unum et solum novit, vinum bibere ad  
 ebrietatem usque: aliud nihil. Simile est libro undecimo  
 Ποτήρι' η γραῦς, ἄλλο δ' οὐδὲ ἐν βλέπει. et apud Ari-  
 stophan. μηδὲν ἄλλ' εἰ μὴ ἔσθιε. Distingue etiam, ὁ δ'  
 ἔτερος, τί ἀν τύχοιμι ὄνομάσας; Βῶλος, ἄρ. Graecanica  
 elegantia est, ὁ ἔτερος, pro, quod ad alterum filiorum  
 meorum attinet. Objicit autem pater iste huic suo filio  
 vitae rusticae nimium studium. Male haec mntabat vir  
 doctus. Aelianus in Varia historia: ὁ Ἀντισθένης πολ-  
 λοὺς προὔτρεπεν ἐπὶ φιλοσοφίαν. οἱ δὲ, οὐδεὶς αὐτῷ  
 προσεῖχεν. et ita saepius in his libris. De Platonis loco  
 diximus capite nono. Sed scribe ἄκρατου αὐτῆς μεθυ-  
 σθῆ, non αὐτῇ. vocat Plato ἄκρατον ἐλευθερίαν, liber-  
 tam non temperatam legibus: quae non libertas est,  
 sed licentia. brevius hoc ipsum Aristoteles, velut ex tri-  
 pode non Apollinis, sed rectae rationis pronuncians in  
 Politicis, η ἄγαν ἐλευθερία εἰς δουλειῶν τελευτᾶ. Anti-  
 phanis versus ita dissinxeris melius et legeris,

— οὔτε γὰρ νήφουτα δεῖ τιν' οὐδαμοῦ  
πάτερ παροινεῖν, οὐδέ τοι πίνειν δέη  
δεῖ νοῦν ἔχειν . . . . .  
ὅστις δὲ μεῖζον ήταν ἀνθρωπον Φρονεῖ,  
μικρῷ πεποιθώς αὐτλίῳ νομίσματι,  
εἰς αὐτὸν ἐλθὼν ὄμοιον αὐτὸν ὕψεται  
. . . . . ἐάν σκοπῆ  
τὰ τῶν ιατρῶν τοῦ βίου τεκμήρια.  
τὰς Θλέβας ὅπη Φέροντ' ἀνω τε καὶ κάτω,  
δι' ᾧν ὁ θυητὸς πᾶς πυθερνάται βίος.

Elegantissimi sane versiculi: quos proferebat filius cum patre austoritatis et tetricitatis nimiae viro disputans. Solens autem Athenaeus more suo quaedam omisit quae ad perficiendam sententiam nullum habebant momentum, et fortasse ab alio interpellante pronuntiabantur. Eos autem potissimum reprehendit hic censor, qui opibus tumentes, supercilium adducunt et separant se ab aliis, affectata quadam gravitate. Sic dicebat Theophrastus in Characteribus, hominis αὐτάδους notam esse, quod in conviviis neque canere, neque ρῆσιν εἰπεῖν, neque saltare dignetur. frustra igitur laborant docti de interpretatione illius versus. μικρῷ πεποιθώς αὐτλίῳ νομίσματι est enim manifesta descriptio hominis propter divitias superbientis. Proximorum versuum sententiam, vitio librariorum imperfectam et mutilam, ita explemus ingenii conjectura,

Εἰς αὐτὸν ἐλθὼν ὄμοιον αὐτὸν ὕψεται  
τοῖς εὐτελεστάτοις, ἐάν γ' ὁρθῶς σκοπῆ  
τὰ τῶν ιατρῶν τοῦ βίου τεκμήρια.

\*<sup>τι</sup> Αγειν τι εἰς τὸ πρόσθεν τινὸς loquendi genus est, quod de eo usurpatur, qui anteponat aliquid alii rei. Antiphanes in ea quae sequitur apud Athenaeum ecloga,

— εἶτα παραλαβών ποτε  
οἴγον στρατηγὸν (ὅς μόνος θυητοῖς ἄγει  
τὴν τόλμαν εἰς τὸ πρόσθε τῆς εὐβουλίας)  
νύκτωρ ἀναστὰς ἔτυχεν ᾧν ἥβούλετο.

Inclusa notis parenthezeos hoc sonant: *quod solum mortales impellit, ut audaciam anteponant recto consilio. id est, vinum reddit homines audaciores quam prudenteriores. Sic ὅπισθεν ἐστάναι pro conteinnere et insuper habere. Sophocles, γυναικες πατρώας πάντ' ὅπισθεν ἐστάγαι. Vocem ἔξοινος quae deinde adnotatur ex Hesandro et libro primo legitur, et alibi in hoc opere. plura de ea dictione libro decimo quarto. Versus in*

Rhodophontem aleatorem, Ὡ γέρον ἥ μάλα δή σε νέοι τείρουσι κυβευταί. parodia est illius Homerici, Ὡ γέρον ἥ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί. Scribendum, οὐκ ἔχοντος αξιώματος πάρα τοῖς Ροδίοις. non λόγια μα.

## CAPUT TERTIUM DECIMUM.

*Errores in nominibus propriis: σύμβακχοι. Perseus καμμύσας ἔκπινε. λογισμὸς εἰς μέσον παταξάτω. Vinum ἀρκεσίγυιον. Platonis fabula, Αἱ ἀρχὲς ιερῶν. Πίνειν τὴν ἐπίστιον. mendae multae indicantur et tolluntur.*

MAGNA ubique in propriis nominibus diversitas vete- p. 740.  
rum librorum. Antheas Lindius Cleobuli συγγενῆς in Excerptis est Andreas et qui dicitur hic Philodemus auctor libri Περὶ τῶν ἐν Ρόδῳ σμινθειῶν, libro tertio erat Philomnestus. Ibi expositus est capite tertio ejus libri titulus. Antheas, inquit auctor, πάντα τὸν βίον ἐδιουστίαζεν, ἐσθῆτα Διονυσιακὴν Φορῶν, καὶ πολλοὺς τρέφων συμμάχους. Per placet quod extat in Excerptis, συμβάκχους. nam et Antheas Bacchum simulabat ac cultu vitaeque genere imitabatur: et sodales ipsius βακχεύοντι αὐτῷ συνεβάκχευον, veri symbacchi et syndionyliaftae. β, et μ, passim sedes permutarunt, ut saepe dictum. Quaeri potest quorsum illa mox spectent de Perseo: ἀλλ' οὐ Περσεὺς ὁ ὑπὸ Ρωμαίων καθαιρεθεὶς, et quae sequuntur. Nam si Perseus temperans fuit, et vini parcus, quid attinebat ejus isto loco meminisse? Sed videntur de hoc rege diversa scripsisse veteres: aliis temperantium illius laudantibus: aliis enim vinositatis arcessentibus: quos obiter refutare auctor instituit. Livius sane libro quadragesimo primo, ita vario scribit Perseum fuisse ingenio, ut mirum non sit de eo non consentire historicos. Non tres, sed duos solum Antiphonis versus recitat Ulpianus: istos nempe.

"Ολην δὲ καμμύσας ἔκπινε. μέγα τὸ Φορτίον  
οὐχ ὅστις αὐτῆς ἐστὶν ἐμπειρῶς ἔχων.

qui habitus est tertius Antiphonis versus, metri nihil habet. Sic autem interpretare quos adscripsimus: totum calycem oculis conniventibus ebibe. Magnum onus est. Minime vero si quis sit bibendi peritus. καμμύσας va-

let, sine mora et cunctatione, non attendens ad poculi magnitudinem, qua terreri posset aliquis. Sic solemus eos qui difficile pharmaca bibunt hortari ne intueantur, sed statim ut in manus sumpserint, hauriant. Non probò tolli negationem ex istis. πῦθι οὖν ἡ ἐταῖρος, ναὶ μὴ μεστὰς ἀεὶ ἔλιωμεν. et omnino tollenda non est. Antiphonis *Traumatias* citatur Polluci libro quarto, capite vigesimo quinto, et libro decimo, capite decimo. Inde sunt ista quibus Ulpianus ad hilarem vitam sodales hortatur,

— ἀλλὰ ναὶ λογισμὸς εἰς μέσου  
παταξάτω τις, ναὶ τι ναὶ μελίσκιον  
στροφὴ παρελθέτω τις ἢ ἀντὴ λέγων  
ἔστιν μεταβολὴ παντὸς ἔργου πλὴν ἐνός.

Pronuntiabat ista aliquis apud poetam sub coenae finem, convivas stimulans, ut postquam esset edendo exempta fames, scitis sermonibus, aut recitationibus tragicarum ῥήσεων, se se oblectent. Primus versus obscurus non est: *Age*, inquit, *Prodeat in medium subtile aliquid et solerter excogitatum*: πατάσσειν eleganter pro erumpere per vim, dicitur de omni re quae studio magno fiat. [Addit postea, *prodeat in medium aut delicatulum aliquid melos, aut Stropha aliqua*. Alludit ad morem recitandi in conviviis scolia sententiosa, aut lyricorum tragicorumve ῥήσεις aut sententias. Sed legendum in p. 741. tertio versu. — γλυκὺ λέγουσ'. "Ἔστιν μ.]" Recitemus ait, tragici alicujus versus praeclaros, qualis est ille Euripideus, Γλυκὺ μεταβολὴ παντὸς ἔργου πλὴν ἐνός. rerum omnium mutatio grata est una excepta. Notissimus est versus Euripidis: quem Antiphanes suis integrum inseruit. [Ultimam versus syllabam elidi per apostrophum ob sequentem vocalem initio versus proximi, poëtis, praefertim dramaticis, res est familiaris.] Insignior fuerit hujus loci depravatio an ejusdem restitutio non facile dixerim. Dubitari potest an etiam sequentia sint Antiph. παραδίδου δ' ἔξῆς ἐμοὶ οἴνον ἀριστίγυιον ως ἔΦασην' Εύριπίδης. Εύριπίδης γὰρ τοῦτ' ἔΦασιν, ἀλλὰ τις Φιλόξενος δήπου θεν. οὐδὲν διαφέρει. ὃ τὰν ἐλέγχεις μ' ἔνεκα συλλαβῆς μιᾶς. et verius est, aut Antiphonis aut aliis poetae ea esse. Sic autem haec digerimus.

— παραδίδου δ' ἔξῆς ἐμοὶ  
τὸν ἀριστίγυιον ως ἔΦασην' Εύριπίδης.  
Εύριπίδης γὰρ τοῦτ' ἔΦασιν; ἀλλὰ τις;  
Φιλόξενος δήπου θεν. οὐδὲν διαφέρει.  
ὃ τὰν ἐλέγχεις μ' ἔνεκα συλλαβῆς μιᾶς.

Apud poetam unde sunt ista, poscebat aliquis dari sibi vinum: sed ille non οἶνον appellat, verum ἀριεστίγυιον. ut comico more Philoxenum rideat qui sic erat locutus. at de industria ignorantem singit qui loquitur, et Euripi tribuit quod erat Philoxeni verbum. cuius insolens sermo ex iis notus est nobis, quae prolixo libro quarto et decimo quarto recitantur. In ea voce illud novum quod epitheton vini pro appellatione vini usurpat: deinde ἀριεστίγυιον vinum appellans Homero contradicit, qui contra ἀπογυιοῦν, id dixit. Μή μοι οἶνον ἀειρε μελιφρον πότνια μήτηρ, Μή μ' ἀπογυιώσης, utraque sententia vera est, pro modo vini quod bibitur. Interrogatur deinde Ulpianus ubi legeretur vox πίθι: ille respondet, ἀπεσκοτώθης Φίλτατε, σπάσας οἶνον τοσοῦτον. παρὰ Κρατίνῳ ἔχεις ἐν Ὀδυσσεῖσι, Τῇ νῦν πίθι λαβὼν ἥδη. Breviator dictioni ἀπεσκοτώθης interpretamentum adjicit: ἀντὶ τοῦ ἔζοφωθης τὸν νοῦν, mens tibi caligine obducta est. Cratini prima verba sunt imitata ab Homero: Κύκλωψ, τῇ πίθε οἶνον. In quarto versu subjectae eclogae Antiphanis Τοῦ τῆς ἑορτῆς οὐ μέμνημεν. ἄρτι γάρ Εξ ὁξυβαφίων ιειραμέων ἐπίνομεν. libro undecimo sic legitur, Τοῦ τῆς ἑορτῆς· οὐ μὲν ἄρτιώς γάρον. probo ut hic: si pro μέμνημεν scribas μεμνήμεθα, μεμνήμεθα. Fabula Amipiae, quae mox Φείδων inscribitur, in Huraldino est Φένδων. Verum nomen est Σφενδόνη. ut recte scriptum aliquot locis Athenaei et Pollucis. error est si quando aliter scribitur hoc nomen. [Ultimum Antiphanis versum ita scribe Τῆς συμμετρίας, τῆς τ' ἀσφάλειας οὖνεια. In proximis e Menandro verbis βάλλ' ἐς οἴρον, figura est comica praeter expectationem dicta pro eo quod erat dicendum βάλλ' ἐς οἴρων. at fortasse ita etiam scribendum.] Pro πιοῦμαι dixisse veteres πίομαι observat dipnosophista, et exemplis probat: quod assertur ex Aristophanis Equitibus mutilum est voce illa cuius unius gratia recitatur. Scribe, οὐτὶ Αριστοφάνης Ἰππεῦσι, οὐ οὔποτ' ἐκ ταυτοῦ πίεται ποτηρίου: ex ipso poeta. et sīa-p. 742. tim, οὐτὶ ἐν ἄλλοις, πικρότατον οἶνον τήμερον πιῇ. non πίῃ: probant insequentia. [Placet autem nobis vulgata lectio in hoc loco. πιομαι ἀνευ τοῦ ν λεπτέον, verbum πιομαι efferriri debet sine ypsilo, non ut voluit aliquando vir doctissimus ἀνευ τοῦ ν sine litera ν. cui conjecturae repugnant omnes codices etiam Excerptorum. Laudatur mox Plato comicus, ἐν ταῖς αὐθίς ιερῶν. Dalecamp. In victimis quae sacrificantur. Legi nempe voluit, ἐν

τοῖς ἀΦιερωμένοις. vel ἐν τοῖς ἱερεῖσι. utrumque tantumdem a veritate abest, quam lectio vulgata continet. Pollux libro septimo, capite decimo tertio Πλάτων ἐν ταῖς ἀΦ' ἱερῶν καὶ μαλλωτὰς χλαυδας εἴρηται. Hesychius, λίνου, ἡ ὄρμιχ ὡς Πλάτων ἐν ταῖς ἀΦ' ἱερῶν, Πόθεν λίνου καὶ πάλαμος. Fabulae titulus fuit, αἱ ἀΦ' ἱερῶν, id est, mulieres deo sacrae. unica voce Graeci ἱεροδούλους vocant. vel, redeuntes e sacris foeminae. Ait, Καὶ, τῇ πίε, καὶ πίνε. mira brevitas. sed πίε scribendum. priora exemplum habent τοῦ πίε priore correpta. Homeri sunt τῇ πίε οἶνον. docet non solum πίε dici, sed etiam πίνε. Velim considerent studiosi proxima Athenaei, καὶ σὺ οὖν ὃ ἔταῖρε κατὰ τὸν "Αλεξιν, δος ἐν Διδύμοις Φησὶ, τούτῳ πρόπιθι, οὐκαντὶς αὐτὸς ἄλλω, καὶ γένηται ἡ παρ' Ἀνακρέοντι καλουμένη ἐπίστιος. Φησὶ γὰρ ὁ μελοποιὸς, Μήδ' ὥστε καὶ πόντιον λάλαζε τῇ πολυκρότῃ σὺν Γαστροδώρῃ καταχύδην, πίνουσα τὸν ἐπίστιον. τοῦτο δ' ἡμεῖς ἀνίσωνα Φαμέν. nisi scribendum κατὰ τὸν "Αλεξιν ἐν Διδύμοις, τούτῳ πρ. fatendum erit excidisse versum Alekidis: quem appositum fuisse arguit illud Φησὶ. arguant item similes alii multi loci in praecedentibus. Atque hoc clarum est: illud obscurissimum adhuc mihi, quid sit apud Anacreonem πίνειν τῇ ἐπίστιον. fuerat quidem ab Athenaeo adjecta interpretatio, quae id nos doceret quod quaerimus. nam ita accipi debent illa, τοῦτο δ' ἡμεῖς ἀνίσωνα Φαμέν. sed et hujus corrupta ante multa saecula interpretatio: et unde lacem afferam tenebricosis verbis Teii poëtae, nihil dum aut inveni in libris veterum, aut excogitare ipse potui. Apparet tamen ex illis Athenaei, τούτῳ πρόπιθι, οὐκαντὶς αὐτὸς ἄλλω, genus invitationis intelligi, cum ordine calycem propinabant aliis alii, donec a summo ad imum compotorem pervenisset poculum. Diversa fuit ab isto more; quam vocabant περιφορὰν τοῦ ποτηρίου, de qua alibi.

#### CAPUT QUARTUM DECIMUM.

Βρύτον. Βλύζειν αὐλῶ βρύτον. κυβάβδα. Hellanici Κτίσεις. Ἐλαιογάλακτος pro butyro. De butyro quaedam. ἔλαιον ύός. oleum ex adipibus. θαλίαι ἀνάκτων. alia nonnulla.

AIT, Τὸν δὲ ιρίθιον οἶνον καὶ βρύτον τινὲς καλοῦσιν, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ, Βρύτον δὲ τὸν χερσαῖον

οὐ δυσῖν. sunt qui βρύτιον scribant pro βρύτον, ut Hesychius. In Sophocleo versu plerique libri praeferunt οὐδυσῖν junctim. Lego igitur οὐδιεῖν. ac videtur ita exemplus versus, Βρύτον δὲ τὸν χερσαῖον οὐδιεῖν χαμαλ. Adjungit dipnosophista, καὶ Ἀρχιλοχος, ὥσπερ αὐλῶ<sup>p. 743.</sup> βρύτον ἢ Θράξ ἀνὴρ ἢ Φρὺξ ἔβρυζε. πύβδ' ἢν πονευμένη. obscurissima haec, et quiae opinor intelligat nemo. Censemus posse non inepte emendari hoc modo, ὥσπερ αὐλῶ βρύτον ἢ Θράξ ἀνὴρ ἢ Φρὺξ ἔβλυζε κυβάβδ' ἢ πονευμένη. Significat Archilochus, aegrotam quandam foeminam sic sanguinem rejecisse, ut cum bryti vel zythi salientem ex ore mittit Thrax aut Phryx aliquis. αὐλὸν accipe ut apud Homerum, quando προννὸν significat. βλύζειν αὐλῶ βρύτον, poetica elegantia pro βλύζειν αὐλὸν βρύτον. Pro κύβδα, quod quid sit non scio, scribo κυβάβδα: quod *sanguinem* designare scio. Amatusiorum (is Cypri insulae populus) dialecti id verbum esse discimus Hesychio doctore: quem fatebuntur eruditii in Lexicon suum id vocabulum non fuisse relatum, nisi eo usus esset aliquis scriptor Graecus. nos illum scriptorem putamus esse Archilochum: et hunc ejus locum ab illo critico esse spectatum εἰκοτολογοῦμεν. [Illustris Scaliger quum nostra haec legisset, neque omni ex parte probasset, adscriperat margini lectionem hujusmodi atque interpretationem "Ωσπερ γὰρ αὐλῶ βρύτον ἢ Θρῆξ ἀνὴρ ἢ Φρὺξ ἔβρυζε, κύβδα γ' ἢν πονευμένη, Conquiniscebat eo modo satagens mulier, quo siphone haurit cervisiam Thrax aut Phryx ipsa quoque sugens. Ut non sint verae hae conjecturae sive mea, sive Scaligeri, probabiles tamen sunt:] non absurdæ neque ineptæ ut illorum, qui statim pro Ἐλλάνιος ἐν Κτίσεσι, scribunt κτήσεσι, et vertunt, *Hellenicus in Praediis*. atqui verum erat ἐν Κτίσεσι. Graeci κτιστὰς nuncupant primos urbium conditores, et populorum antiquissimos principes qui fere coloniarum duces fuerunt, ut Moses, Archias, Pherclus alii sexcenti. de his et de urbibus quas condiderant eo libro egerat *Hellenicus* auctor antiquissimus. titulus operis ab *Hellenico* editi uberior apud Stephanum in Ethnicis, voce Χαριμάται. ibi namque laudatur hic scriptor ἐν Κτίσεσιν ἐθνῶν καὶ πόλεων. nam perperam vulgati codices ἐν Κτίσεσι. Citatur et Dionysius Chalcidensis ἐν Κτίσεσιν, ut ab Aristophanis interprete ad Nebulas, et aliis. Auctor Etymologici in Προικόνυμος. Διονύσιος δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν ταῖς Κτήσεσιν οὕτω λέγει

*τὰς ἐλάφους πρόκας.* Scribendum, ἐν ταῖς Κτίσεσσι. Sed quod Atheniensem vocat hunc scriptorem, falsum est: Chalcidensis enim fuit, ut recte comici interpres. Harpocration in *'Ηραῖον τεῖχος*, quintum ejus operis librum laudat qui fuit postremus. non enim pluribus constabat. Periegeta vetus jamborum poeta.

Ἐρατοσθένει μάλιστα συμπεπεισμένος,  
Ἐφόρῳ τε, καὶ τῷ τὰς Κτίσεις εἰρηνότι  
ἐν πέντε βιβλίοις Χαλιδεῖ Διονυσίῳ.

Scripserant eodem titulo historias et alii: quidam etiam *ἱερῶν κτίσεις*: ut Heraclides, quem in Protreptico laudat Clemens Alexandrinus. Exposuimus jam capite quarto Hecataei de Aegyptiis repetita hic verba, ὡς ἀρτοφάγοι εἰσίν: deinceps vero scribe, ἐπιφέρει τὰς πριθὰς εἰς p. 744. τὸ πόμα καταλέουσι. vel ut scriptum in quibusdam antiquis, κατάγουσι. id quoque expositum est libro octavo, capite undecimo. Subjicitur ex eodem Hecataeo de Paeonibus, ἀλεύφουται δὲ ἐλαῖω ἀπὸ γάλακτος. recte quidem viri indicant butyrum hac periphrasi denotari: sed neque caussam aperiunt, cur Hecataeus appellet oleum, quod omnes alii butyrum: neque vertunt recte, *oleum quod a lacte separatur*. ἀπὸ hic non est nota differentiae, verum materiam declarat unde id oleum fiat: ut cum dicimus *οἶνος γίνεται ἀπὸ τῶν βοτρύων*. Observent igitur studiosi, antiquissimis Graecis Latinisque nullum aliud pingue curando corpori, aut parandis cibis, suisce in usu praeter oleum quod proprie ita dicitur, quia ex olivis exprimitur. Butyri rem nomenque diu ignorarunt Graeci, nec Romani minus. Non enim adhuc noverant diversas substantias in lacte comprehensas separare. Sunt in lacte tres οὐσίαι: *ἡ τυρώδης*, *ἡ ὄρέωδης*, et *ἡ λιπαρά*. atque haec postrema est, quae a caeteris separata, butyrum vulgo dicitur: quod nomen didicerunt Graeci ut ex Aristotele etiam constat, a vicinis populis, qui etiam rationem ejus conficiendi ipsos tandem docuerunt. Qui Thraciam, Paeoniam, Scythiam, aliasque nationes barbaras adierant, cum earum *περιήγησιν* ederent, primi id nomen in Graeciam invexerunt. At propriam appellationem ejus pinguis substantiae quae habetur in lacte, sola Hebraea lingua novit *הַנְמִתָּה* Graeca Latinaque nullam habent. Quemadmodum igitur primi Graecorum, quibus saccarum est cognitum, propter saporis et usus similitudinem mel arundineum dixerunt: sic butyrum qui novere primi oleum ex lacte nuncu-

parunt, ut hoc loco Hecataeus. Plinius oleosum esse natura scribit, et barbarum gentium: etiam Galenus, ἐλαιῶδες τι εἶναι butyrum. Aug. *oleum ex adipibus* in epistola ad Deo gratias. Possunt, inquit, tales putare *oleum ex adipibus non debere natare super aquam, sicut quod ex oliva est: quoniam longe est utriusque origo dissimilis, quando illud ex ligno, hoc ex carne profluxerit.* [Vetus Persii interpres: *Solent rustici cum oleum defuerit, adipe pecudum in pultem missō pro oleo uti.*] Similiter Hippocrates suillam pinguedinem, sive ut loquitur Erotianus, τὸ νεῖον στέαρ, appellat ἐλαιον θόρ. Sed obtinuit apud Graecos Romanosque butyri appellatio: quae inde orta est, quia fere ex vac- carum lacte, non ovium aut caprarum sit butyrum; tamen et ex ovino, caprino, atque etiam equino et asinino cogi butyrum a nonnullis nemo dubitat: et si videtur Galenus id ignorasse libro tertio, Περὶ ἀπλῶν Φαρμάκων δυνάμεως, capite De butyro. Quod usitatus dicunt Graeci καθ' ἡμᾶς, auctor τῷ ἡμετέρῳ χρόνῳ. scribens hoc modo: τῷ δ' ἡμετέρῳ χρόνῳ οἶνος Φίλος ὁ θυρσοφόρος, μέγα πρεσβεύων Διόνυσος Φησίν' Ιων ὁ Χῖος. significat, sua aetate praecipuam hominum oblectationem fuisse vini potum. Lego θυρσοφόροις. Versus Ionis Chii sequentibus cohaerens ita concipiendus, Οἶνος θυρ- σοφόροις Φίλος, μέγα πρεσβεύων Διόνυσος. Tertium p. 745. Ionis versum, Αἵτε πανελλήνων ἄγοραι, Θαλίαι τε ἀνάκτων, sic interpreter, *conventus omnium Graecorum, et solemnitates deorum*, sive quae in honorem deorum instituuntur: supple ceperunt σξ ον, etc. Θαλίαι sunt convivia sacrorum caussa fieri solita. In quinto scribe, Θαλερῷ ἐπτύξατο πήχει per υ non η. Sextum habeo mendae suspectum. non sane intelligo quid velit. In septimo, Παιδες Φωνήσυτες ὅταν πέσῃ ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, loqui videtur de strepitu quem edunt uvae cum in torcular conjiciuntur calcandae. In nono, Νέπταρ ἀμέλγονται μόνον ολβιον ἀνθρώποισι, non est ἀμέλγονται emulgent: sed mulgentur, hoc est, pressae reddunt: sive iis exprimitur. Decimo, Συνὸν τοῦ χαίρειν Φάρμακον αὐτο- Φνές, alluditur ad Aegyptiacum nepenthes, de quo pharaco Helena apud poetam in Odyssaea. τὸ μόνον praecedentis versus, jungendum cum Φάρμακον. Stillant, ait, uvae nectar. quod solum est mortalibus commune remedium ad laetitiam ingenium, et nulla arte compositum. In undecimo, Τοῦ θαλίαι Φίλα τέκνα, Φίλο-

Φροσύναι τε χοροί τε, eleganter vini filias appellat convivia quae deorum caussa celebrantur, et quae ad voluptatem hominum agitantur, et sovendae inter ipsos amicitiae. non cepere hanc elegantiam, qui Φίλα τέκνα putarunt esse vocandi casus. Fingit vinum patrem esse omnium lautitiarum et hilaritatum: quia ut ait versu proximo, Τῶν ἀγαθῶν βασιλεὺς οἶνος ἔδειξε Φύσιν.

## CAPUT QUINTUM DECIMUM.

*De griphis antiquorum. Expenditur griphi definitio ex Clearcho allata ab Athenaeo.*

PERVENIMUS ad libri hujus partem ultimam, quae est de veterum griphis. Haec tractatio media collocatur inter sermones de vino potuque, qui praecesserunt et eos qui sequuntur toto libro undecimo, de poculis. propterea sic loquitur Aemilianus hoc loco, "Ωρα ἡμῖν ἄνδρες Φίλοι, ζητεῖν τι καὶ περὶ γρίφων, οὐα καὶν βραχὺ διαστήσωμεν ἀπὸ τῶν ποτηρίων. Ut haberemus in his libris perfectam omnibus suis numeris ἱστορίαν δειπνολογικὴν, neque silendum erat de griphis, neque alio loco de iis agendum. Mos antiquorum fuit, ut in conviviis post epulas, oblectamentis omne genus sese recrearent. Ea fine multae diversaeque (prout sunt hominum diversa ingenia ac studia) rationes excogitatae et in mores receptae, honestarum voluptatum. de aliis enim non loquor: quarum utinam extincta esset omnis memoria. Erant quos canere juvaret, vel assa voce, vel ad lyram. erant quos φῆσιν εἰπεῖν, et veterum poetarum versus recitare. quidam sermonibus serendis tempus transigebant. alii proponendis solvendisve quaestionibus sese occupabant, non ex penetralibus quidem philosophiae petitis: sed in quarum tamen solutione aut acuminis aut p. 746. eruditio specimen appareret. Hujus generis sunt sirpi, sive griphi de quibus dicere aggreditur Aemilianus diphilosophista. Praeclara res profecto, et quae fidem faciat sapientissimi viri dicto, πάντες ἀνθρώποι τοῦ εἰδέναι ὅρεγονται Φύσει. Insita enim a natura omnibus hominibus scientiae cupiditas, effecit, ut etiam inter epulas libenter aliquid aut docerent aut discerent, aut didicisse se ostenderent. Hoc verum est principium symposiaci moris hujus. cuius inventum antiquissimum est: sicut fere

omnium rerum ad quarum desiderium et amorem natura  
duce ferimur. Priscos mortales rudi adhuc et impolito  
seculo, solitos sua convivia quaestionibus hujus atque  
aenigmatis condire, testis est historia facta: quae Sam-  
sonem hominem Mavortium, in epulis nuptialibus, suis  
convivis crucem fixisse narrat proposito ad solvendum  
aenigmate sane quam obscuero. Reperiuntur et alia in  
Hebraeorum libris exempla, in queis cum antiquitate  
certat elegantia. Porro haec Aemiliani de grphis trac-  
tatio, sive *παράβασις*, ut appellatur extremo libro, ad  
duo capita referri potest: altero natura grphorum ex-  
plicatur, speciesque variae, necnon conditiones quibus  
olim proponebantur: altero continentur exempla sirpo-  
rum, eorum maxime qui in antiquorum comicorum  
fabulis adhuc Athenaei temporibus extabant. Nihil in-  
venias in iis quae restant de libro decimo, quod ad  
capitum istorum alterutrum non pertineat: sed parum  
distincte et mixtim, utrumque eorum auctor exposuit:  
nimis ubique (dicendum enim quod res est) de ordine  
et recta docendi via securus. melius enim fecisset, si  
quae diversis locis hic et sub finem libri ex Clearcho  
recitat, continuasset. Sed feramus sane in scripto phi-  
lologico, quod in philosophico ferre non possemus. Ipsa  
jam Aemiliani verba expendamus. Proponit primum de  
grphis esse dicendum, οὐ κατὰ τὴν Καλλίου τοῦ Ἀθη-  
ναῖου ἐπιγραφομένην γραμματικὴν τραγῳδίαν. de indu-  
stria, ut fere solet, tragediae hujus mentionem injicit,  
ut nascatur inde occasio de ea loquendi: quod facturus  
est aliquanto post. Addit, ἀλλ' ἡμεῖς ζητήσωμεν πρότερον  
μὲν τὶς ὁ ὄρος τοῦ γράφου. nos vero quaeramus primum  
quidem quae sit definitio grphi. observandum in his  
verbis τὸ ἀνανταπόδοτον. debuit enim subjicere, deinde  
hoc dicemus et illud, nunc ait, τίνα δὲ Κλεοβουλίνη  
ἡ Λινδία προύβαλεν ἐν τοῖς αἰνίγμασιν· οὐανῶς γὰρ εἴρηται  
περὶ αὐτῶν ὁ ἑταῖρος ἡμῶν Διότιμος ὁ Ὁλυμπηνός. in  
quibus parum aut nihil vidisse interpretes, minus mirum.  
praeter anantapodotum, de quo illi non cogitarunt, fraude  
librariorum periodus haec negationem amisit, necessario  
restituendam, si volumus suam mentem auctori restitu-  
tam: qui profitetur his verbis, se nihil de aenigmatis  
a Cleobulina proponi solitis esse dicturum, quia, inquit,  
argumentum illud ab amico nostro Diotimo sufficienter  
fuit tractatum. Lego igitur, τίνα δὲ Κλ. ἡ Λ. π. ἐν  
τοῖς αἰνίγμασιν οὐ ζητήσωμεν: vel παιραίτησόμεθα. Ex-

p. 747. emplum habes aenigmorum Cleobulinae apud Diogenem Laertium, in Cleobuli patris vita. nam quod aenigma patri Diogenes attribuit, alii adscribunt filiae. Deinceps Athenaeus, sub Larensis persona sirpi definitionem hanc ex Clearcho affert: γρίφος πρόβλημα ἔστι παιστικὸν, προστακτικὸν τοῦ διὰ ζητήσεως εὑρεῖν τὴν διανοίᾳ τὸ πρόβλημα, τιμῆς ἢ ἐπιζημίου χάριν εἰρημένον. et si erat Clearch. hic vir magnus, et in Aristotelica philosophia apprime versatus: nihil tamen video in hac definitione quod praceptoris subtilitatem aut ἀκρίβειαν resipiat. nam quis talem πλούτον verborum pro vera definitione habeat? *Griphus est problema ludicum, quo jubetur ut vestigatione mentis quod propositum est investigetur: honoris aut multae gratia in medium prolatum.* Cae- terum Griphi appellationem latius producunt et Clear- chus et dipnosophistae, quam caeteri scriptores, et uni- versum opinor, vulgus olim Graece loquentium. Illis griphus est quaestionum convivialium species propria, aenigmati simillima, rem quam significat ambagibus de industria tegens: Clearcho non solum τὰ αἰνιγματώδη problemata griphi nomine continentur: sed omnes in universum quaestiones; quibus soliti docti convivae inter se ludere ad ostentationem vel acuti ingenii, vel eruditionis, vel memoriae. Utimur hac partitione, ut omnia problemata complectantur, quae griphi nomine Clearchus est complexus. Lege omnia giphorum ex- exempla quae ex ejus libris statim et iterum post aliquam- multa recitantur: nullum in iis reperies cuius solutio specimen acuminis habeat: sed aut eruditionis, id est πολυμαθείας καὶ πολυαναγνωσίας, aut memoriae. quod genus plurimum fuisse frequentatum arguit μνημονίων appellatio. Sic enim vocarunt auctore Theodecte, peculiari nomine ea problemata, ad quorum solutionem maximum et praecipuum in memoria praesidium. Longe aliter habet in caeteris quae ex aliis scriptoribus com- memorantur: ad quorum enodationem quisquis accesserit imparatus ab ingenii acumine, fretus eruditione aut memoria, is meo judicio promovebit non multum. Generis loco posuit Clearchus in sua griphi definitione, aut verius, quasi definitione, πρόβλημα: alii λόγος: ut qui ita circumscripterunt: γρίφος λέγεται ὁ δύσκολος καὶ συμπεπλεγμένος λόγος, ὁ ἔχων πάθος ἐν ἑαυτῷ μὴ φα- σόμενον. utrumque diverso respectu verum est. griphus per se consideratus, oratio est: cum alteri proponitur

ad solvendum, problema, sic in historia Samsonis aenigmata, τὸ παῖδες verterunt γο. πρόβλημα. Josephus λόγον. Addit Clearchus παιστικόν: ut jocosa haec problemata quibus inter pocula saturi convivae se oblectabant, distinguat ab iis quae serio tractantur a sapientiae candidatis. revera enim ludus et jocus res erat tota. Josephus de Samsoni epulas nuptiarum suarum apud Thamnitas celebrante: τοῦ πότου προβαίνοντος καὶ παιδιᾶς οὔσης οἷς Φιλεῖ παρὰ τοῖς τοιούτοις καιροῖς, ὁ Σαμψὼν εἶπεν. Ἀλλὰ προβάλλοντος ἐμοῦ λόγον εἰ λύσετε τοῦτον ἐφ' ήμέρας ἐπτὰ ποιούμενοι τὴν ζήτησιν, ὁθόνας καὶ στολὰς γέρας τῆς συνέσεως κατ' ἄνδρας ἐκαστον Φέρεσθε παρ' p. 748. ἐμοῦ. Julius tamen Pollux, posteaquam zetemata ista συμποτικὰ sive κυλίνεια in duo tribuenda docuit, αἰνιγμα et γρίφον: ita haec duo distinguit: καὶ εἶχε τὸ μὲν αἰνιγμα παιδιάν. ὁ δὲ γρίφος καὶ σπουδήν. quibus verbis significari videatur, aenigmatum materiam jocos esse et sales: griphorum vero res ferias et graves. Quare minus recte aut vere dixerit Clearchus γρίφον εἶναι πρόβλημα παιστικόν. Sed alia profecto mens Pollucis: neque ille unquam ivit negatum etiam grifum habuisse παιδιάν: sed hoc dicit, grifum praeter ludum et jocum etiam solidae eruditionis aliquid admixtum habuisse? quod nemo negaverit, qui Clearcheos grifos consideraverit. Athenaeus infra hoc libro ex ejusdem Clearchi libro primo De paroemiis, τῶν γρίφων ἡ ζήτησις οὐκ ἀλλοτρία Φιλοσοφίας ἔστι. καὶ οἱ παλαιοὶ τὴν τῆς παιδιᾶς ἀπόδειξιν ἐν τούτοις ἐποιοῦντο. et iterum paulo post, ὥστε τὴν παιδιάν μὴ ἀσκεπτον οὖσαν, μήνυμα γίνεσθαι τῆς ἐκάστου πρὸς παιδεῖαν οἰκειότητος. [Adjiciam hic locum Aristophanis, ex quo clare colligitur, et cujusmodi essent grifi conviviales veterum, et quomodo solerent proponi. Sic ille initio Vesparum. Cleonymi ρίψισπιδος ignaviam traducens. Οὐδὲν ἄρα γρίφου διαφέρει Κλεώνυμος. Πῶς δὴ προσερεῖ τις, πρὸς τοῖς συμπόταις λέγων. "Οτι, ταυτὸ Θηρίον ἐν τε γῇ καὶ οὐρανῷ Καν τῇ Θαλάττῃ γ' ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα. Grifi materiam, inquit, praebet Cleonymus. Poterit enim aliquis inter convivas hoc γρίφωδες problema jactare. Ecquod sit illud animal, quod in terra, aëre, mari, clypeum amisit.]

## CAPUT SEXTUM DECIMUM.

*Explicantur griphorum species de quibus Clearchus apud Athenaeum.*

QUEMADMODUM Aristoteles, exposita natura τερθρειῶν sophisticarum, certos statim modos proponit nobis solvendi omnia sophismata: sic Athenaens ubi Griphorum naturam ex Clearcho nos docuit, continuo species eorum diversas ex diversis principiis originem trahentes explicare aggreditur. Sic igitur ille ex eodem quidem Clearcho, sed libro non eodem. apponam autem integrum locum, tui Lector commodi caussa: multa enim nobis in eo animadvertisenda. 'Εν δὲ τῷ Περὶ γρίφων ὁ αὐτὸς Κλέαρχος Φησὶν, ἐπτὰ εἴδη εἶναι γρίφων. ἐν γράμματι μὲν, οἷον ἔροῦμεν ἀπὸ τοῦ ἄλφα ὡς ὄνόματι Ἰχθύος ἢ Φυτοῦ. ὁμοίως δὲ καὶ ἔχειν τι κελεύῃ τῶν γραμμάτων, ἢ μὴ ἔχειν. καθάπερ οἱ ἀσιγμοὶ καλούμενοι τῶν γρίφων. ὅτεν καὶ Πίνδαρος πρὸς τὸ σέποιησεν ὡδῆν, οἵουει γρίφου τινὸς ἐν μελοποιίᾳ προβληθέντος. 'Εν συλλαβῇ δὲ λέγονται γρίφοι, οἷον ἔροῦμεν ἔμμετρον ὁ τι δήποτε οὐ ηγεῖται βα, οἷον βασιλεύς. ἢ ὡν ἔχει τελευτὴν τὸ ναξ, ὡς καλλιάναξ. ἢ ὡν τὸ λεων καθηγεῖται, οἷον Λεωνίδης. ἢ ἔκπαλιν τελικὸν εἶναι, οἷον Θρασυλέων. 'Εν ὄνόματι δὲ ἔροῦμεν ὄνόματα ἀπλᾶ ἢ σύνθετα δισύλλαβα, οὐ p. 749. μορφή τις ἔμφαινεται τραγική. ἢ πάλιν ταπεινὰ ἢ ἀθεα ὄνόματα, οἷον Κλεώνυμος. ἢ Θεοφόρος, οἷον Διονύσιος. καὶ τοῦτο εἴτε ἐξ ἑνὸς Θεοῦ ἢ πλεόνων. οἷον Ἐρμαφρόδιτος. ἢ ἀπὸ τοῦ Διὸς ἄρχεσθαι, Διοκλῆς. ἢ Ἐριόδωρος. ἢ λήγειν εἰ τύχοι εἰς νικός. Facit Clearchus septem griphorum species, sive τρέπους τοῦ γρίφους προβάλλειν. Cogitent studiosi de hoc numero, nam si grishi appellationem tam laxe hic accipit Clearchus quam in superiori loco quem proximo capite tractabamus: non est dubium multas esse griphorum ideas praeter commemoratas hic ab illo. quin videntur expositi hic sirpi a doctore Solense, toto genere diversi esse ab iis quos alii omnes scriptores griphos aut aenigmata appellabant. non igitur ἀπλῶς omnium griphorum species sunt septem: sed unius tantum generis illorum, quo veteres fidem memoriae suae in veterum lectione periclitabantur. quanquam hujus ipsius generis alias species hic praeter-

missas ex eodem Clearcho sub libri finem resert Athenaeus: itemque libro 15. alias. Eum locum necessario cum iis quae hic recitantur comparandum, describemus integrum. Sic ille: Τοῦ δὲ ἡμῖν παρακειμένου μελιπήκτου, μέμνηται Κλέαρχος ὁ Σολεὺς ἐν τῷ Περὶ γρίφων, οὗτοι λέγων Σκεύη κελεύοντα λέγειν ὄμοια, εἰπεῖν τρίπους, χύτρα, λυχνεῖον, ἀκταῖα, βάθρον, σπόγγος, λέβης, σκαφεῖον, ὄλμος, λήκυθος, σπυρίς, μάχαιρα, τρυβλίον, πρατήρ, ράφις. Καὶ πάλιν ὄψιν οὕτως· ἔτνος, Φακῆ, τάριχος, ιχθὺς, γογγυλίς, σκόροδον, κρέας, θυντίον, ἄλμη, κρόμμυον, σκόλυμος, ἐλαῖα, κάππαρις, βολβὸς, μύνης. Ἐπὶ τε τῶν τραγημάτων ὄμοιώς. ἄσης, πλακοῦς, ἔντιλτος, ὕγριον, † ροδῶν, ἐρέβινθος, σησάμη, κοπτή, βότρυς, ισχάς, ἄπιος, περσέα, μηλέα, ἄμυγδαλα. Ergo nihil accurati in hac partitione, nihil subtilis. Sed nec cuivis promptum septem quae dicuntur species in sequentibus verbis denotare. Nam aut plures videantur non injuria recenseri, aut pauciores. Si summas differentias spectemus Clearchi verbis comprehensas, tres solum griphorum aperiuntur fontes, litera, syllaba, nomen. si omnes distinctiones attendamus expositas verbis quae adscripsimus, decem non septem tantum griphorum modi invenientur. Septem erunt si hanc inveniamus partiendi rationem.

I. *ἐν γράμματι*. Griphi in litera positi duo modi ostenduntur, qui veteribus in usu. Praemium ei proponebatur qui proferendis piscium plantarumve aut similiūm rerum nominibus, a certa litera (puta α) incipientibus, sodales antevertisset: aut plura recensuisset. In utro posita esset victoria, celeritate nominandi, an copia nominum, Clearchus non declarat. nobis dubium non videtur, horum alterum aut utrumque spectatum esse in hujusmodi musicis certaminibus. Piscium autem nomina quorum prima litera sit α plurima apud Graecos, etiam praeter illa quae lib. septimo in ordinem coacta legimus. plantarum item plurima, ut ἄμπελος, ἄμυγδαλη, ἄκανθα, ἄνηθος, ἄνησος. Hic prior est modulus: alter sequitur: cum jubeant nomen aliquod proferre quod certam literam haberet: ant contra quod certam literam non haberet. Exempli gratia. pisces p. 750. nomen ubi litera canina: ρίνη. ubi non est eadem litera: ἄμια. sic de caeteris. Addit παθάπερ οἱ ἄσιγμοι καλούμενοι τῶν γρίφων. intelligit problemata γρίφώδη jactari solita in conviviis, quorum erant formulae conceptae

sine ullo sibilo, aut litera sigma. [Certum est, multos e veteribus literae illius sibilum refugisse, adeo ut non pauci carmina integra sine sibilo composuerint. Tryphiodorus quidam Odysseam λειπογράμματον, cui nullum inerat sigma, olim ediderat, ut narrant poetae interpres. De Pindaro subjicit Athenaeus.] ὅτεν καὶ Πίνδαρος πρὸς τὸ σ ἐποίησεν ὠδὴν, οἵουεὶ γρίφου τινὸς ἐν μελοποιίᾳ προβληθέντος. Unde etiam Pindarus odam fecit ubi exemplum est literae σ: ceu gripho quodam proposito in lyrica facultate. et falsa et inepta est sententia quam ex his verbis eliciunt homines eruditi. Graecorum πρὸς, multisfariam accipitur: estque hic opus judicium interpretis. Nam ex praecedentibus non erat difficile divinatu, quid hic significet πρὸς τὸ σ ποιεῖν ὠδὴν. praeterea explicat sese Clearchus idem infra non longe cum scribit, composuisse Pindarum odam ἀσιγμοποιηθεῖσαν. id est, in qua nullum erat σ.

II. ἐν συλλαβῇ. Griphi in syllabae observatione positi, duo proponuntur modi. Alter est, versum dicere qui a certa syllaba incipiat, puta βα. ut, Βακτηρία γάρ ἔστι παιδεῖα βίου. et βάδιζε τὴν εὐθεῖαν, ἦν δικαιος γῆ. adjicit Clearchus, οἷον βασιλεύς. quod ita interpretamur, ut si quis proferat versum incipientem a voce βασιλεύς. ut hic e Phoenissis Euripidis: Βασιλεὺς μὲν οὖν βέβηκε ποσμηθεὶς ὄπλοις. sic etiam interpretamur statim, ὡς καλλιάναξ. Dalecamp. accipit aliter utrumque. quare etiam ἔμμετρον, vertit, dictionem versibus accommodatam. Negamus nos dari posse ullam vocem, quae non possit accommodari alicui metro. plurima enim sunt et diversissima genera metrorum. nulla igitur vox erit οὐκ ἔμμετρος. quare nulla hic erit difficultas: nullum diligentiae aut memoriae argumentum. Idem Dalecamp. pro ἔροῦμεν dicemus, scribit, ἔρούμεθα: nobis placet quod vulgatum est scriptumque in omnibus antiquis, ἔροῦμεν ἔμμετρον, versum recitabimus. Alter modus: versum dicere qui desinat in certam syllabam puta αξ. ut initio Supplicum Euripidis, "Απαιδές εἰσιν, οὓς ποτ' Ἀργεῖων ἀναξ.

III. His duobus modis subjiciuntur alii duo, quorum observatio non in unica syllaba est posita, sed in duabus. Si volumus in Clearchieis verbis septem quas pollicitus est species invenire, separandi hujus generis griphi a praecedentibus. Perspicua magis fuerit partitio, si scribatur, ἢ ἐν συλλαβαῖς, οἷον ὡν τὸ λ. κ. Prior est illo-

rum, ὃν τὸ λεων καθηγεῖται, οἷον Λεωνίδης: id est, *versum dicere cuius duae primae syllabae sint λεων*, ut si inchoet a nomine Λεωνίδης. Posterior modus, ἡ ἔμπαλιν τελικὸν εἶναι, οἷον Θρασυλέων. *versum dicere qui desinat in ultimas syllabas λεων*: ut cuius vox postrema fuerit Θρασυλέων. Possimus vocem ἔμμετρου etiam aliter accipere: ut neque *versum* neque *dictionem* *versui* aptam intelligamus: sed certum pedem metricum. p. 751. ut βασιλεὺς exemplum sit *dictionis* a βᾶ incipientis, quae constat anapaesto, παλλιάναξ, *dictionis* in αξ desinentis, quae constet choriambo. Λεωνίδης exemplum est jambicae dipodiae, sive ταυτοποδίας. Θρασυλέων, quarti paeonis. Statuet lector eruditus, utram interpretationem sit satius sequi.

III. ἐν ὄνόματι. Omnes quae deinceps explicantur species griforum ad unum caput referri possunt: versantur enim omnes in nominis cujuspiam observatione. sed ut septem illae species de quibus dictum est inveniantur, necessario separatim explicabimus singulos modos qui hic proponuntur. Ait igitur, ἐν ὄνόματι ἐροῦμεν ὄνόματα ἀπλὰ ἢ σύνθετα δισύλλαβα, οὐ μορφή τις ἐμφαίνεται τραγική. *Grifus* ut sit in nomine, dicemus, nomina simplicia aut composita duarum syllabarum, ubi tragica species quaedam appareat. sive, quibus persona quaepiam tragica repraesentetur. Vellem esset exemplum a Clearcho adjectum. nam obscura milii haec verba. attulimus duplēm vocis μορφὴ interpretationem: prior spectat tragicarum personarum σκευὴν, quae describitur sūse Julio Polluci lib. 4. cap 19. Sensus est, proferendum esse aliquod nomen quo designetur ornatus alicujus tragicae personae. puta regis, aut reginae, aut alicujus senis, aut vetulae lamentantis, aut nuncii, vel alias e similibus personis, sine quibus non sit tragœdia. posterior interpretatio ad personas ipsas respicit quarum nomina ex historia fabulari et ex antiquorum tragicorum fabulis sunt omnibus obvia. Tragicum nomen simplex dissyllabum, ut *Tydeus*, *Peleus*, *Oeneus*, *Minos*. Tragicum nomen compositum dissyllabum, ut Ἀτρεύς. est enim ab α, et τρέω: et eum proprie significat qui est impavidus. Νηλεὺς, misereri nescius. Κύνλωψ, Προκλῆς, Πρόκυνη et id genus.

V. ὄνόματα ταπεινὰ ἢ ἄθεα, οἷον Κλεώνυμος. *nomina humilia*, quid aliud interpretari est quam humilium personarum? puta servorum aut servarum. ἄθεα nomina,

quae honesta quidem sunt, sed nullius tamen deum nomen in se continent, ut Cleonymus, Aristoteles, Demosthenes.

VI. ὄνοματα θεοφόρα. Nominibus atheis, id est, *sine Deo*, contraria illa quae Deum aliquem in se continent, ut *Dionysius*. Διόνυσος enim est *Bacchus*. vel plures, ut *Hermafroditus*. insunt huic vocabulo Mercurii et Veneris nomina. Aliquando proferenda erant nomina quorum ἀπὸ Διὸς principium, ut Diocles: aut ἀπὸ Ἐρμοῦ, ut Ἐρμόδωρος.

VII. ὄνοματα λήγοντα, εἰ τύχοι, εἰς νῖκος. ut Aristonicus, Demonicus, Callinicus. Non video magnum discrimen inter hanc et tertiam speciem.

Addit Clearchus, οἱ δὲ μὴ εἰπόντες οἵς προσετάττετο ἔπινον τὸ ποτήριον. qui non dixerant quod jussi fuisserent, poculum bibebant. non exponit quale illud poculum fuerit: propterea subjicit Larensis, καὶ ὁ μὲν Κλέαρχος οὗτως ἀρίστατο. τι δέ ἐστι τὸ ποτήριον καλέ μου Οὐλπιανὴ γῆται. In extremo libro satisfit quaestioni p. 752. huic: et ex Antiphanis Ganymede docetur muriam solitam infundi in eorum poculum, qui non potuissent quod fuerant jussi praestare. Diserte Antiphanes, "Αλμης ἔχρην τι περιφέρειν ποτήριον. Hoc ipsum et Pollux confirmat, ὁ μὲν λύσας γέρας εἶχε πρεῶν τινὰ περιφοράν. ὁ δὲ ἀδυνατήσας, ἀλμης ποτήριον ἐκπιεῖν. Sed non arbitrandum est certam ullam poenam fuisse ita moribus receptam, ut ejus consuetudo apud Graecos omnes obtinuerit. Hesychius pro muria merum istis propinat, aut aquae cadum. Idem censendum et de praemio rectae responsionis. quod apud alios aliud solitum proponi ne dubitandum quidem est. Non praetermittam super hoc mirifica Eustathii verba e 22. in Odysseam commentario. Γρῖφος, ait, δύσκολον γῆτημα ὁ ἐν συμποσίοις ἔλεγε τις προκειμένης Φιάλης οἴνου γεμούσης. καὶ ὁ ἐπιλυσάμενος τὸ ἀπορηθὲν, ἐξέπινεν. εἰ δὲ μὴ, ὁ ἀπορήσας ἐνεφορεῖτο τῆς Φιάλης. Quis fando accepit simile genus certaminis? cum victo victorique par et eadem conditio proponitur: et ut ait poeta ἐν ἴη τιμῆ γμὲν κακὸς ἥδε καὶ ἐσθλός. Sic enim dicit: qui griphum solvit appositam vini phialam ebibit: qui vinctus difficultate succubuerit, phiala se ingurgitat. Sed praefat exponere ὁ ἀπορήσας, is qui griphum proposuit. hoc melius.

## CAPUT SEPTIMUM DECIMUM.

*Exponitur hic griphus, ὁ τις Φέρων τὶς μὴ Φέρει.  
item alii de olla carnium, de placenta, vino,  
aqua, myrrha.*

SUPEREST jam, ut ad diversi generis griphos vere γρίφωδεις, quos ex antiquis comicis recitat dipnosophista, accedamus. Primus omnium est, quem describere ait ex Antiphane ἐν Κυοιθίδῃ ἡ Γάστρων. jure suspecta nobis prior tituli hujus vox: sicut libro septimo dicebamus, capite nono. Poetae versus infra descripsimus.

Ἐγὼ πρότερον μὲν τοὺς κελεύοντας λέγειν  
γρίφους παρὰ πότου, ὥδη μην ληρεῖν σαφῶς,  
λέγοντας οὐδέν. ὅπότε τις προστάττεται  
εἰπεῖν ἐφεξῆς, ὁ τις Φέρων τὶς μὴ Φέρει·  
ἔγέλων, νομίζων λῆπτον οὐκ ἀν γενόμενον.  
οὐδέ ποτέ γ' οἷμαι πρᾶγμα παντελῶς λέγειν·  
ἐνέδρας δ' ἔνεκα. νῦν δὲ τοῦτ' ἔγγωνχ' ὅτι  
ἀληθὲς ἦν. Φέρομεν γὰρ ἔρανόν τιν' ἄν-  
θρωποι δέκι' οὐ Φέρει δὲ τούτων τὴν Φορὰν  
οὐδείς. σαφῶς οὖν ὁ τις Φέρων τὶς μὴ Φέρει  
τοῦτ' ἔστιν. ἦν δ' ὁ γρίφος ἐνταῦθα ρέπων.

Non solum interpretes Athenaei, sed etiam alii viri eruditii, qui in colligendis exponendisque antiquis griphis posuerunt operam, crediderunt griphum, cuius hic Antiphanes meminit, non alio quam ad eranos et collectas conviviales pertinere. Ut longe aliter sentiamus, comici verba nos impellunt: ex quibus difficile non est intellectu, jactatum fuisse vulgo in conviviis griphum hunc, et singulos convivas de eo solitos ordine interrogari, ut is demum auferret praemium, qui rem acu tetigisset. quod autem eranis hic accommodatur: et si non est illepidum commentum: a vera tamen interpretatione, et ea p. 753. sententia quam grifi auctor animo conceperat, prorsus alienum videtur. Sed profecto ita est: qui apud Antiphanem haec loquebatur, non id agebat ut seria responsione propositum sibi griphum solveret: sed per ludum et jocum illiberalibus eranistis eum applicat. Putavi hactenus, ait, nugas agere eos qui in conviviis griphos solvendos proponerent, cujusmodi hic est: *Quidnam illud sit, quod ferens aliquis, non fert tamen. hoc*

inquam, ait ille, putabam merum nugatorum hominum commentum, omni veritate cassum, quodque interpretationem nullam admitteret. Nunc autem rerum experimentis edoctus, sententiam veram eo grpho contineri didici. Nam ecce, cum inter nos sodales decem convenisset, ut quisque pecuniam aliquam conferret ad coenam, ut una essemus apud unum ex ipsis, qui omnium mandatu coenam parare jussus fuerat: ille quidem coenam paravit, et reliqui sodales, ut convenerat, apud illum coenarunt: pecuniam vero nemo eorum contulit: nemo symbolam dedit: omnes tamen eranistae haberi volunt, non gratis excepti convivae. Quare in istis solo nomine eranistis, non reapse eranum pendentibus, verum apparet quod ajebat grphus, esse qui ferentes aliquid non ferant. Vel sic interpretare: Decem sumus sodales qui eranum conserimus ad epulas: sed nemo nostrum est qui totum ferat eranum. omnes tamen ferre dicimur: serimus igitur et non ferimus. Notemus in primo versu τὸ οὐλεύοντας, jubentes: et in tertio τὸ προστάττεται jubetur. Sic enim fuit moris, ut magister convivii, aut aliis e convivis potestatem haberet jubendi, ut ad propositam quaestionem aenigmaticam singuli responderent. Ideo Clearchus in definitione grphi usus voce προστάκτικός respondebant autem eo quo sedebant aut accumbebant ordine: ideo ait versu quarto, εἰπεῖν ἐφεξῆς. nam ἐφεξῆς non est subito aut confessim. sed επισχερώ. [deinceps ordine continuo.] eleganter ληρού οὐ γενόμενον appellat orationem mere nugatoriam. contra apud Demosthenem οἱ γενόμενοι λόγοι sunt veri sermones. [apud Martialem res facta: cum ait, *Tu factam tibi rem statim putas, Et non sobria verba subnotasti; alibi, Jam te rem factam Bithynice credis habere?*] Sextum versum menda non carere satis liquet: nam ὡμηρία saltem erat dicendum non οἶμαι. sed aliud poetam censemus scripsisse. Lego, Οὐδέποτε γ' οὐ τι πρᾶγμα παντελῶς λέγειν. vel οὐτα πράγματα.. putabam eos dicere quae nullo modo essent in rerum natura, sed mera commenta. Melius scribas in septimo, "Ἐνεκκάδ' ἐνέδρας. solum decipiendi caussa, ut in re nihili occupatos sic homines tenerent, tanquam in re seria. [Octavum et nonum ita concipi malebat Scaliger. Φερομεν γὰρ αὐθρωποι δέκα Ἐρανόν τιν'. οὐ φ.] Undecimus est Aristophanis mutatus leviter, Οὐκ ἔσθ' οὖτας ὁ χρησμὸς ἐνταῦθα βέπει. Caeterum grphum hunc interpretari

ex mente auctoris, fortasse difficile est: illud non nimis difficile excogitare qui exponas non inepte. Nam verbi p. 75<sup>4</sup>. gratia, qui equo vehitur aut navi, et gladium fert, is quod fert non fert. Etiam qui adversam fert fortunam, is et fert, (sic enim loquuntur omnes linguae) et non fert: κυρίως nempe. Pater futurus sobolis suae, prius quam generaverit, eam fert et non fert. fert semen δυνάμει ἀνθρωπον: actu non fert. Cum plures collatis viribus onus ferunt, quisque eorum fert et non fert. pro virili fert, in totum non fert. Utraque enuntiatio aequa vera: ὁ συμβαστάζων βαστάζει. et ὁ συμβαστάζων οὐ βαστάζει. [Atque hoc adeo verum est, ut non dubitet Julianus jurisconsultus dicere subtili ratione furtum trabis excusari posse, quam plures simul abstulerint. Locum viri prudentis quia huic gripho facem allucet adscribam e libro nono Digestorum. *Multa*, inquit, *jure civili contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest. Unum interim posuisse contentus ero. Cum plures trabem alienam furandi caussa sustulerint quam singuli ferre non possent; furti actione omnes teneri existimantur: quamvis subtili ratione dici possit, neminem eorum teneri: quia neminem verum sit eam sustulisse.] Sexcenta alia possunt excogitari. Atque hoc de industria quaesitum videtur, ut ejusmodi problemata proponerent, quorum posset afferri multiplex interpretatio. Ita poterant singuli convivarum ingenium exercere. Quod diximus Antiphon. detorsisse hunc sirpum, ad eos qui collectas non solverent: probatur non obscure sequentibus verbis:*

'Αλλ' οἵα λογοποιοῦσιν ἐν τῷ πράγματι.  
οἱ τάργυριοι μὴ πατατιθέντες· ὡς σφόδρα  
Φίλιππος ἄρ' ἦν εύτυχής τις, νὴ Δία.

quorum tamen sententia ex iis quae non extant pendens pervideri non potest. Sequuntur alii griphi ex eodem comico ἐν Ἀφροδίσῳ. ita omnes codd. mendose. Laudatur alibi fabula hujus comici Ἀφροδίτης γοναῖ. de ea loquitur fortasse, et ἐν Ἀφροδίσῳ dixit, pro ἐν δράματι Ἀφροδίτης. Primum describitur δι' αἰνιγμάτων olla carnium. dicitur olla τροχορυμασίτευκτον ποιοσώματον κύτος, πλαστὸν ἐν γαίης, ἐν ἄλλῃ μητρὸς ὀπτηθὲν στέγη. rotæ impulsu factum cavi corporis vas, fictum e terra, coctum in alio tecto ejusdem matris. nihil obscurum hic. Similis illa patinae descriptio aliis comici,

τῆς τροχηλάτου κόρης Πίμπλησι λοπάδος στερνοσώματον κύτος. de qua lib. 2. cap. 23. In membranis et Epit. scriptum τρόχου ρύμασι τευκτόν. non probo. at τὸ ἥ quod praeponitur huic voci in omnibus libris, suspicionem movet mihi ita scribenda esse praecedentia: Πότερον ὅταν μέλλω λέγειν σοι τὴν χύτραν λέγω; Ἡ τρ. Si tibi habeam verba facere de olla, utrum placet tibi, vel ut ollam dicam. vel ut his utar ambagibus? Sic paulo post ἥ σαφῶς πλακοῦντα Φράξω σοι; Deinde carnes agninae in olla coquentes sic exprimuntur, Νεογενοῦς ποίμνης δ' ἐν αὐτῇ πυικτὰ γαλακτοθρέμμονα τακεροχρῶτα δικτύουσαν. Sed vox postrema corrupta est deformiter: neque in Epitoma ullum ejus vestigium. Subjicitur grifus alius quo placenta describitur ex melle, lacte, farina subtili artificio facta. Sic Antiphanes,

p. 755.

— Ξουθῆς μελίσσης νάμασιν τε συμμιγῆς μηκάδων αἰγῶν ἀπόρρουν θρόμβον ἐγκαθήμενον εἰς πλατὺ στέγαστρον ἀγνῆς παρθένου Δηοῦς κόρης λεπτοσυνθέτοις τρυφῶντας μυροῖς καλύμμασιν.

etiam si non adjecta essent sequentia verba, ἥ σαφῶς πλακοῦντα Φράξω σοι; non erat attendenti obscurum futurum, placentam his versibus describi. in primo scribendum συμμιγῆ. in postremo, λεπτοσυνθέτοις, videlicet καλύμμασι. et τρυφῶντα nempe θρόμβων. Nemo etiam dubitat, cur vocat vinum Βρομιάδος ιδρῶτα πηγῆς. At proximus versus corruptissimus est, Λιβάδα δὲ Φαιανδρού ὡδὴ παράλιπον, ὕδωρ Φάθι. Legendum ex Vindelianis Excerptis, Λιβάδα Φαιαδρὰν δροσῶδη παρ. vel potius Φαιὰν δρ. quod verum esse nullus dubito. de vero aquae colore, et an ullus ei sit color, alibi disputamus: sed poeta Φαιὰν pulli coloris appellat Homeri exemplo: cui semper aqua dicitur nigra. passim in ejus poesi κρήνη μελάνυδρος. et μέλαν aut δνοφερὸν ὕδωρ. Proximo versu Κασιόπνουν αὔραν δι' αἴθρας, interpretatur comicus myrrham. mirum: nam aliud casia aliud myrrha. sed videntur myrrham lata notione posuisse pro quolibet aromate. quare etiam אַמְרָנָה quod Hebraeis *myrrham* significat, fecerunt μύρον commune nomen omnium ejus generis. quia tamen quem locum habere queat dictio μακρὰν initio insequentis versus non video: fortasse scribendum est, σμύρναν εἰπέ μοι ἥ κασίαν. Sed mallet fortasse aliquis μιαρὲ pro μακρὰν rescribi. hoc igitur κείσθω εἰς μέσον. At in iis quae adjicit comicus legi metricae consulere non nunc labore: sententiae utcunq; consu-

veris per hanc lectionem et interpunctionem, μηδὲ τοιοῦτον ἄλλο μηδέν μοι ἐς τοῦμπαλιν Λέγων, ὅτι δοκεῖ, τοῦτ' ἔργον εἶναι υεῖζον ὡς Φασὶ τιντς. Αὐτὸ μὲν μὴ λέγειν, παρ' αὐτὸ δ' ἄλλα συστρέΦειν πυκνά. *myrrham*, ait, *dic mihi aut casiam* (vel, *o infrunite*) *neque quicquam ejusmodi mihi dixeris, loquens contrario modo atque omnes alii: quoniam videlicet, magnum videtur non nullis, rem quidem ipsam non dicere: sed circa rem alia multa torquere.*

## CAPUT DUODEVIGESIMUM.

*Griphus de somno: de podice: de ichneumone. ἀττελεβόφθαλμος. ἀμφικνέφαλος, ἀμφικνέφαλος, et ἀμφικέφαλος. multa de ichneumone. Obscurus grifus de camo judiciali.*

AENIGMA de somno quod deinceps recitatur ex Alexide, circumferebatur debile, et tantummodo hemitomum. nos alterum hemitomum ex Eustathio et membranis adjecimus: sed perperam distincta sunt quaedam. ideo hic describemus.

Οὐ Θυητὸς οὐδ' ἄθανατος, ἀλλ' ἔχων τινα σύγκρασιν· ὥστε μήτ' ἐν ἀνθρώπου μέρει μήτ' ἐν θεῷ ζῆν. ἀλλὰ Φύεσθαι τ' αἱ ταῖνως· Φθίνειν τε τὴν παρουσίαν πάλιν. ἀόρατος ὄψιν, γνώριμος δ' ἄπασιν ὥν.

*non est mortalis neque immortalis, sed habet mixtum temperamentum: itaque nec ut homo, nec ut Deus vivit: sed cum nascatur subinde nove, perit rursus p. 756. ejus praesentia: id est, ipse postquam est renatus, invisibili specie, notus est omnibus.* Quare invibilem somnum dicat, stultum sit quaerere, simul enim nascitur somnus, et caecus fit homo: simul redit facultas videndi, et abit somnus. tamen argulantur grammatici et ejus rei caussam asserunt nec caussam. Ajunt enim, δέ τοῦ τοιούτου γρίφου τὸ ἀόρατος ὄψιν, ἐξ Ὁμήρου· ὃς ἀόρατον Διὸς τὸν ὑπνον πεποίησ. quia dixit poeta, Δια δ' οὐκ ἔχει νήδυμος ὑπνος. Insequuntur aliquot griphi ex Eubuli Sphingocarione, cum ipsorum interpretatione. Grifum hexametris versibus complexus est poeta: instar oraculorum, quae saepe fabulis suis eo genere versuum inse-

runt comici. interpretatio iambicis senariis scripta est. Primi griphi primus versus ita scribitur in vulgatis libris, "Εστι λαλῶν ἀγλωσσος, ὁμώνυμος, ἀρρενοθῆλυς. melius scripta lectio, ὁμώνυμος ἀρρενι θῆλυς. sive mas sive foemina idem habet nomen. Versu tertio, non dainno quod est editum, 'Αξύνετ' ἀξυνέτοισι λέγων. conjectura nostra an omnino damnari debeat viderint eruditii: ἀξύνετα ξυνετοῖσι λέγων. Sed jam conjectura haec non est, postquam ita scriptum reperimus in Excerptis. Quid hic significet, νόμου εἰν αὐτῷ οὐκ εἴδομεν, melius declarari non potest quam verbis Aristophanis in Nubibus, ὡσπερ Βροντὴ τὸ ζωμίδιον παταγεῖ, οὐδὲ δεινὰ οὐραγεν 'Ατρέμας πρῶτον παππάξ, οὐδὲπειτ' ἐπάγει παπαπάππαξ. Scribe ultimum iambicum, Λεῖος. τί βούλει; πνευμάτων πολλῶν Φύλαξ. Transeamus ad proximum griphum. Ait Eubulus, 'Αττελεβόφθαλμος, μή πρόστομος, ἀμφικνέφαλος, αἰχμητὴς παλδῶν ἀγόνων γόνον εξαφανίζων.

hic sane opus habebamus Oedipo: nam haec Sphinx Davis οὐ ξυνετὰ hic loquitur. Ichneumonem intelligi ipse auctor griphi docet nos. Posterior versus totus ab eo est expositus, de priore videamus. Igitur versus isto 'Αττελεβόφθαλμος, μή πρόστομος, ἀμφικνέφαλος, describitur ichneumon bestia tribus notis. prima est, quod sit ἀττελεβόφθαλμος, id est, oculos habeat locustae oculis similes: quarum species una ἀττέλεβος vel ἀττέλαβος dicta Graecis. In quo autem haec similitudo? Locustarum genus constat esse ἔξοφθαλμου et σιληρόφθαλμου: habere oculos eminentes et praeduros. Ichneumonis oculi adeo non prominent, ut κοιλοφθάλμοις adnumerandi sint potius quam ἔξοφθαλμοις. restat igitur ut in oculorum duritie similitudo sit posita. de quo tamen amplius censeo pronuntiandum: nam visus mihi ichneumon oculorum acie plurimum valere, at τὸ σιληρόφθαλμον inter maxima oculorum vicia. quare non dubitavit olim Nigidius negare locustas oculos habere. De oculis ichneumonis nihil Aristoteles, nihil Plinius, nihil Nicander. Oppianus philosophus et poeta magnus, tribuit ei oculos igneos, isto versu, Νόσφι μόνης οὐρῆς τε οὐδὲ ὄφθαλμῶν πυροέντων. item λοξοὺς et torvum tuentes: sed tum quando est praedae intentus.

Δήρα τότ' ἵχνεύμων δολίην ἐπὶ μῆτιν υφαλων,

p. 757. λοξοῖς ὄφθαλμοῖσιν ἀπείρονα θῆρα δοκεύει.

Plinius paulo aliter, *In dimicatione caudam attollens ictus irritos aversus excipit, donec obliquo capite spe-*

*culatus invadat in fauces.* Altera nota est μὴ πρόστομος: quae si non accipitur caute, falsa est: nam ichneumonem rostro acutissimo esse dubitat nemo: quod negari videtur hac voce: πρόστομα enim vocantur, quae sunt acuta ut gladius et id genus. Sed non est novum, ut eadem vox diversas atque adeo contrarias aliquando interpretationes recipiat. Proprie idem est πρόστομος atque ἀστομωμένος ore p̄raeditus. gladius πρόστομος dicitur, qui secat et vorat quae sunt obvia, quod ore faciunt animalia. Alia notione ichneumon dicitur μὴ πρόστομος, quia os proprie dictum non habet: sed rostrum mucronatum: nam habet istud animal ῥύγχος insigne, ut scimus ἀπὸ τῆς αὐτοψίας. Sustuleris hanc difficultatem si contra librorum auctoritatem scribere sustineas οὐ πρόστομος, vel μηπρόστομος. quod nobis prope temerarium videatur. Tertius character est ἀμφικνέφαλος. vel quod idem est, ἀμφικνάφαλος, caput habens tomentaceum aut pulvino simile. quod ne deus quidem Hermes recte possit ἔρμηγενειν. Dalecampius emendavit ἀμφικνέφαλος, ad colorem referens, qui est sane subobscurus, ut omnium rerum ἐντέφρων. Est autem οὐεφαῖος caliginosus, sic apud Hippocratem ζοφοσιδής coloris est nomen, ut observamus alio in opere. Sed neque huic emendationi assentiri debemus: cum in antiquissimis membranis, et optimis Excerptis diserte scriptum sit ἀμφικέφαλος. Sic etiam alibi dictiones ἀμφικέφαλος et ἀμφικνέφαλος reperimus invicem consufas. Nam quae Polluci libro decimo, capite sexto, ἀμφικνέφαλος οὐλίη dicitur: hanc alii grammatici ἀμφικέφαλου πηγουπant. sed veriorem puto Pollucis γραφήν: et in Etymologico ita censeo emendandum. Κνέφαλον dicebant τὸ προσκεφάλαιον. inde ἀμφικνέφαλος οὐλίη, lectus habens utrinque pulvinam. At in hoc grpho ἀμφικέφαλος scribendum omnino: vel quod idem est et metro convenit potius ἀμφικάρηνος. Videtur glossa irrepsisse in locum vocis legitimae, ut sexcentis locis apud Poetas. Porro ancipitem appellat Eubulus ichneumonem, sive utrinque capitatum quia in dimicatione aversus pugnans pro capite utitur cauda. Adde quod ejus cauda speciem aliquam capitum prae fert, auctore Oppiano, cuius fides in talibus non facile suspecta sapientibus. Sic autem ille:

Οὐρή οἱ δολιχή γὰρ ὄφιονέη τε τέτυπται  
ἀπροιστι οὐεφαληδὸν, ἐειδομένοισι πορύμβοις.  
ἄντα μελαινομένη θηρῶν φολιθεσσιν ὁμοίη.

satis manifesto similitudinem aliquam cum capite caudae tribuit voce *κεφαληδόν*. Sed quid aliorum quaerimus testimonia? Eubulus ipse auctor grishi idemque interpres, mox *αὐτομον* ichneumonem vocat et caussam adjicit, quia, ait, *κεντεῖ κάτωθεν, τοῖς δὲ χείλεσιν δάκνει*. quare nullum dubium, *αὐτομόν* scribendum esse, aut sicut p. 758. dicebamus, *αὐτομάρηνος*. Vidimus nos Francofurti ad Moenum ante hos decem annos ichneumonem ex Aegypto allatum. Forma erat qualis est ictidis, ut recte cecinit Nicander.

*Μορφὴ δὲ ἰχνεύταιον οἶνον αὐτομόνος  
γένος. οἵτις δρυσιν πατομιδίοισιν ὀλεθρού  
μαίεται, ἐξ ὑπνοίον παθαρπάζουσα πεταύρων  
ἐνθα λέχος τεύχονται ἐπ' Ιηρίου.*

describit poeta quem vulgo suretum vocant cuius insidia gallinis periculosisissimae mustelarum genere et appellatione Plinius ictidas complectitur. Huic ergo animali, quantum recordamur, similis erat ichneumon quem vidi mus. magnitudine selem superabat: rostrum illi acutissimum; auriculae perbreves et quarum rotundus ambitus: cauda pro caetero corpore admodum producta: color cinereus: sed in rostro et pedibus crebrae erant nigrae maculae: irritatus pilos surrigebat. caetera de ichneumone Petrus Bellonius vir magnus, et cui multum studiosi omnes debent. Subjecta duo verba his duobus versibus, *Ιχνεύμων Αἰγύπτιος*. reliquiae sunt integri versus Eubuli. Integrare possis hoc modo: *Τίς οὖτος; Ιχνεύμων  
οὗτος εστι Αἰγύπτιος.* Grifius de pappo interpretis non eget. In explicatione subjecta penultimus versus mutilus est. Sententia non dissimile aliquid postulat, — *ὅταν δὲ  
ἀποβάλῃ Τὴν ύγρότητα τοῦτο, πέτεται ιοῦφος ὡν. vel  
ὅταν δὲ ἀποβάλῃ Τοῦτο, πέτεται τότε ιοῦφος ὡς ἔχων  
πτερά.* Postremus grifius ex Eubulo recitatus ita habet:

*"Εστιν ἄγαλμα βεβηκὸς ἄνω, τὰ κάτω δὲ ιεχηνὸς  
εἰς πόδας ἐκ ιεφαλῆς τετρημένον. οὖν διατρές  
ἀνθρώπους τίντειν πατὰ τὴν πυγὴν ἐν ἔκαστον.  
ῶν οἱ μὲν μοίραν ἔλαχον βίου. οἱ δὲ πλανῶνται.  
αὐτὸς δὲ ἔκαστος ἔχων αὐτὸν παλέοντι φυλάττειν.*

Eubuli interpretationem non subjecit Athenaeus: contentus verbo monuisse intelligi τὸ ιληρωτικόν, instrumentum sortiendi. Nullum dubium est, referendam esse hanc descriptionem γριφώδη ad consuetudinem Attici fori, ut fere omnia quae apud comedicos etiam Latinos, nedum Graecos, leguntur. Cum autem calculis suffragia ferre

moris esset in ea urbe: duo vasa in eos usus admoveri solita legimus: *καδδίσιον*, sive *κάδον*, et *ηγμόν*: quorum erant formae diversissimae. Cadus urna erat satis capax, quae conjectos calculos aut choerinas continebat. camus vasculum erat sive textum vimine opus, oblongum, ab altera parte latum, ab altera angustum, utrinque patens per quod in cadum calculi immittebantur. Pollux lib. 8. *καδδίσιος μὲν οὖν ἔστιν ἀγγεῖον, ὡς τὰς ψῆφους ἐγκαθίεσται: ηγμὸς δὶ' οὖν πατήσται αἱ ψῆφοι, ἐπικειμένου τῷ καδδίσιῳ.* Docti viri de cado griphum hunc sunt interpretati: nos de camo auctorem grippi sensisse contendimus. Sed verba inspiciamus. Ita autem vertimus: *Est statua, inquit, cuius basis in summo est, in imo hians. a capite ad calcem perforata, desinens in acutum, ibique foramen habens, viros pariens per nates, (id est, posticam partem) unum quodque, quorum alii sortem vitae nanciscuntur, alii errant.* Appellat ἄγαλμα camum: quia ut statuae super sua basi solent collocari, sic camus super ore caddisci sive urnae. nam et Graeci p. 759. *ὑδρίαν* vocant. neque probem *simulacrum* exponi: minus probo eruditorum hominum sententias super sequentibus verbis, *βεβηκὸς ἄνω, τὰ πάτω δὲ κεχηνός.* legunt *μεμυνὸς ἄνω. connivens superne, sive clauso ore.* quod absurdum est. Nam camus immittebatur in os cadi, et per ipsum trajiciebantur sortes in cadum: quare veteres colo et infundibulo comparant camum, cum ratione figurae, tum propter usum. Scholia st̄ Aristophan. *ηγμὸς ὁ ἐπὶ τοῦ καδίσιον, εἰς οὐ τὰς ψῆφους καθίσται ἐν τοῖς δικαστηρίοις.* Κρατīνος δὲ αὐτὸν ἐν Νόμοις χοίνιον ἥθμὸν παλεῖ. τοιοῦτος γὰρ ἐγίνετο. καὶ ἦν παρόμοιος χώνη. Scribendum σχοίνιον ἥθμόν. Cratinus camum appellat, colum junceum. Hesychius, σχοίνιος ἥθμὸς, δὶ' οὖν τὰς ψῆφους εἰς τὰς υδρίας οἱ δικασταὶ καθίσται. respicit sine controversia illum ipsum Cratini locum. Idem grammatici camum vocant πλέγμα κωνοιδὲς καὶ ἥθμοειδὲς. *textum coni figura, colum referens:* et cur ori cadisci imponeretur camus caussam afferunt, ἵνα μὴ ὀλισθαίνωσιν αἱ ψῆφοι: ne calculi aberrantes ab angustiore cadisci foramine dilaberentur. Quare et si specie veri blanditur illa lectio μεμυνὸς ἄνω: quia opponuntur inter se μύειν et χαλνεῖν: falsa tamen est, atque adeo ridicula. βεβηκένται est rectum insistere, ut cum super basi sua stat statua. at quaecumque sunt κωνοιδῆς ut colum, infundibulum, et camus, inversae pyramidi similia sunt: cujus

basis est sursum versa, cūspis deorsum. Ex his intelligimus quam eleganter Eubulus camum appelleat ἄγαλμα βεβηκός ἀνω. In secundo versu διατρῆς positum pro διάτρητον. Videtur autem battologia mera, τετρημένον, οὖν διατρῆς, nisi commode exponatur. In Excerptis et membranis pro διατρῆς scriptum invenimus διάτρωτον. forte pro διάτρητον aliquando legebamus διαμπρῆς, pro διαμπερές. sed poenitet conjecturae. In tertio versu τίτον scribe. cum Excerptis: in iisdem est εν' ἔναστον. unum quemque: sive singulos homines. quia de singulis fontibus separatim feruntur suffragia. non displicet εν' ἔναστον. ut obscure respiciatur ad diversos camos. duos enim, (aut etiam tres) cados cum suis camis statuebant. in alterum nigri, in alterum albi calculi conjiciebantur. πυγὴν appellat angustam cami partem, per cuius foramen calculi in urnam ingrediebantur. Obscure dictum et plane αἰνιγματωδῶς, homines parere, pro ferre decretoriam de vita aut morte hominis sententiam. magis proprie usus esset verbo γεννᾶν. tum enim generatur et concipitur sententia, cum per camum fortis in urnam mittuntur: paritur autem tum, quando edens urna immisso calcu-  
los palam facit iudicium voluntatem. In quarto legunt Excerpta, ὡν οἱ μὲν μοίρας ἔλαβον βίον. eos intelligit qui absolvuntur. πλανᾶσθαι est in exilium pelli, quae civilis mors est. Ultimus versus est corruptissimus. Breviatori licuit eum praetermittere: liceat et nobis idem. hoc malum, quam incidere in sumum; vitantes humum. quod scimus accidisse iis qui adhuc de ejus in-  
p. 760. terpretatione aliquid scripsierunt. Nam quicquid est quod isto versu significatur, omnino ad camum judiciale id pertinet: qui alio referunt, errant, et Athenaeum inscitiae aut supinae ac dolo proximae negligentiae insimulant.

## CAPUT VIGESIMUM.

*Antiphonis* Problema, et Sappho, dramata duo.

*Griphus de libidinosa*: item alii. *Achaei tragici Iris. cucurbitae κόλλησις.* alia non pauca.

**D**EINCEPS referuntur alii griphi ex Antiphonis *Problemate*. videtur hic comicus hanc fabulam edidisse, ut inanes sophistarum λογομαχίας traduceret. Primus griphus ita concipitur,

Ιχθύσιν ἀμφιβληστρον ἀνὴρ πολλοῖς ἐπιβάλλων  
οἰηθεὶς, μεγάλη δαπάνη μίσην εἴλινσε πέριην,  
καὶ ταῦτην ψευσθεὶς, ἄλλην κεστρεὺς ἵσον αὐτὴν  
ῆγεν. Βουλομένῳ δ' ἔπειται πέριη μελανούρῳ.

Viri docti scribunt ἐπιβάλλειν οἰηθεὶς. nihil censemus  
esse mutandum, sed οἰηθεὶς interpretor cum animos jam  
sustulisset ob spem praedae. nam ita accipitur τὸ οἰεσθαι.  
unde est veteris sapientis dictum sapientissimum: οἶησίς  
ἐστιν ἐγκοπὴ προνοπῆς. spiritus elatus est, qui progre-  
dientes facit regredi. In tertio scribendum videtur, Καὶ  
ταῦτης ψευσθέντ' ἄλλην κεστρεὺς ἵσον αὐτῇ Ήγεν: vel  
αὐτῷ. In ultimo scribunt veteres, βουλομένη. Sic exponi  
potest aenigma: Quidam libidinosus, multis piscibus,  
(foeminis aut meretricibus) rete injecerat: cum magnam  
de suo incepto spem concepisset, magno sumptu unam  
percā extraxit: cum et ab ista delusus fuisset, mugil  
leno aliam priori parem ei adduxit. volentem autem et  
cupidum sequitur perca haec melanurum, id est, scor-  
tum scortatorem, ἡ πόρη τὸν πόρον. Sequens grifus  
quid sibi velit nescio: et fortasse merum est nugamen-  
tum. Obscurum est etiam de pinna et mullo aenigma.  
in eo versū secundum qui ante fuit corruptissimus, e  
libris ita jussimus scribi, πόλλ' ἐλάλουν: περὶ ὃν δὲ, πρὸς  
ὅντα φῶντο λέγειν τι. In ultimo scribit Dālecampius, ἐπι-  
θρέψει, non ἐπιτρέψει. Forte ἐπιτρέψει. Postea recita-  
tur grifus alias ex ejusdem Antiphonis drame cui  
titulus Sappho: ejus fabulae meminisse Pollucem memini  
lib. septimo extremo. Proponitur primum grifus pla-  
nissimis quinque heroicis versibus: deinde subjicitur in-  
terpretatio non minus perspicua senis cujusdam, acuti  
quidem: sed cuius acumen juvēni Sappho haut pro-  
betur. Ea interpretatio versibus septem continetur: quo-  
rum postremus est, Ο δῆμος οὐδὲν σύτ' ἀκούων οὔτ' ὅρῶν.  
hinc sumit occasionem Sappho improbandae expositionis  
hujus senis: quia videbatur mutos facere Atheniensium  
oratores et demagogos: quorum canina facundia forum  
semper et comitium personabant. Ait igitur,

Πᾶς γὰρ γένοιτ' ἀνῷ πάτερ . . . . .  
ρήτωρ ἀΦωνος, ἦν μὴ ἄλλῳ τρὶς πάρανόμων.  
καὶ μὴν ἀπριβῶς ὥμην . . . . .  
ἔγνωκέναι τὲ ρήθεν· ἄλλα δὴ λέγε.

Potest impleri versus primus si adjicias a fine πρὸς τῶν p. 761.  
Θεῶν. Quid ais, o pater? nullius vocem esse auditam a  
populo? quid igitur demagogis factum obsecro te per-

deos? aut quis ullum oratorem vidi obmutuisse, nisi qui ter fuerit judicio damnatus, quod contra leges aliquid suaserit? ἀλῶναι παρανόμων, frequentissimum dicendi genus Graecis oratoribus. Tertium versum impleveris si scribas, Καὶ μὴν ἀπριβῶς ὡόμην τέκνον Φίλε Ἐγγ. Proponitur deinde problema, *Quid sit omnium rerum validissimum?* idque etiam inter griphos voluerunt censeri veteres. In fragmentis Danielis quae habentur inter libros Apocryphos, pulcherrime disputatur haec quaestio: et apud Josephum Ben Gorion libro primo. *Irim* fabulam Satyricam Achaei Eretriensis laudant et paroemio-graphi in proverbio βοῦς ἔβδομος. Grifum inde prolatum ab auctore, ita recitat Breviator: λέγει γοῦν που, λιθάργυρος (non αἰθάρυγος ut operarum incuria in nostris) δ' ὄλπη παρηγωρεῖτο χρίσματος πλευτὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν οὐρβιν addit, τὸν γὰρ λευκὸν ιμάντα ἐξ οὗ ἡ ἀργυρᾶ λήνυθος ἐξήρτητο σπαρτιάτην ἀργυραπτον ἘΦη οὐρβιν. ἡ τὴν σπαρτιάτην συντάλην melius Σπαρτιάτιν. horum comparatione illustrari et exponi debet nostrorum librorum lectio. Adjicitur, "Ιων δ' εν Φοίνικι ἡ Καινεῖ δρυὸς ίδρωτα εἴρηκε τὸν Ιξόν. Locus hic erat praeclarae θεωρίᾳ de generatione viscī: sed neque instituto nostro convenit quaestiones philosophicas pluribus explicare: et de ea re grifioque hoc Ionis ita docte, accurate, et subtiliter differuit Julius Caesar Scaliger, ut tanti viri pudor vel maxima ingenia ad Lucilianum jure possit adigere. Studiosi legant quae super hoc scripsit vir incomparabilis cum in Commentariis ad Theophrastum, De causis plantarum libro secundo, tum Exercitationibus contra Cardanum. Ionis sunt verba de auncipe quodam.

— δρυὸς μὲν ίδρως (vel μ' ίδρ.)

καὶ θαυμούμην, ράβδος, ἡτ' Αιγυπτίη

βόσκει λινοῦληνος χλαῖνα, θήραγρος πέδη.

alit me, inquit poeta, quercinum viscum, et surculosa virga longa, et laena ex Aegyptio lino facta, pedica bestiis capiendis apta. appellat λινοῦληνον χλαῖναν retia quibus ceu veste amictae aviculae capiuntur. vocem βόσκει quare damnarunt? Theocritus De piscatore ἐξ ἀλὸς ὡς ζώει· τὰ δὲ δίντυα οείνω ἀροτρα. Scribitur post aliqua, (in quibus cur immoremur nihil est.) Πολλοὶ δὲ γρίφων καὶ τοιοῦτοι τινὲς εἰσι: non est plena oratio. erit hoc aut simili modo: πολλῶν δὲ γρίφων ὄντων, καὶ τοιοῦτοι τινὲς εἰσι. Grifus subjicitur,

"Ανδρ' εἶδον πυρὶ χαλιὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα,  
οὕτω συγκόλλως, ὥστε σύναιμα ποιεῖν.

male editum est πυρίχαλκον. melius apud alios πυρὶ χαλκόν: neque aliter potest. Omnis gratia et obscuritas hujus grifphi est in duabus vocibus ιολλᾶν et σύναιμα. sed maxime in illa: sicut docet philosophus in tertio Rhetoricorum. "Ετι δὲ, inquit, εὐ πόρρωθεν δεῖ, ἀλλ' εἰ τῶν συγγενῶν οὐκὶ τῶν ὁμοειδῶν μεταφέρειν τὰ ἀνώνυμα ὠνομασμένως, ὃ λεχθὲν δῆλόν ἐστιν ὅτι συγγενές: οἷον εὐ τῷ p. 762. αἰνίγματι τῷ εὐδοκιμοῦντι, "Ανδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι ιολλῆσαντα· ἀνώνυμον γὰρ τὸ πάθος: ἐστι δ' ἀμφω πρόσθεσίς τις ιολλησιν τοινυν εἶπε, τὴν τῆς σικύας προσβολὴν. Negat philosophus esse propriam in Graeca lingua vocem ad denotandam conjunctionem cucurbitae cum cute: quod verum est. medici fere προσβολὴν vocant, Galenus ιολλησιν saepe, non sine allusione ad hunc griphum. Cornelius Celsus τὸ ιολλᾶσθαι vertit inhaerescere: τὸ ιολλᾶν imponere Julius Pollux, qui libro quarto scribit τὸ ιολλῆσαι vocabulum esse medicae artis, non horsum respexit, ut aliquis putet: verum ad coagulationem partium vulneratarum aut alio casu divulsarum, quae etiam ιόλλησις dicitur Graecis medicis: ut Galeno περὶ ἀνατομ. ἐγχειρ. ὡς ιινδυνεύειν τῶν ἐπιπολῆς ιολλήσειτων, ἀιολλῆται μεῖναι τὰ διὰ βάθους. Et ita semper [Sic apud medicos Latinos *glutinare* et *glutinatio*: ut, in libris Aureliani saepe *divisuras conglutinare*.] Olim ut opinio nostra est, solo hexametro hoc aenigma constabat: posterior aetas hexametro adjecit pentametrum: cuius apud antiquissimos auctores mentio nulla inest illi velut alter grifphus in voce σύναιμα. nam ad declarandam arctam conjunctionem cucurbitae cum carne ait fieri ambo σύναιμα, id est, consanguinea. vel eundem sanguinem participantia: quod verum est, cum τῇ ιολλῆσει adjicitur scarificatio.

## CAPUT VIGESIMUM.

*Griphorum auctores.* ὁ μνημονεύμενος γρῖφος. Jocus γριφώδης in εὐρύστομον, sive potius εὐρύπρωκτον. *Variae quaestiones γριφώδεις.* Calliae Tragoedia Grammatica. *Vocalium septem nomina.* Ψῶ ob scaenum verbum. *Castorionis versus artificiosi.*

ENUMERANTUR aliquot veteres aenigmatum auctores εὐφυεῖς, inque his Aristonymus psilocitharistes et Cleon

cognomine mimaulus. ambos fuisse pantomimos saltationis Italicae artifices, non obscure indicatur, cum ubi dixit de Cleone, ὅσπερ οὐαὶ τῶν Ἰταλικῶν μίμων ἀριστος γέγονεν αὐτοπρόσωπος ὑποκριτής, addit dipnosophista, οὐαὶ γὰρ Νυμφοδόρου περιῆν ἐν τῷ μημονευομένῳ μίμῳ. videtur dicere, victum Nymphodorum a Cleone cum ambo mimum quendam Romae recitarent et gestum agerent in theatro: sed quis ille μημονεύομενος mimus? aut titulus hic latet alicujus mimi corruptus: aut aliquem celeberrimum mimum intelligit, vulgo omnibus tum notum, cujus tamē fama sit hodie extincta, in hac bonorum librorum penuria. Mutila sunt et corrupta sequentia non longe verba, τῶν ἀριστωνύμων δ' ἦν εὔπαρυφων λόγων. sine libris ne hiscere quidem licet nobis. Desunt fortasse non pauca. nam videtur his verbis transitum facere ad Aristonymi aenigmata: quorum aliquot, opinor, exempla posuerat. Refertur inter grifos etiam hic sane αἰνιγματώδης mihi quidem: Σωσιφάνης ὁ ποιητὴς εἰς Κηφισοῦλέα τὸν ὑποκριτὴν εἶπε, λοιδορῶν ὡς εὐρύστομον. ἐνέ-

p. 763. βαλλον γὰρ ἀν σου Φησὶν εἰς τὰ ισχία λιθον, εἰ μὴ ηταρράνειν ἔμελλον τοὺς περιεστηκότας. offendit me ista lectio multis modis: nam si latius et nimis diductum os (quid enim aliud τὸ εὐρύστομον? interpretis ille ex pittita fluor, ineptum commentum est.) Cephisocli ivit objectum Sosiphanes, qui attinebat ισχίων, id est, coxarum aut natum facere mentionem. Deinde nihil penitus video in his verbis unde colligi possit ulla ratione Cephisoclis deformitas ex oris latitudine. postremo illud ηταρράνειν λιθοῖς haud scio an satis probum censeri debeat genus locutionis. In Excerptis ηταρρέειν offendimus. Acutiores excogitabunt aliquid melius. Nos ita censemus: non τὸ εὐρύστομον, sed τὸ σύρυπρωκτον exprobrat Sosiphanes Cephisocli. Id quid sit, norunt omnes qui non sunt in Graecorum scriptorum lectione peregrini. pro ηταρράνειν, lego ηταρράττειν. Quid poterat ingeniosius dici ad declarandam εὐρυπρωκταν quam hoc? Ego tibi in nates conjicerem lapides: nisi pererer ne transmissis saxis circumstantes feriam. in corona hominum haec dicta sunt, et ut opinor, in theatro: ubi moris erat malos poetas, et histriones imperitos lapidare: quemadmodum ante probavimus. Etiam si non adjecisset Athenaens suam interpretationem tribus quaestonibus aenigmaticis quae sequuntur statim, non erat arduum illas solvere: nos ita respondissemus, partim ab eo fac-

tum, partim paulo aliter. Exempli gratia: *Quid est, quod omnem docemus cum nesciamus tamen?* si quis me roget: dicam *praecepta medicinae*. etiam imperitissimos, etiam aniculas *praecepta recuperandae aut conservandae* valetudinis aliis dare videas, nobilissimam artem pauci recte tenent, quos aequus amavit Apollo. Athenaeus vero respondet, *τὸ ψυχὰς ἔχσιν. quod animas habeamus.* paralogismus est in hac responsione. nam verum quidem est, ignorari vulgo quid animus sit, itemque alia quae de anima et animo quaerunt sapientes: at illud falsum est, nesciri a nobis quod animam habeamus. hoc igitur omnes docemus, quod scimus omnes. illud alterum quod scit nemo, docere etiam aggreditur nemo: nisi soli sapientes aut sapientiam professi. Altera quaestio, *Tι ταῦτὸν οὐδαμοῦ ναι πάνταχοῦ;* respondissem, *Infinitum.* sive *Deus* de quo noti sunt Arati versus: et illud, *Jovis omnia plena.* [Olympiodorus in Phaedonem Platonis, λέγομεν εἶναι ἐν οὐρανῷ τὸν Θεὸν ναι τοι πάνταχοῦ ναι οὐδαμοῦ.] talia multa apud ethnicos: ne de nostris dicam. Ad tertiam quaestionem, *τι ταῦτὸν ἐν οὐρανῷ ναι ἐπὶ γῆς ναι ἐν θαλάττῃ;* et si potest etiam aliter: malim tamēn cum Athenaeo respondere, *canis, aquila, ursus et serpens.* etiam marinos serpentes esse, pluraque eorum genera, auctor Aristoteles Hist. anim. lib. secundo. Seq̄untur jam quae de Callia Atheniensi multis versibus commemorat dipnosophista. Tragoediam narrat ab eo compositam, *τὴν ναλουμένην Γραιματικὴν Θεωρίαν.* ita scribitur hoc in loco: et assentiuntur veteres libri atque Excerpta. paulo ante vocavit *Γραιματικὴν τραγῳδίαν.* Artificium poetae ea in componenda pri- p. 764. mum ex literarum singularum nominibus, deinde syllabarum, curiosi talium discant ex Athenaeo: et si videbuntur facturi operae pretium, eam partem nobis illustrent: item quod de Euripidis Medea et Sophoclis Oedipode dicitur ibidem. Oedipum autem intellige Tyrannum. nam quod ait, Sophoclem διελεῖν Φασὶν ἀποτολμῆσαι τὸ ποιημα τῷ μέτρῳ τοῦτ' ἀκούσαντα, ναι ποιῆσαι ἐν τῷ Οἰδίποδι οὕτως· ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῷ ταῦτ' ἐλεγχθείς: respicit hosce duos ejus fabulae versus a Tiresia pronuntiatos:

Ἐγώτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῷ. τι ταῦτα  
τ' ἄλλως ἐλέγχεις; οὐ γὰρ ἀν πύθοιό μου.

hinc erant emaculandi interpretibus codices Athenaei. caeterum de hujus loci sententia quaeremus alibi accu-

rate. Quid sint: *στροφὴ* et *ἀντίστροφος*, quid *ῥῆσις* et *παραγράφαι* non ex interpretibus Athenaei, sed ex Hephaestione et Graecis tragicorum comiciisque interpretibus. discent studiosi. Lege subjecta Calliae verba hoc modo,

*"Αλφα πρῶτον ὡς γυναικῖνες, ΕΙ τὸ δευτερὸν μόνου χρή λέγειν. τρίτον δὲ μόνον οὐ χρή λέγειν, ἀλλ' ΗΤΓ' ἐρεῖς. ἄρα Φήσω παὶ τὸ τέταρτον αὖ μόνον; Οὐκ ΙΩΤΑ γοῦν. τί δὲ τὸ πέμπτον; πέμπτον, ΟΥ. τὸ δ' ἔκτον Υ μόνου λέγε. λοισθιον Ω τῶν ἐπτὰ Φωνῶν, ἐπτὰ δ' ἐν μέτροις μόνον. παὶ τοῦτο λέξασ', εἴτα δις ταυτὶ λαλεῖ.*

Inducitur magistra quae discipulas suas literarum vocalium nomina docet. Prima vocalis, inquit, Alpha nominatur: secunda EI tantum: tertia non per se dicitur H, sed HTA. Quid quarta? ait discipularum una: an simpliciter nominanda est ut sonat? Non: respondet magistra: quin potius IΩΤΑ dicendum. Quid quinta? quinta ΟΥ. sextam Υ tantum dico. ultima est Ω septem vocalium: quae quidem non sono sunt septem, verum τῇ προσῳδίᾳ tantum et temporum ratione. nam alioquin ε et η non differunt, neque ο atque ω. Hoc postquam semel dixit grammatica haec mulier, iterum eadem repetit. Haec mens est horum versuum: de quibus erudite disputatum est ab elegantissimo et politissimo Mureto initio libri decimi octavi Variarum, cuius hanc particulam nobilissimus et eruditissimus Marcus Velserus nobiscum communicavit. quemadmodum autem ου pro simplici vocali ο ponitur hic: ita alii ο simplex posuerunt pro ου diphthongo, ut libro sequente scribitur. vide ibi capite quinto. Afferuntur amplius ex eodem Callia senarii jambici quinque: quorum duobus prioribus fatetur quaedam foemina esse se gravidam: sed cuius rei grava, hoc vero se audere negat palam proloqui. tum versiculis tribus literae describuntur quibus embryonis hujus nomen scribatur. eae ΨΩ. constat liquido ex Athenaei verbis obsceni aliquid a poeta intelligi. sed qua notione inter praetextata verba censeatur τὸ ψῶ, alium quam

p. 765. me malo explicare. [In primo versu scribe, ΦΙλαί, non ΦΙλη. in tertio, γραμμή ἐστιν, non γραμμ' ἐστιν. Maenandrius scriptor nequitarum, Calliae imitator, mihi incognitus. 'Ρῆσιν ἐγγράμματον vocat auctor plusculos versus quibus literae depinguntur: hoc enim est ρῆσις ut saepe diximus. Recitantur autem tres ρῆσεις trium tragicorum, quibus elegantissime describuntur literae nominis

ΘΗΣΕΥΣ. Literae sigma figuram hoc versu declarat Euripides: Τρίτου δὲ βόστρυχός τις ὡς εἰλημένος. ubi non assentior viris magni nominis et eruditioris qui describi putarunt figuram τοῦ sigma. C Latino, similem. de qua Martialis,

*Adspice lunata scriptum testudine sigma.*

ego non video qui recte appelletur talis figura cincinnus contortus. nam aliud longe est καμπή sive hemicyclus, aliud ξλιξ. et quod in eandem sententiam dicit mox Agatho de similitudine literae hujus cum arcu Scythico, non illi figurae quadrat, verum isti Σ. quod pluribus alibi ostendimus. [In Theodectae versu primo scribebat Scaliger, Γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν καλόφθαλμος οὐκέλος.] Neoptolemus Parianus cuius citatur liber Περὶ ἐπιγραμμάτων, videtur collegisse in unum inscriptiones statuarum, quae per urbēs Graeciae visebantur. similiter Polemo librum ediderat, Περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων. de eo dictum abunde in superioribus. Ex Neoptolemo refertur hujusmodi epigramma:

Toύνομα Θῆτα. ρῶ. ἄλφα. σὰν. υμ. ἄλφα. χὶ. οὐ. σὰν.

Πατρὶς Χαλιηδών· ή δὲ τέχνη σοφίη.

Ita editum in omnibus libris: ita etiam scriptum in plerisque. atqui arguit mendae priorem versum lex metrica. deinde cum aliae omnes literae separatim positae sint, quid caussae est cur duae solae υμ cohaereant? nimis certum est, ita emendari versum debere. Toύνομα Θῆτα. ρῶ. ἄλφα σὰν. υ μῦ. ἄλφα. χὶ. οὐ. σὰν. [ipsum quidem hypsilone simplici charactere indicatur υ: at pro ὁ posuit οῦ.] Castorionis Solensis artificium, quo usus est cum carmen in Panem componeret, est hujusmodi. Versus ejus poëmatis scenarii sunt jambici. quorum omnes pedes una pluribusve dictionibus integris finiuntur. unde evenit ut transponi singuli pedes in varias sedes tuto possint. omnes enim pedes aequae ἡγεμονικοὶ atque ἀνολούθητικοὶ. pedes intellige, jambicas dipodias. Exemplum esto in hisce versibus:

Σὲ τὸν βόλοις νιφοτύποις δυσχείμερον  
† ναιονθ' ὁδὸς Θηρονόμε Πὰν χθόν' Ἀρκάδων,  
κλήσω γραφῆ τηδὶ σοφῆ, πάγκλυτ' ἔπη  
συνθεῖς ἀναξ, δύσγνωστα μὴ σοφοῖς οὐλύειν.

† μουσοπόλε Θῆρη ηροχίτωνος μελιγμ' ιεις.

In secundo versu vitio scriptum ὁδός. Te qui ictibus nivis resonantibus (id est, nive) infestam colis tamen o Pan pastor ferarum, terram Arcadum, celebrabo scripto hoc erudito: compositis o rex inclytis versibus, quos difficile intelligent indocti, suavem o Musis amica sera Pan, mittens vocem qua demulcearis. [Josephus Scaliger in secundo

versu pro ὁδὸς emendabat ἔδος. quae si placet correctio  
 p. 766. χθόν' erit χθονὶ, non χθόνᾳ. sed νατειν durum videtur.]  
 In ultimo versu corrupte in omnibus libris ιηροχίτωνος,  
 pro χαριέστατον. orto errore ex repetitione vocis θήρ. de-  
 inde error errorem peperit, ut fieri amat. Tolle igitur tres  
 literas primas in corrupta lectione, ac scribe, χαριέστατον.  
 aut alia dictione ejusdem significationis. appellat θῆρα Panem ob caprinos pedes. pingebatur enim αἴγομελὴς et αι-  
 γίπαν. Viri eruditi in primo versu βάλοις scripserunt: in  
 postremo, θηρὸς ιηροχίτωνος legerunt, verteruntque animalis ceream vestem induti. sane quam absurde, sive sen-  
 tentiam spectes, sive metrum. Sunt enim ut diximus senarii  
 jambici, ita facti ut singuli pedes transponi commode pos-  
 fint: hoc modo. Νιφοιτύποις σὲ τὸν βόλοις δυσχειμερον.  
 vel Δυσχειμερόν σε τὸν βόλοις νιφοιτύποις. sic in caeteris.  
 Hoc amplius servatum est a Castorione in his versibus, ut  
 esset τῶν ποδῶν ἔκαστος δειπνάγράμματος. haberent singuli  
 pedes decem literas. rem ad calculos revoca: non semper  
 verum reperies: verum est in hoc, σ. ε. τ. ο. ν. β. ο. λ. οι. ζ.  
 et isto, ν. ι. Φ. ο. η. τ. ν. π. οι. ζ. et aliquot aliis. falsum in  
 nonnullis, ut Θ. η. ρ. ο. ν. ο. μ. ε. Π. α. ν. literae sunt un-  
 decim: totidem in sequente dipodia: nisi legas χθόν' Αρ-  
 κάδα. familiaris figura Graecis Latinisque poetis. Diph-  
 thongus pro litera simplici censetur: contra quam soleat  
 fieri. Martialis, Naevia sex cyathis, septem Justina biba-  
 tur. idem, Sex jubeo cyathos fundere: Caesar erit.

## CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Pindari ἀσιγμοποιηθεῖσα oda. Veteres literam sigma  
 refugisse. vocales σχοινοτενῆς. ἀοιδὴ σχοινοτενῆς.  
 Lasus Hermioneensis. Cereris templum Hermioneae.  
 Eustathii et Breviatoris error. ἀσισμος pro ἀσιγ-  
 μος. Κλύμενος pro Pluton. πτισσάνη unde dicta.  
 Antiphanis Αύτοῦ ἐρῶν. τροφαλίδες λινόσαρκοι.

ΑΙΤ, Πίνδαρος δὲ πρὸς τὴν ἀσιγμοποιηθεῖσαν ὥδην, ὡς ὁ  
 αὐτὸς Φητὶ Κλέαρχος, οἰουεὶ γρίφου τινὸς ἐν μελοποιίᾳ προ-  
 βληθέντος, ὡς πολλῶν τούτων προσκρουόντων, διὰ τὸ δυνα-  
 τὸν εἶναι ἀποσχέσθαι τοῦ στύμα, καὶ διὰ τὸ μὴ δοιμάζειν  
 ἐποίησε, Πρὶν μὲν εἵρπε σχοινοτενίᾳ τὰ οἰδα· καὶ τὸ σὰν  
 κιβδηλον ἀνθρώποι. De ode Pindarica cui nullum inerat  
 sigma, dictum jam cap. 16. Ibi loco subobscuro ex istis  
 verbis lucem faciebamus. Utinam aut ex illo loco aut ali-

unde occurreret aliquid, quod nunc auxilio esset nobis. Haeremus enim in explicatione pericopae quam praeposuimus. corrupta Athenaei sive Clearchi verba: corruptum Pindari testimonium: quodque molestissimum est, ad veritatis pervestigationem nulla nos ducunt vestigia. Pergemus tamen ἀγαθὴν ἐλπίδα προβαλλόμενοι. spem dico veniae, si minus possumus quod optamus exsequi. Legimus sic hunc locum: Πίνδαρος δὲ ποιήσας τὴν ἀσιγμοποιηθεῖσαν ἀδὴν, ὡς ὁ αὐτὸς Φησὶ Κλέαρχος, οἰονεὶ γριφοῦ τινὸς ἐν μελοποιίᾳ προβληθέντος, ὡς πολλῶν τούτων προσκρουόντων, διὰ τὸ δυνατοὶ οὐκ εἶναι ἀποσχέσθαι τοῦ στύμα, ἢ διὰ p. 767. τὸ μὴ δοκιμάζειν, ἐποίησε, Πρὶν μὲν ἥριπε σχοινοτενής τ' αἰοιδὰ, καὶ τὸ σὰν οἴβδηλον ἄνθρωποι ἀπὸ στομάτων, vel ἀπὸ διθυράμβων. Pindarus cum odam sine sigma fecisset, ut ait Clearchus idem, seu gripho quodam proposito in lyrico poeseos genere, contracta multorum offensione quod non possent ipsi a sigma abstinere, vel quia id parum probarent, cecinit in dithyrambico carmine, olim quidem exulabat a carminibus exilitas, et sigma reprobum ex oribus mortalium o homines, vel, ex dithyrambis. Mirum verbum initio istorum occurrit ἀσιγμοποιεῖσθαι: sed quod extra omnem suspicionem est, per membranas, Epitomen, Euystathium. Pro τούτων προσκρουόντων, recte emendari a nobis τούτων neminem dubitaturum confido. Atque hinc primum odorari contigit nobis veram sententiam totius loci: quae nisi fallimur haec est. Laudem magnam tulerat Pindarus ex asigmo illo cantico. secuta est comes invidia, multis τῶν ἀντιτέχνων non adeo felicis ingenii, idem conantibus, non pari successu. cum isti igitur Pindaro obtrectabant, tum alii non minus qui studium illud evitandae literae hujus quod fuit in veteribus, se non probare dicebant. Hos malevolos obtrectatores suos perstrinxit Pindarus prolatis ab Athenaeo verbis. Scripsimus, διὰ τὸ δυνατοὶ οὐκ εἶναι. id enim visum est convenientissimum. Si cui placet vulgata lectio διὰ τὸ δυνατὸν εἶναι, erit sensus: ubertatem ingenii conflasse Pindaro multorum invidiam: qui oculis rectis eum non poterant tueri, cui impares erant ingenio. [Scaliger legebat, διὰ τὸ ἀδύνατον εἶναι. quod effet ipsis impossibile abstinere a sigma.] Pindari adtexta verba, principium erant cujusdam dithyrambici carminis, ut testatur disertim Strabo libro decimo, unde etiam licebit studiosis de argumento ejus dithyrambi non pauca cognoscere. appetet poetam eo carmine recentem poesim cum vetere comparasse, instituta antiquorum poetarum cum nuperis in-

ventis, quod et prima cantici verba declarant. Legebatur εῖπε, vel ἦρπε, ut lib. undecimo, emendavimus ἦριπε ex Dionysio Halicarnasseo: cuius verba necessario ascribenda. Scribit Dionysius in libro De compositione dictionum, loquens de litera σ. quam ait resugisse veterum nonnullos: τῶν γοῦν παλαιῶν σπαντάς ἔχρωντό τινες αὐτῷ οὐ πεφυλαγμένως. εἰσὶ δὲ οἱ ἀστύγμους ὡδὰς ὅλας ἐποίουν. δηλοῖ δὲ τοῦτο Πινδαρος εν οἷς Φῆσι. Πρὸν μὲν ἦριπε σχοινοτενῆ Φωνήεντα διθυράμβων, οὐ τὸ σὰν κίβδηλον ἄνθρωποι. Haec est Tectio librorum Dionysii. Atque ut haec scriptura est, Pindari mens erit: fuisse tempus cum dithyramborum poetae in sua carmina non admitterent vocales σχοινοτενεῖς, nequé adulterinum illud sigma. Erudit viri existimarent vocales σχοινοτενεῖς esse, vocales longas, et quae buccas impletant: ut α Doricum et ω plane contrarium vox Graeca significat: σχοινοτενεῖς, enim ut si dicas junceae, literae sunt exiles et tenuis soni: puta inter vocales, et ο. inter consonantes. [Sic σχοινοτενές mentum prominens et longum. Nicetas Choniates, libro secundo οὐ σχοινοτενῆ p. 768. γέννυντενερτο.] inde oratio σχοινοτενῆς soluta et inconcinnis longisque periodis constans parum torosa: Photius de Maximo monacho: ἔστι δὲ τὴν Φράσιν σχοινοτενῆς τε ταῖς περιόδοις, οὐτοις χαλρών ύπερβατοῖς. [apud Athanasium De synodis Arimini et Seleuciae, πίστις σχοινοτενῆς fidei confessio prolixa et additionibus depravata.] Placet nimis haec lectio Dionysiana: σχοινοτενῆ Φωνήεντα. quam tamen restituere hoc Athenaei loco ausi non sumus, ut nimis remotam a vulgata scriptura, non hic solum, sed et libro undecimo, et apud Strabonem. Ex libro sequente adjecimus illa ἀπὸ στομάτων. Inde atque etiam ex Dionysii Hal. superioribus verbis manifestissimum est, utut de lectione parum constet, Pindarum hoc dicere priores homines literam sibilantem studio fugisse: propterea adjicit hic Athenaeus: ταῦτα σημειώσας ἀντὶ τις πρὸς τοὺς νοθεύοντας Λάσου τοῦ Ἐρμιονέως τὴν ἀστύγμον ὡδήν. Lasus Hermioneensis antiquissimus poeta fuit, et ut quidam tradiderunt, unus septem sapientum: sub ejus nomine circumferebatur oda quaedam sine sigma, ἥτις ἐπιγράφεται Κένταυροι inscripta Centauri, multi critici inter Ψευδεπίγραφα id carmen habuerunt. adversus istos, inquit Athenaeus, observari debet superius Pindari testimonium: unde paret liquido antiquissimos homines evitasse τὸ σ. Addit, οὐ ἐς τὴν Δῆμητρα δὲ τὴν Ἐρμιόνη ποιηθεὶς τῷ Λάσῳ ὕμνος ἀστύγμος ἔστιν. Scribo, τὴν ἐν Ἐρμιόνῃ. etiam hymnus a Laso compositus in honorem Cereris quae Hermione colebatur, sigma nullum habuit.

De Cereris sacris apud Hermionenses adi Pausaniam in Corinthiacis, hanc esse veram γραΦήν affirmare non verear. tamen Eustathius legit initio ultimi Commentarii in Iliadem ναι ὁ εἰς τὴν Δ. δὲ τῷ Ἐρμιονῖ ποιηθεὶς Λάσω ἀσ. Decepit, opinor, Eust. Breviator noster, qui scripsit in suo codice ex hoc loco, "Οτί εὕρηται παρὰ Πινδάρῳ ἀσιγμοποιηθεῖσα ωδὴ. ναι Ἐρμιονεὺς δὲ ἐποιησεν ἀσισμον (videtur σ possum pro γ) ωδὴν. ναι Λάσος ἀσισμον ωδὴν εἰς Δῆμητραν. errore manifesto. Libro decimo tertio similis locus similiter corruptus. Initium ejus hymni suit, Δῆμητρα μέλπω πόραν τε Κλυομένοιο ἄλοχον. scribendum Κλυμένοιο, ut libro decimo quarto. Clymenus est Pluto ut docent mythologi. Alius grifus,

'Εν Φανερᾷ γενόμαν. πάτρη δέ μοι ἀλμυρὸν ὕδωρ  
ἀμφὶς ἔχει.. μήτηρ δ' ἔστ' ἀριθμοῖο πάις.  
quidam MSS. et meliores, πάτραν δέ μ. metalepsis in voci-  
bus Φανερᾷ pro Delo, et ἀριθμὸς pro Κοῖος ut explicat  
auctor. alius de ptisana: Κριθῆς ἀφλοίου χυλὸν ὄργασας  
πίει succum hordei decorticati cum aqua maceraveris  
bibe. ὄργασας valet Φυράσας, ἀναδεύσας. nunquam factum ut  
ὄργασαι significaret tundere. Veriloquium vocis πτισσάνη  
obiter explicat dipnosophista: πεποιηται δὲ τῇ πτισσάνης  
τούνομα ἀπὸ τοῦ πτισσειν ναι ἀνεῖν. Fatalis etymologistarum  
περιεργία. nam verius est posteriores hujus dictionis  
syllabas, meram esse nominis formationem: sic ab ὄρθοῦν  
fit Ὀρθάνης, ab ἔργον Ἐργάνη, et id genus. Pausaniam  
grammaticum hujus commenti auctorem laudat Eustathius,  
ἐκ τοῦ πτισσειν ναι αἰνεῖν ταυτοδυνάμων λέξεων, ὡς Φῆσι p. 769.  
Παυσανίας ἐν τῷ αὐτοῦ Λεξικῷ η πτισσάνη. sed de voce  
ἀνεῖν sive αἰνεῖν eruditus idem Eustathius ad βαψ. n. Iliad.  
et Hesychius. Ait dipnorheto, Ἄντιφάνης δ' ἐν Αὐτοῦ  
ἔρωντι Φῆσι. De hac fabula Pollucis verba capio libr. 10.  
cap. 32. ἀρυβάλλους δὲ invenias nempe, ἐπὶ τοῦ ἐπισπάστου  
(ita scribendum, vel συσπάστου ex Platonis Symposium) ἐν  
Ἄντιφάνους Αὐτοῦ ἔρωτι. melius Αὐτοῦ ἔρωντι. in seipsum  
amante. ut Heautontimorumenos Menandri et Terentii.  
item Damoxeni. Αὐτὸν πενθῶν. τροφαλίδες λινόσαρκοι in  
griffo ex Antiphane, tenues casei sunt. et ita explicat  
etiam Eustathius ultimo in Iliadem Commentario.

## CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

*Griphus ex Antiphane: aliis ex Timocle. Platonis  
comici Adonis. Asclepiadis liber, Τραγῳδούμενος.*

*Epeus aquae vector: Carthaea Cei inf. opp. Grifphus alius obscurus. ἐνοικεῖν συγγράμμασι. Scriptores varii Γαστρολογίας. alia multa.*

**GRIPHUS** ex Antiphanis *Aeschra* descriptus duobus Trochaicis continetur. Ἀρτίως διηρτάμητε. καὶ τὰ μὲν διηνεκῆ Σώματος μέρη δαμάζετ' ἐν πυριπύποισι γῆς. Subjicitur senarius iambicus de quo interpretatione quaeritur: eum ita scribo: Τιμόθεος ἔφη ποτ' ἀνδρες. εἰ χύτραν λέγων, ita locutus aliquando Timotheus. an ollam significans? auctor igitur grishi est Timotheus dithyrambicu poeta: de quo multa libro octavo, capite quinto, et 11. Inter illius frigida dicta licet hoc referas, nam πυρίπυπα γῆς ollas appellare, non magni ingenii argumentum est, sed tumidi. At Timoclis aenigma de menfa per est venustrum. In eo ηρμένη τράπεζα est remota mensa, non parata. eadem dicitur Φύλαξ Φιλίας: quia sunt amici quidam τραπεζῆς: ut erat Podes Hectori. estque proverbium vetus, ζῆ χύτρα, ζῆ Φιλία. de his, hoc est, de parasitis gulonibus, extat grifphus antiquus, dignus quem ab Athenaeo praetermissum non praetermittamus nos.

Γαστὴρ ὅλου τὸ σῶμα πανταχῆ βλέπων  
οὐ φθαλμὸς, ἔρπον τοῖς ὄδοις θηρίον.

Claudicant duo Timoclis postremi versus futuri ἀρτίποδες si scribas:

Τράπεζα περιέργως γε νὴ τὸν οὐρανόν.  
ἔξον γὰρ ἦν Φράσαι τράπεζαν συντόμως.

Platonis comici *Adonidem* Julins quoque Pollux nominat libro 10. cap. 24. Ait, καὶ τὸ τῆς ΣΦιγγὸς δὲ αἴνιγμα Ἀσιληπιάδης ἐν τοῖς τραγῳδουμένοις τοιοῦτον εἶναι Φησι. Vir doctus qui vertit, *Asclepiades libro De iis quorum nomine editae sunt tragœdiae*, existimavit titulum libri ab Asclepiade editi fuisse masculino genere Τραγῳδούμενοι. Ille vero Τραγῳδούμενα conscriperat, inquit Plutarchus. Sic alii libros suos Θεολογούμενα, vel ΓεωγραΦούμενα vel Μυθολογούμενα inscriperunt: qui exposuerant theologiam, geo graphiam, aut fabularem historiam. Quare noli dubitare Asclepiadis Τραγῳδούμενα poetarum tragicorum ἐγκύκλια argumenta, et omnes tragicas heroici temporis historias esse complexum. Scripserat et Demaratus quidam Τραγῳδούμενα, ejusdem procul dubio argumenti. Clemens Alex. in Protreptica. Ἐρεχθεὺς τὴν ἑαυτοῦ ἔθυσε θυγατέρα ΦερεΦάτηη, ὡς Δημάρατος ἐν πρώτῃ Τραγῳδουμένων. In posteriore grifhorum Simonidis, aquam vehens asinus nominatur Epeus. caussam aperit Athenaeus. In Securi quo-

que Simmiae Rhodii sive Theocriti leges de Ereo, οὐκ ἐνάριθμος γεγω̄ς ἐν προυάχοισι λαῶν, Ἀλλ' ἀπὸ πρανᾶν καθαρὸν νᾶμ' ἐκόμιζε δυσκλέης. *Carthea*, geographis Graecis est *Carthaea*: una quatuor urbium Cei sive Ceae insulae. Adnumeratur griphi generibus, καὶ τὸ ρήματα λέγειν ἀνθρώπων ὄνόμασιν ὅμοια. qua de re dictum est ad satim lib. 3. cap. 20. et 21. Exemplis ibi propositis possunt alia adjici: ut cum ἀτρέα δῆμον Ἀθηνῶν dixit Euphorion, teste Hermogene. Olim vulgo notum fuit istud aenigma quod appellat dipnosophista τὸ περιφερόμενον.

Πέντε ἀνδρες δέκα ναυσὶ πατέραμον εἰς ἐνα χῶρον.  
ἐν δὲ λιθοῖς ἐμάχοντο, λιθον δ' οὐκ ἦν ἀντλέσθαι.  
δίψη δ' ἐξώλλυντο, ὕδωρ δ' ὑπερεῖχε γενείου.

nobis hodie obscurum illud est. Interpretum conatus, iudicium meo plus meretur laudis quam eorum interpretationes. Incidi nuper in viri magni explicationem sane acutam, quae est hujusmodi. *Quinque viri pugiles, decem navibus, manibus:* quia πίτυλος Graecis utrumque dicitur, navis, et pugnus ad feriendum protensus, *inter se concurrerunt.* *Pugnabant illi super lapidibus,* strato lapidibus pavimento, sive lithostroto: *lapis tamen non poterat attolli:* Siti misere peribant: *aqua tamen erat supra mentum:* sudor nempe. Perplacet haec interpretatio: sive illa est vera: sive tantum similis vero. Nam ut dubitem quaedam me impellunt. ut numerus impar, qui pugilibus minus videtur convenire. committuntur enim singula pyctarum paria: deinde πίτυλος pro navi, [quod meminerim ponitur nusquam, aut rarissime. frequens ea vox tragicis: sed pro sono qui editur cum secantur maria tonsis: interdum pro remigratione aut ipsis remigibus.] Si pro navi accipias, duplex erit metalepsis, ut in nonnullis etiam apud poetarum patrem. at πατέραμεν εἰς ἔνα χῶρον pro ὄμοσε χωρεῖν, elegantissimum. Clearchi quae deinceps habentur, conjungi debent cum aliis ejusdem verbis quae exposita sunt capite decimoquinto et decimo sexto. Ait, τις τῶν Ἀφροδισιαστικῶν συνδιασμῶν. respicit Cyrenae τὸ δωδεκαμήχανον, ει σχήματα συνουσιῶν Elephantidis. et Philaenidis. Adverterat jure aliquem locutio haec: ζημίαν δὲ τοῖς ἡττηθεῖσι τάττουσιν ἀνρατον πιεῖν, ὃν ἥδιον τῆς ὑγιειας πίνουσι. cuius vim recte expressit Dalecampius: quod quidem merum bonaे valetudinis tuendae studio gratius illis est. At ἐνοικεῖν συγγράμμασι eleganter pro multum versari in lectione librorum: τινὸς τοῖς Ἀρχεστράτου συγγράμμασι ἐνωκηπότος. Simile apud Senecam, perfedere apud philosophiam, epistola 19. paulo aliter vestem inhabitare Varro apud Nonium, et Augu-

stinus epistola quadam ad Paulinum, et in Historia miscella. Separat Clearchus Γαστρολογίας inscriptos libros, ab opere Archestrateo. cum tamen a nonnullis etiam Archestrati opus Γαστρολογία fuerit nuncupatum, vel Γαστρονομία, non solum Ἡδυπάθεια. Sed fuere non dissimilis argumenti ab aliis scripti libri, quorum is titulus magis proprius: ut Cleostrati Tenedii: cuius Γαστρολογίαν laudat noster libr. 7. Scribe, τῷ πρώτῳ ἔπος ιαμβεῖον εἰπόντι, ἀντειπόντος ἐτέρου, ποιητοῦ τινὸς ὁ εἰς τὴν αὐτὴν εἶπε γνώμην. non ὃν εἰς. Sed quia subdit statim, ἔτι δὲ λέγειν ἔκαστον ιαμβεῖον: forte an non male induxeris vocem ιαμβεῖον post ἔπος. ut sit sententia Clearchi haec: melius facturos literarum amantes, si inter epulas ita potius se oblectent: ut cum unus ἔπος, id est versum Homeri, protulerit, alter ex alio poeta alium recitet ejusdem sententiae: tum autem adjiciant singuli e dramaticis poetis similem locum. Scribe mox, ὥστε τὴν παιδιὰν non παιδεῖαν, quod etiam Muretus observaverat. exposuimus cap. 15. Lege, Εὐναταφρόνητόν ἐστι πενία Δερνύλε non ἐνευη. Versus qui ait, 'Η τῶν Φίλων σοι πίστις ἐστω κειραμένη. Esto fides quam amicis tuis habebis mixta: aliqua nempe dissidentia. simile praeceptum continet Epicharmeo Νᾶφες, οὐαὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν. ἀρθρα ταῦτα τῶν Φρενῶν. Sed aliam sententiam suggerit vetus lectio: ἐστω σοι κειριμένη. Fidem habe amicis: νέριμ ante probatis. De victi poculo dictum supra, cap. 16. In versibus Antiphonis ita distinguenda sunt heri et servi personae. Prior loquitur servus. A. οἴμοι. περιπλοκὰς

λίαν μ' ἐρωτᾷς. B. ἀλλ' ἐγώ σαφῶς φράσω.

τῆς ἀρπαγῆς τοῦ παιδὸς σι ξύνοισθά τι

ταχέως λέγειν χρή. πρὶν κρέμασθαι. A. πότερά μοι etc.

Sextum et septimum ita scribe, Τί γὰρ δύναται τὸ ρῆθέν; A. ἔξω τις δότω Ιμάντα ταχέως, οἷον οὐκ ἔγνως ζως. interrogatus servus de raptu pueri, respondet eam quaestione esse sibi instar griphi: cum herus foras aliquem exire juberet qui lorum afferret: joco iram illius eludit servus: negans eam esse poenam qua puniendus sit qui grifum non solverit: nam illud potius fuisse faciendum, ut muriae poculum afferretur: responsum hieri ita scribe et sequentia sic distingue. Οἶσθ' οὖν ὅπως γε δεῖ τοῦτό σ' ἐκπιεῖν; A. ἐγώ. B. Κομιδῇ γε. πῶς; A. ἐνέχυρον ἀποφέροντά σοι. B. Οὐκ ἀλλ' ὅπιστω τῷ ιχεῖρε ποιήσαντα, δεῖ Ελκειν ἀπυνευστί.







